

MARCO ANTONIO
PETIT
ET AMICIS


ANASCEVES
MORBORUM










Marco antonio
Petit
et amicis —



Vir sapiens Iuccbo R
Bonus Esculapii re R

ANASCEVES MORBORVM

*

TOMVS PRIMVS.



Authore Hieronymo Montuo Mirebelli Domino, art. & med. Doctore Christianiß. Galliarum Regis Consiliario & Medico.

LVGDVNI
APVD IOAN. TORNÆSIVM
TYPOGR. REGIVM.
M. D. LX.

Cum Priuilegio.

Non intellecti nulla est Curatio Morbi:
Si quis conualeat, forte, non arte, valet./
Est intellecti facilis curatio morbi:
Depulsa causa tollitur omne malum./

Christianissimo Galliarum SCOTIÆ'QVE REGI

Francisco eius nominis secundo
Hieronymus Montuus

S. P. D.

*

SI iuxta veterem Stoicorum sententiam homines hominum causa sint geniti (Rex potentissime) quicunque de communi hominum salute magis in dies commerentur, hi proculdubio omnium maximi simul & optimi sunt habendi. Verùm nulla arte, nulláque disciplina id plenius præstare possunt, quàm medendi ratione. Huius nanque tanta vtilitas est, tamq; necessarius vsus, vt nulla oratione consequi posse videatur. Haud

tamen ab officio noſtro omnino fuerit alienum, hîc pauca de illius exortu, antiquitate & præſtantia, de illius autoritate ac neceſſitate breuiter attingere, ſed Rhetorum fucis omnibus procul abiectis. nam res per ſe, vereq; prçclara ſua nuditate contenta, nullis amplificationum eget præſtigiis. Igitur Medicinæ origo ſiue Hebræos, ſiue Arabes ſequamur, ſiue Græcos, Ægyptióſque Theologos, ab ipſa diuinitate manauit. Hæc etiam antiquitate cæteris omnibus antecellere, vel ex eo conſtat argumento, quòd magicarum artium quæ inde doctorum omnium conſenſu fluxerunt Author fuerit Zoroaſtres, qui bellum Troianum quinque millibus annorum fertur anteceſſiſſe. Huius autem tam iocunda fuit inuentio, & tam grata cunctis mortalibus vtilitas, vt illius non modò inuentores, ſed illuſtratores quoq; Deorum nominibus decorare gratiſſima ſemper acceptorumq; beneficiorum memor anti-

quitas

quitas non dubitarit. Etenim Apim Aegyptiorum Regem, quem primum tanti boni inuentorem fuisse ferunt, ob præclarissimum istud inuentum tantis honoribus accumularunt, vt eum pro Deo & habuerint, & coluerint antiqui. Osirimq́; quasi multoculum nuncuparint. Ex eo summam viri prudentiam ingeniiq́; solertiam admirabilem significare volentes. Eundem fuisse Bacchum falso putauit Herodotus. fuisse tamen Bacchum clarissimum medicum, & regia dignitate simul, & Dei nomine insignitum testatur Xenophon. lib. de venatione. Mercurio veteres Hygieam coniungunt. forsan ob id quòd salubres plurimas herbas (quarum meminit Homerus) inuenit, vti sunt moly, linozostis, verbascum. Sed medicinæ inuentio ipsimet Apollini assignant plerique omnes. vnde apud Nasonem sic gloriatur:

Inuentum medicina meũ est. opifexq́; per orbem
Dicor. & herbarum subiecta potentia nobis:

In ſaturnalibus apud Macrobium medicinæ inuentio Apollini tribuitur. quia temperatus ſolis calor morborum omnium fuga eſt.ſed aliter Apollonius Thianeus & Iamblicus Apollinem medicinæ inuentorem exiſtimatum fuiſſe arbitrati ſunt.quoniam tota medicinæ ſcientia à vaticiniis quorum antiſtes eſt Apollo,exordium habuit. Etenim medicinæ & vaticinationis diſciplinæ ſunt teſte Macrobio conſociatæ.Cui aſtipulatur Ficinus lib.de vita ſana. Medici enim munus eſt cõmoda incommodaq́; in corpore futura prænoſcere & præſagire.Apollo etiam ἀκέσιος & ἀλεξίκακος dictus eſt. quòd medeatur & mala arceat, vt Pauſanias tradit. Aeſculapius Apollinis filius archiatros, medicorumq́; deus appellatus,non ſolùm morbos perſanauit,verùm etiam mortuos ad vitam (vt veteres perhibent)reuocauit,Hippolytum, Glaucum,& Androgeon.Id verũ eſſe teſtis etiã eſt Samonicus.cuius verſus ſubnectã.

Tuq́;

Tuq́ potens artis, reduces qui tradere vitas
Nosti, atq́ in cœlum manes reuocare sepultos
Qui colis Aegeas, qui Pergama, quiq́ Epidaurũ
Huc ades.

Apud Homerum Aesculapius ἀμύμων dicitur, id est, irreprehensibilis. Huic duo fuerunt liberi Podalirius atque Machaon, ex ducum numero qui ex Græcis ad euertendum Troiam profecti sunt. Qui insignes medici non mediocrem opem Græcorum exercitui attulerunt, maximã ob id adepti gloriam, vt testatur Homerus. de Podalirio sic canit Ouidius.

Quẽ semel excepit, nunquam Podalirius ægro
Promissam medicæ non tulit artis opem.

Machaonẽ verò Homerus 4. Iliados æqualem Deo dicit. Pausanias quoque asserit Glaucum Messiniorum Regem Machaoni sacra in Gerenia primùm fecisse, Machaonisq́; filios regnasse apud Pharealas, quos etiam venerabilis medicinæ sapientia diis assignauit. Hos longo interuallo secuti sunt

Pythagoras,Democritus,Plato,Aristoteles. Empedocles vero Philosophus & Medicus celeberrimus maximam ex eo gloriã consecutus est,quòd mulierem defunctam viuam dimiserit, vt est testis Diog. Laertius. Asclepiades quoq; inter medicos famigerabilis,hominem exanimatũ,elatum,comportatumq́; ab rogo domi viuum reduxit. vti refertur apud Pliniũ & Apuleiũ lib.Floridorum. Hippocrates autem medicinæ sciẽtiam è tenebris in lucẽ reuocauit.à quo etiam grauis pestilentia depulsa est. cuius laudes sunt insignes apud Platonem , Socratem,Aristotelem,Galenũ, Plinium,Macrobium & alios nobiles Philosophos.de quo extat distichum Græcum, quod ad verbum sic sonat:

Hippocrates lumen fuit hominum, & saluauit populorum
Gentes, & mortuorum fuit raritas in inferno.

de medicis quoque elegans extat Erasistrati apud Theodoretum epigramma, quod

quod ſubiiciam:

Hymnidici vates, artis medicæq́; periti
Mortales cunctos primi poſt terga relinquunt.
Sunt vbi Dij ſuperi magnis in honoribus aucti.

Authoritatis item nomine commendationem huic arti non mediocrē affert Moſes Iſraëlitarum Dux, qui non alia ratione cibos ſuis diſtinxiſſe videtur, vt ſentit Tertullianus, quā medicinæ beneficio. Orpheus vatū vetuſtiſſimus de Aeſculapio in hymnis ſic cecinit:

Medice omnium Aeſculapie domine Pæan
Veni beate ſaluator vitæ finem bonū præbens.

Homerus vnicus ingeniorū fons, reliquiq́; præſignes poëtæ atq; Philoſophi omnes, medicinam ſuis in negotiis & ſtudiis admiſcuerunt. Illud etiam non parum ad medicinæ facit authoritatem quod reges, nō pauci duces, principes & imperatores in ea ſic excelluerunt, vt nominis quoq; ſui immortalitatem ſibi apud poſteros compararint. In eorum albo fuit Alexander ma-

gnus, Adrianus Romanorum Imperator, Hermes Aegyptiorum monarcha, Euax Rex Arabum, Sabor medorum, Bithyniæ Auicennas, vt reliquos innumeros reges prætereeam. non omiſerim tamen Mithridatem Ponti regem, qui non tam regni gloria, nõ tam vnius & viginti linguarum cognitione (tot enim calluit linguas, quot prouinciis imperauit) quàm medicinę peritia fuit illuſtris. Et apud Aelianum Achilles Patroclum medicinã docet. Achillem Chiron Saturni & Philiræ filius teſte Pindaro, ſophos & pręcellens medicus erudit. diſciplinas nimirum heroës tantũ & deorum filij exercebant, vt idẽ affirmat Ælianus. Sed id longe maiorem & medicinæ & medicis affert authoritatẽ, quod nimirũ ſacræ literæ honorem illis ferendum eſſe iubent. Honora medicum, inquit Sapiens. Quinimo Chriſtus Optimus Maximus ore ſuo medicinã approbauit, dum ægrotantibus opus eſſe medico aſſerit. Nec veretur

cetur se palam medicum profiteri, dum cæcos, mutos, claudos, leprosos, & id generis morbos omnes perfectè curat, dum mortuos suscitat. Nec id solū facit, sed & Apostolis suis faciendum mādat. Quod autem Christus facit nutu, quod Dei verbo Apostoli, id ipsum medicus arte sua saluberrima pro virili conatur imitari. O artem sacram & vere diuinam? à qua medici nomen non exhorruerit verus Dei filius. O præclaram scientiam? in qua qui excellunt aut deos esse aut deorum filios est necesse.

Cæterùm quod à nobis paulo ante dictum fuit Aesculapium, Empedoclem, & Asclepiadem multos ab inferis reuocasse, id nemini fabulosum videri debet, præsertim quum nihil intersit vtrū anima in corpus derelictū rursus introducatur. An eadem prorsus in corpore sepulta, & mox exitura artis huius adminiculo retineatur, serueturq;. An non paria sunt iam mortuū

suscit

ſuſcitare, & mox moriturum à morte vindicare. Id autem non tantùm facit peritus medicus, ſed etiã quid multo magis. Quãdo videlicet arte ſua efficit vt generentur quàm plurimi, vt ſani cõſeruẽtur in vtero, vt rectè naſcantur, qui nunquam eſſent naſcituri. Quot enim hominum millia etiam hodie ſani viuũt, qui ne equidẽ nati eſſent, abſque probi medici opera. dum mille naſcendi periculis occurrit, dum obteſtricandi rationem docet, dum conceptionis tollit impedimenta. Quod quàm ſit verum Rex auguſtiſſime, & nos cũ aliâs frequenter, tum anno ſuperiore, & maximè in tuo Delphinatium ducatu (abſit verbo inuidia) tam fœliciter quàm ſæpe ſumus experti. Vnde vitam nec immerito huic arti acceptam ferre debent, & viuentiũ non pauci, & eorum qui nondum vitam acceperunt quam plurimi. Quare & hi vita ſunt indigniſſimi, qui medicinam poſt Deum vt alterã vitę parentem, ſeruatricem q; non
ſuſp

ſuſpiciunt, non venerantur, non colunt.

Neque verò ſolius corporis, ſed animi quoq; curã ſuſcipit medicina. qua quidem in re non ſolùm non cedit theologo Medicus peritus, ſed & ipſum longiſſimo interuallo ſuperat. Quid cum furioſo faciet theologus? quid cum phrenitico aut apoplectico? quid cum ſexcentis aliis morborum generibus? niſi prius medici releuentur opera. In ſumma quicquid eſt in homine bonum & laudabile, ſemitas,* doctrina, virtus, cæteræq́; animi & corporis dotes, id omne medicorum arti acceptũ ferre debemus. Si autem mens bene compoſita, & imperans ratio cum corporis ſanitate ſit in priuatis hominibus maximum bonum. quanto quæſo maius eſſe debet in Regibus, quibus omnia ſubiiciuntur, quorum legibus reguntur omnia? Ea ſanè præcipua (mea quidem ſententia) cauſa fuit, cur veteri conſuetudine apud omnes nationes receptum ſit, ne magni nominis princeps

*ſanitas.

abſq;

absque peritis & fidelibus essent medicis. Vnde qui ex ipsis fuerunt magnificentiores, suos medicos summis affecerunt honoribus, summisq; opibus ditarũt. Etenim Cæsar Augustus suum Antonium Musam cuius beneficio à graui morbo fuit liberatus, præter ingentem auri copiam annulo quoq; aureo, id est, equestri dignitate donauit. Nec solùm Musam, sed & alios peritos, qui medicinam Romæ profiterentur, eadẽ dignitate cohonestauit, vt memoriæ prodidit Niceus. Erasistratus Aristotelis è filia nepos centum talentis, seu sexaginta aureorum milibus pro Antiocho rege sanitati restituto à Ptolemæo filio donatus est. Plinius etiam cõmemorat multos medicos Romæ percelebres annua mercede à principibus Romanis habuisse ducenta & quinquaginta sestertia. Quæ quidem summa sex millibus ducentis quinquaginta aureis nummis respondet. Thadeus Florentinus clarissimus medicus ab Honorio

papa

papa quem à letali morbo liberauerat, decem millibus aureis donatus eſt, præter diurnam mercedem, quæ ex pacto centum erat coronatorum, vt aſſerit cum Mantuano Volaterranus. De noſtris Cauterius gallus Lodouici Frãcorum Regis eius nominis vndecimi medicus primarius mẽſtrua mercede coronatorum aureorum millia decem accipiebat, teſte Argentonio. Nec id mirũ videri debet, quum docto fidoq; medico præmium meritis dignũ perſolui nullum poſſit. Nam emis à medico rem inæſtimabilem, vitam & valetudinem bonam, cui non rei pretium ſed operæ ſoluitur, vt ſcribit Seneca. Eiuſdem ſententię eſt Soranus antiquiſſimus medicus. Merces, inquit, medico ſi detur accipiatur, ſed non exigatur. quia quantũ quiſq; dederit, nulla poterit mercede exæquare beneficia medicinæ. Certè Hippocrates gratis medicinam exercuit, ſimiliter & Menecrates Philippi Macedonũ Regis Medicus. Id ipſum

etiam

etiam factitasse Ausonium patescit ex sequenti disticho:

Obtuli opem cunctis poscentibus artis inemptæ:
Officiumq; meum cum pietate fuit.

Itaq; prudens medicus laboris sui fructum non in lucro, non in honoribus, non in fama (quam multi licet merito acquirunt) sed in cõscientia ponit. Homerus 2. Iliados medici dignitatem exprimens ait,

ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, hoc est,

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et 4. Odysseæ,

ἰατρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων ἀνθρώπων, id est,

Medicus autem quilibet sciens supra omnes homines.

Nec omiserim quòd medicinæ gloriam minus auget incrementis. Nam si quæ difficilia, pulchra vt est in Prouerbio Medicina artium disciplinarumq; omnium pulcherrima sit oportet, si quidem Æsculapij

simula

ſimulacro baculum nodoſum apponebāt veteres, artis difficultatē deſignare volentes, vt tradit Feſtus Pompeius. hinc eſt illud Satyrici poëtæ:

Morborum omne genus, quorum ſi nomina quæris,
Promptius expediam, quot amauerit Hippia mœchos,
Quot Themiſon ægros autumno occiderit vno.

Quod autem medica facultas alias omnes diſciplinas ipſa difficultate, rerumq́; variarum inquiſitione longiſſimis citra vllam cōtrouerſiam vincat ſpatiis, probare haud difficile. Quandoquidē præter naturalem ingenij bonitatem, præter diligentiam ac probitatem, præter inſignem prudentiam quibus præditus eſſe debet Medicus, ipſam omnino ex elementis compoſitionem & admirabilem hominis fabricam, reliquorumq́; animalium naturā & proprietates, alimentorū facultates, ſtirpium, terrarum, metallorum, gemmarum, & medicamen-

torum omnium cùm ſimpliciũ tum compoſitorum vires memoria teneat oportet, vt omittam tot pulſuum differentias morborum & ſymptomatum diſcrimina, regiones ſalubres, inſalubreſq;, ſyderum ortus & occaſus ex quibus ambientis nos aëris fit mutatio, perturbatioq́; & conſequẽterviuentiũ alteratio, videlicet in æquinoctio verno, in ſolſticio æſtiuo, in æquinoctio autumnali, in ſolſticio hyberno, in quibus contingunt ortus & occaſus Equi, Pleiadum, Orionis, hyadum, lyræ, capræ, aquilæ, arcturi delphinis, procyonis, canis, vindemiatoris, mali, nauis, ſpicæ, coronæ, hœdi, & ſtellæ in Leone illuſtris. Eſt ergo medico etiam cognitio aſtrorum opus, vt docet Hipp. 1. epi. 1mo & planetarum motus. Et vt ſemel finian, orbem illum doctrinam (quam ἐγκυκλοπαιδίαν vocant) abſoluerit oportet is, qui boni medici nomen cupit demereri. Si quidem non vna nec altera, ſed omnium penè conſortio doctrinarum

narum ac innumerabilium rerum noticia medicinæ ſcientia conſumatur. Ergo operoſiſſima. Itaq; nec illa cõtinetur inter cæteras liberales diſciplinas, vt Iſidoro placet, propterea quia illæ ſingulares continent cauſas, iſta vero omnium, hæc ars eſt inquit Porphyrius cui ſeſe omnis pariter ſapientia debet.


Equidem à primis annis huic præſtantiſſimæ facultati me deuoui, ætatẽ meam in ea legendo ſcribendoq́; cõſumpſi, eandem annos multos nec infeliciter exercui, lucubrationum mearum aliquot edidi annis ſuperioribus. Nunc cæteras è manibus noſtris extorquent amici rei medicæ ſtudioſi. Et imprimis Anaſceuen morborum, opus quidem quatuor tomis diſtinctum. In quo non ſolùm morborum omnium profligandorum rationem trado, & methodum, ſed etiam quibus id fiat medicamentis, & illis quidem vnicuiq; morbo infirmando maximè idoneis, longo re-

rum vſu comparatis, & qua potui facilitate expono. Id autem quàm rectè, viderint alij. Ipſe meam nec probare, nec magnificare ſoleo: ſperamus tamen nos his noſtris vigiliis apud viros probos non omnino ingratam inituros gratiam. Et ſi quis velit meliora dare, fauebo etiam vtroque pollice, tantum abeſt vt reprobem. Hoc autem meum opuſculum ſereniſſimæ M. T. dedico ac conſecro. Grauiſsimè enim reprehendendus eſſem, ſi alio quàm tuo auſpicio paterer illud in publicum exire, præſertim quum auo, parentiq; tuo Regum maximis & inuictis triginta annis inſeruiui. Meq; cohoneſtare ſic dignati ſunt, vt ſtatim ab ortu tuo fœlici valetudinis tuæ curam mihi ſoli commiſerint, ſicq; factus ſum conſiliarius tuus, primariusq; medicus, etiam ſi omnium ſim minimus. Quamobrem iſtud noſtræ erga M. T. obſeruãtiæ velut μνημόσυνον quoddam hilari & exporrecta fronte accipias

roga

rogamus, obſecramusq́; M. T. nobis incolumem ac fœliciter regnantem quàm diutiſsimè conſeruet Deus Optimus Maximus, ex Caſtro noſtro Mirebelli Idibus Octobris.




Ἐκ τȣ̃ ϖόνȣ
ϖαυλη

ANASCEVES MORBORVM

LIBER I.



De tactus ſymptomatis. CAP. I.



ACTVS eſt potentia animæ ſenſibilis apprehenſiua, tangibilis qualitatis neruo extenſo per omnes ſenſibiles partes inſtar retis, mediante carne. Vnde obiectum eſt ſenſibilis qualitas, medium caro, ſenſorium neruus. Plures autem ſenſus tactus ſunt. Nam omnis ſenſus eſt vnius contrarietatis, tactus verò plurium æque principalium, & quarum vna ad aliam non reducitur. Eoq; plures rerum differentias demonſtrat, quàm viſus & auditus, vt ſentiunt cum Ariſtotele, Themiſtius & Auerrhois, his accedit quòd tactus omnium ſenſuum inſtrumentis communis eſt.

Homo certiſsimũ habet tactum, & in hoc vno

omnia euincit animalia. Illa quoque ſuperat in omniũ ſenſuum acuitate & iudicio, propter organi contemperamentum quo præcellit, non item in ſentiendi longinquitate, iuxta illud:

Nos aper auditu, Lynx viſu, Simia guſtu,
Vultur adoratu, præcellit Aranea tactu.

Verum acumen ſentiendi bifariã dicitur, aut quod procul, aut quod differentias eorum quæ ſentiuntur, maximè ſentiat: vtrunque ſimul nullis contingit, ut ſcribit Ariſtot. A tactu mentis aptitudo aut ineptitudo deprænditur. Duros enim carne mentis hebetes, & ineptos eſſe dicimus. Hinc fit vt homo, qui tactu ſuperat omnia bruta, animaliũ prudentiſsimus ſit. Ad id quoque tactus & guſtus (qui & ipſe quidam tactus eſt) conſtitui videntur, non vt tantum bene animantibus ſit, vt reliqui ſenſus, ſed vt ſint.

Obiectum eſt qualitas tangibilis, commune quoddã ad primas qualitates, ad quas ſecundæ reducuntur. Tactus cadidi & frigidi ſolus iudex eſt, humidi autem & ſicci vnà cum tactu ratio. Senſibile etiam duplex, proprium & commune. Omniſq; ſenſibilis ſuper excellẽtia ſenſum corrũpit.

Medium caro, nam ſenſibile omne, medioquodam ſentitur, carni namque ſupra poſitum tangibile ſentitur. Item ſenſibile ſenſui ſupra poſitum nunquam ſentitur, at carni ſupra poſitum tangibile ſen

le ſen

le ſentitur. Iſtis refragari videtur Auicen. ſentiens inquit, id quod ſentitur non poteſt ſentire, niſi obuiando ei ſenſu tactus, qua de re doctores gloſſomatarij diſputant.

Senſorium tangẽdi craſſum eſt, nempe neruus, non tamen omnis, ſi neruorum ſint tria genera, videlicet è crebro, dorſiq́ue medulla voluntarij. Ex muſculis tendones, ex oſsibus ligamẽtales, qui inſenſibiles ſunt. Sed Gale. tactus organum cutim facere videtur, nã 1. de motu muſc. & 1. de tem. ait. Cutis manus omnium ſenſibilium veluti norma futura erat prudentiſsimo animantium tactus inſtrumentum ab ipſa natura præparata. Eſt autem cutis duplex, externa ſenſu carens, cuius extima ſuperficies ἐπιδερμὶς dicitur, & interna mẽbranoſa, ac tenuis, quę ſingulis internarũ eſt circundata, quam autumant temperatiſsimam. Porro tactus functionis noxa triplex eſt, vt pote tactus perditus, debilis, deprauatus. In toto, vel in partibus per ſe, vel per conſenſum accidens. Rurſus dolor & pruritus ad tactum deprauatum referuntur, proinde inepta videri poteſt quæſtio An dolor ſit morbus.

De dolore. CAP. II.

SEnſus mediocritas quædam eſt, ἄλγος autem exceſſus. Et ſecundum Gal. dolor triſtis ſenſus eſt, & voluptas blandus, for-

taſsis eſt affectus qui ſequitur triſtem ſenſum, vt autumat Gentilis, illud tamen quod in dolore ſentitur, hactenus incognitum fuiſſe aſtruit Bentius. At Scaliger retur quod dolor non ſentitur, neque voluptas, ſed ſpecies faciens dolorem. Truſiano Angeſtoq; dolor diſpoſitio naturalis eſt. Nempe vt noxia vitaremus, & ſenſus dati ſunt, & ſenſibus adiunctus motus eſt. Accedit quòd dolor operationibus coniungitur, quæ à natura fiunt. Quod pateſcit in partu, & in puerorũ denticione. Galenus dolorem refert ad tactus ſymptom. Fierra verò ad accidens qualitatis mutatæ. Inſuper diſputant num dolor ſit paſsio tactus, ſenſus've communis? an imaginatiuæ imperfectæ ſenſui exteriori coniunctæ, qua de re cõſule Concil. Forliuium, Bentium, Sermonetam.

Certè dolor in appetitu eſt, quoniam principium motus eſt, dolor igitur nõ eſt ſenſus, ſed contractio quædam animæ, vt voluptas, effuſio, vt vult Alex. Aphro. 4. nat. quæſt. 6. Itaque dolor eſt affectus ſiue paſsio in appetitu ex ſenſu orta, nã quum ſentimus continuò ſequitur in appetitu affectus, quod innuens Ariſtot. 7. ethic. Animal, inquit, in ſentiendo laborare, ſentire enim pati eſt, vt ait Auerr. 2. de anima. Et decimo ethico. colligitur quod actus ſentiendi & affectus non idẽ eſt. Dolor igitur eſt paſsio in appetitu ſequens cognitionem

&

& iudicium ſenſus, ſcilicet partis læſæ, & imaginatiuæ illius iunctæ, vel ſenſus communis, à quo ſecundum Ariſtotel. ſenſatio percipitur & læſio, ſi patiens continui ſolutionem alicui rei intentus animum læſioni non applicuerit, ſenſus dolorem nõ ſentiet. Item ſi intellectus læſionem apprehenderit, non doleremus.

Diffinitur etiam dolor paſsio animalis à diſtantia partium cohærentium facta, cum violentia. 6. topic. ergo perceptio læſionis eſt proxima doloris cauſa, ſed prima doloris cauſa, eſt qualitas lædens alterando & ſoluendo continuum. Secunda eſt perceptio ſenſus, nam ſi intellectus læſionem apprehenderet, vt dictum eſt, non doloremus: læſionis igitur cognitio ſiue fiat à ſenſu partis læſæ, ſiue à ſenſu communi, eſt proxima doloris cauſa.

Nec eſt læſionis cauſa, vt ſcitè retur Portius, dyſcraſia inæqualis, quia omnis alteratio temporis ſucceſsione fit, cum ſit motus. 3. phyſi. Igitur dyſcraſia quum ſenſim generetur, & non tota ſimul, non poterit creare dolorem, qui confertim fiat. Itaq; Gal. pluribus in locis teſtatur, nihil poſſe dolorẽ inferre, niſi idẽ ſoluere continuum valeat. At ſolutio cõtinui vt in tactu à qualitate tangibili, ita in viſu, & cæteris ſenſibus à ſuis obiectis emanat, quod idẽ innuit, id eſt, de cauſis ſymp. quod Auerrhois intellexiſſe non videtur. Diuiſio igitur con-

tinui

tinui læſio eſt, quam diuidens facit, non autem eſt læſionis cauſa. At perceptio læſionis, quę ſicut ipſę ſenſationes, à ſenſu communi percipitur, 3. de anima, proxima doloris cauſa exiſtit.

Dolor igitur eſt paſsio appetitus. Cauſa immediata perceptio læſionis, quæ eſt ſolutio continui, huius cauſa externa vel interna, qualitas tangibilis diuidens, non tamen dyſcraſia. Nam ſenſibilia communia re ipſa afficiunt ſenſum, ex ſententia Simplicij & Alexandri, ſentire non eſt recipere vt vterque exiſtimat, imo actio dicenda eſt. Itaque Gal. 7. de plac. ſenſum non eſſe alterationem, ſed alterationis dignotionem autumat.

An ex mentis dolore, in corpore excitetur dolor? Animi perturbationes corpus alterant 3. ar. p. Ex cogitatione cor alteratur, vt ait Ariſtote. lib. de motu animalium. Igitur & totum corpus, ſimul enim cum corde affecto, omnes afficiuntur partes 5. de loc. aff. Quod etiam in Erotis pateſcit. In his quoque qui dolorem imminētem expectant, plus mali adfert tormenti formido, quàm ipſum tormentum, vt fuſè explicat Xenophon 3. Cyropædiæ. Vult etiam Alexander 1. natur. quæſtionum quòd dolor & voluptas ſimul eadem parte, eodemq́ue tempore ſentiatur. Nempe in ſcabie, ſiti, eſurie, & coitu, huc pertinet dulcis dolor Archigenis, & Catulli diſtichon, quod ſubnectam.

Odi

Odi & amo, quare id faciam fortaſſe requiris:
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrucior.

Ad ſummam, vt excitetur dolor, quatuor ſunt neceſſaria, vt corpus ſit paſsibile, vt ſentiat, vt ſubitò & violenter mutetur, vt alteratio præter naturã ſit, ac ſenſui inimica. Inſuper in dolore tria ſunt, qualitas tangibilis, quæ alterat & diuidit continuum, alteratio ipſa vel diuiſio, quæ eſt læſio & perceptio læſionis, quæ dicitur ſenſus & ſenſatio. Ex his tribus ſequitur paſsio in appetitu, quæ dicitur dolor.

Doloris ſpecies ſi ducantur à potentia, geminæ ſunt. nempe dolor ex proprio ſenſili, & cum tactu cõmunis. A ſedis affectæ proprietate ſunt varię, dolor punctorius, pulſatorius, grauis, tenſiuus. Ab accidente, dolor profundus, ſublimis, latus, anguſtus, æqualis, inæqualis, fixus, turgidus, ſtupidus, vt in hæmodia, vehemens, mitis, continuus, intermittens. A cauſa, vlceroſus tenſiuus, inflammatiuus iuxta laſsitudinis ſpecies. Eſt etiam vbi ipſa diſpoſitio dolorem faciens, dolor dicitur, vt 2. aphoriſ. Qui dolorem non ſentiunt, mente ægrotant.

Dignoſtica. Dolor quencũque obſederit locum aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationẽ oſtendit. 2. art. p. fomẽta doloris cauſam explanant. 6. apho. com. 31. & 2. r. a. Ex doloris proprietate cauſa deprehẽditur. 3. de loc. aff. Nam dolor

lor cum grauitate, plenitudinem teſtatur. Cum eroſione, vel humorum vel vaporũ acrimoniam: Cum pulſu, inflammationem: Cum tenſione ſine pulſu & grauitate, copiam inter membranas contineri ſignificat. Vlceroſus tenuium acriumq́; humorum vitium arguit. Tenſiuus multitudinem, inflammatiuus vtrunque. 2.apho.com.5.ſtupidus fit à frigida diatheſi. Vetuſti dolores frigidi, noui verò calidi, plurimiq́; horum à ſanguine. 6.epi. Punctorius affectam membranam indicat. Infixus inteſtina affecta. Pulſatorius arteriam læſam, hæmodia dentes. Membranarum quæ oſsibus adhęrent, dolores profundi ſunt, & oſsium veluti dolentium inducunt imaginem 2.de loc.aff. In omni dolore magnitudinem perdiſcere oportet, nam confert ad loci patientis dignotionẽ, ad præſagationem, & ad curationis inuẽtionem. 6.apho.com.5. Dolor qui pulſum variat, aut per ſe magnus eſt, aut in partibus principalibus conſiſtit. lib. introd. pul.

Præſagio. Dolor vehemens fit in ore ventriculi, in renibus & dorſo, in colo, in oculis & dentibus, Dolor animi deliquium & mortem inferre poteſt. 2.de ca.ſy. febrem. lib. de nat.hum. Inflammationem & ſanguinis fluxum. 5.ther. fluxionem irritat 3.ar.p. vnde reſurgentibus à morbo ſi quid laborauerit, hic fiunt abſceſſus. 4.apho.22. Dolor vires diſſoluit. 3.r.a.com.35. Doloribus commune eſt

proh

prohibere membra à ſuis operationibus 2. prog. com. 71. Nullum ſymptoma ita ægrum moleſtat, ſicut dolor vehemens 4. τῶν τόπ. Dolor interdum adeo vehementer diſcruciat, vt laborantes doloris grauitate victi, ſeipſos interimere cogantur lib. de diff. ſympto. Contra dolorem fortiter reniti periculoſum. Satius eſt quod dolorē leniret quicquam capere, quàm in aſperis affectum deſtruentibus auxiliis perſeuerare. 12. ther. Omnia non poſſunt ſimul dolere. 2. epi. Dolor vehementior alterum obſcurat. 2. aphor. 46. A calore & frigore dolor vehemens: à ſiccitate mediocris, ab humiditate prope nullus vel ſtupidus excitari ſolet. Recurſus doloris à loco minus nobili ad magis nobilem malum. 6. epi. Dolor ſi fuerit in aliqua parte ante morbum, hic morbus firmatur. 4. aph. 33. figuræ omnes præter mediam ſimpliciter, partim minus, partim verò magis cum dolore. 2. de motu muſcul. Doloris in febribus prænotiones explicantur. 3. progn. Dolor cum ſyncopi lethalis, teſte Razio.

Metho. m. Illud quod ſedat dolores, aut dyſcraſiam mutat, aut materiam reſoluit, aut ſtupefacit. 4. fen primi. Dolor dolorem curat. 6. epi. quod dictum non probat Gal. nam quod curat, inquit, eſt remediū, quod cū dolore affectuū doloris autorē delet. Nulli nanq; ſymptomati primario, ſed ipſum

curāti

curanti affectum curatio ſemper debetur, inibi, com. 2. & 12. ther. Vere anodynis reſoluendi facultatem Galenus tribuere videtur 4. ſimplic. his verbis, quæ temperata ſunt, grata ſunt, funditur enim quod in nobis concretum fuerat, quo maximè affectu voluptas animalibus conſtat. at ſi moram etiam trahant, ſenſui quoque & ipſa moleſta euadunt: ad tantam enim fuſionis immoderationem ſic recidunt, vt ſubſtantiam noſtram digerant, & animi afferunt deliquium, vt mors tandem ſequatur.

Remedia, Anodyna & paregorica hoc eſt dolorem ſedantia, mitigantiaq́; quædam re vera ſunt huiuſmodi, alia verò nomine duntaxat. Priora ſunt tenui ſubſtantia primo gradu calida, vel ita temperata vt familiaritate elementorum naturæ partium conſentiant. Huc refer quæ qualitate contraria cauſam oppugnãt, & quæ ſublata copia vel cacochymia dolorem tollunt, vt ſunt phlebotomia, ſicya, cathartica, clyſmi & ſimilia, ſic in vehementiſsimis doloribus laudatur ſanguinis miſsio vſque ad animi deliquium 1. apho. com. 21. Poſteriora ſunt narcotica & hypnotica, id eſt, ſtupefactiua & ſomnifera, qualia ſunt refrigerantia, non tamen ſunt verè ſomnifera, quia pro ſomno veternum ſtuporemq́ue inducunt. Minus tuta ſunt fortiora quàm leniora; ſimplicia quàm compoſita; recentia

quàm

quàm annua vel ſemeſtria; ſumpta quàm admota, niſi in oculi dolore, vbi ſtupefactiuum minus officit propinatum quàm illitum, quod adnotauit Auicen. 4. pri. In vniuerſum cauendus eſt quoad fieri poteſt eorum vſus, potiſsimum vbi ex frigida cauſa dolor eſt excitatus. Miſcentur tamen ſalubriter medicamentis purgantibus veluti in dolore ventriculi & colico, ex Raſis conſilio & Arculani. Anodynum non verũ vocat Ruellius quod eximio frigore ſenſum ſopit, vel quod affectũ doloris authorem ſanat. Item quod doloris acrimoniam demulcẽs hebetat, vt lac, oleum & alia dulcia. Pręter hæc dolor ſedatur leui deambulatione, & diuturna, propterea quòd emollit, ſuauiq; melodia, atque his quæ lætitiam afferunt. 4. pri. Dolorem etiam ſoluunt fomenta humida vel arida tepida admota. 2. r. a. Balneum. 6. aph. 31. Embrocha noxium humorẽ à partibus diſſoluere, & dyſcraſiam permutare poteſt, quare dolorem mitigat. 4. pri. Calefactio, inquit Raſis, mitigat dolorem quia rarefaciens membrum diſſoluit humorem, inquit, inſuper ſi calefactio dolorem auget, materiam eſſe craſſam indicat.

Obſeruatio practica.

Ad dolores à caliditate factos cõmendant ſpinachiam, roſas, violas, nympheam, lupulos, plantaginem, ſolatrum, ſantalos, ſeriolam, lactucam, portulacam, ſemen vel folia papaueris albi, ordeum,

milium, panicum, muccago pſylli, oui aquatum, oleum roſaceum, myrtinum, de nenufare, de lactuca, papauere, de mandragora, & altercho: lithargyrum, magnetẽ. De aluum ſoluentibus caſsia nigra, manna, rhabarbarum, conſerua prunorum, ſy. roſatus catharticus.

Ad dolores frigidos conueniunt pilulę dendem Auic. pil. fœtidæ maiores, & minores. M. Theodoricum magnum Ali. Oleum de lilio, irinum, ſinapiſmum.* M. oleum è nuce myrepſia, è cinamomo, è caryophyllis, è calamo aromatico, ex hyperico, ſtyracinum, galbanarium, ſulfurinum, terebynthinum, petreleon & ſimilia, huc pertinent verè anodyna. ſunt autem anthemis, melilotum, anethum, malua, althea, calendula, ſemen lini, fænugræci, maluæ & altheæ ſemina, cytoniorum & linoxyli. De oleis chamemelinum, anethinũ, è memeliloto, ex amygdalis, è croco, butyrũ, lana ſuccida, œſypus, adeps ſuillus, vitellinus,* vulpinus, aſininus, gallinaceus, anſerinus, & anatis. Ingreſsus in balneum olei tepidi, ſanat omnes totius corporis dolores. Zoar. pinguedo anatis calida vel frigida illita confert doloribus. Idem. Animalia omnia è putri materia genita vt blate, inteſtina terræ, oniſci, dolores vbique natos finiunt, quia ex calidiſsima, humidiſsimaq́; materia orta ſunt.

Dolor flatulentus curatur per embrochas ex

aqua

*ſinapinum (manuscript marginal note)
*vitulin⁹ (manuscript marginal note)

aqua calida, per euaporationes ex milio, furfure, orobo & ſale, ſed leuior eſt euaporatio in veſica poſita. 2. r. a. Sicya cum flamma copioſa ſubinde admota, illos qui ſpiritu flatuoſo cruciantur, illicò à dolore liberat, in quauis particula excitato. 12. ther.

Ad omnem dolorem ℞. anthemidis, meliloti, ſeminis anethi an̄. ℥. j. friata miſceantur cum muccaginibus ſeminis lini, fænugr. & ſem. altheæ, & cum oleo anthemidis, anethi & momēto aceti fiat epithema. Aliud. ℞. cribraturæ radicum altheæ elixatarum lib. 1. pulueris florum chamomilæ, anethi, ſeminis lini & fænugr. an̄. ℥. j. farinæ ordei ℥. iiij. cōcorporatis adiunge roſaceum, oleum anethi & anthemidis. Aliud. ℞. olei cherini ℥. ij. oleū amygdalarum dulc. & ſiſamini an̄. ℥. j. ß. butyri recentis ℥. j. adipis anatis ℥. ß. florum anethi & anthemidis friatorum an̄. ℥. ß. ceræ albæ ʒ. j. ß. lutea ouorum tria. fiat linimentum. Emplaſtrum ex furfure cum ſapa & momento ſalis leui ebullitione confectum, non habet compar in ſedādo dolores. Aliud. ℞. olei omphacini lib. ß. lutea ouorum ſex, roſacei ʒ. iij. coquantur ſuper cineres pauci caloris aliquandiu, dein addantur farinę ordei amyli an̄. ℥. iij. croci ʒ. ij. fiat emplaſtrum. Erit magis anodynum ſi addatur ſapæ ℥. iiij. butyri recentis ℥. j. ß. bdellij mollis & ſubalbidi ʒ. ij. recoque lento igne ad ſapæ

x. i. chamæme

nota. vtere.

consumptionem. Cataplasma ex mica panis soluta in lacte, vel incoacta, cū ℥. ß. croci & tribus ouorum vitellis & sesquiuncia rosacei, anodynum est. Succus bethonicæ potus ad omnes corporis dolores remedio est. Cibo amygdalæ amaræ, doloris sensus mulcetur. Rhaponticum omne genus dolores emendat. Polium tractare facit ad dignitatem & gloriam, & dolores corporis finit. Lepidiū quod officinæ sataragi vocant, adalligatum brachio qua dolet, compescit dolorem, testibus Dio. & Ruellio.

observado. Dolores ne sentiant, qui vrendi secandiq; sunt. Erucę semen, verbera subituris potum ex vino duriciem quandam contra sensum inducit. Idem præstat ocymum syluestre potum ex vino, Plin. Ad idem valet vinum in quo elixa sit momordica potum. Sarac. Ad idem, vinum in quo elixatæ sint radices mandragorę masculi, ad tertias, colatum & mensura cyathi potum confert, Dio. Vt corpus nō sentiat cruciatum illinatur marmore tiberino ex aceto. Plinius. Trito & illito lapide memphite, quæ vrenda aut secanda sunt, sine periculo obstupescere aiunt, ita vt non sentiant cruciatum. Dio. Idem præstare affirmat Chiranus rex adipem Crocodili illitum, & Rasis ad hoc laudat cinerem corij lacertæ cum amurca seu fæce olei mixtū & inunctum. Oleum in quo viua torpedo coxerit, narcoticum est. Itaque quæ secanda sunt obstupescent,

torped

torpedine nigra viua impoſita eo loco. Scribonius. Acus creagomagnete illita, carnem totam abſque dolore penetrat, & ſæpe illita dolorem penetrando non excitat, aut leuem. Card.

Cur caro & cutis poſt attritionem abſque dolore perforatur? An eſt quia pars attrita fit rarior, ideo acus facilius præterlabitur, & caliditas dolorem non permittit ſentire, & dolor ab attritione, dolorem punctionis leuat, maior enim dolor minorem obſcurat, & nerui attritione, ſpiritus animalis excluditur.

Oleum ex vitriolo eſt adeò vrens, vt pro igne potentiali vtamur, & cum pauco dolore incidit membra, ſi ex oleo cultro inuncto tangatur. Braſauola. Modum à vitreolo extrahendi oleum docet Maſſa. Cauſticum quod citra dolorem aperit vomicam. ℞. aquæ primæ ſaponis lib. I. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, mox adde calcis viuæ ℥. ß. opij ʒ. ij. coque iterum, poſtea adiunge auripigmenti ʒ. ij. fiat maſſa. Aliud. ℞. aquæ primæ ex qua fit ſapo, lib. j. ß. vitrioli Romani, nitri, ſalis ammoniaci an̄. ℥. ß. diſſoluta coquantur in teſta ad ſordium craſsitudinem. tunc adde opij ʒ. vj. recoque tandiu vt lapideſcant, effracta olla lapillos ſerua in vitreo vaſe bene obturato, quia ex aëre tacti, lapilli, in aquam ſoluuntur, quatuor aut quinq; horarum ſpatio, operantur. Ad vrendos aut ſecandos obſeruatio.

Narcoticum facillimũ & optim. benefacit ſpongia ſomnifera Nicolai olfacta. Linimentum Arnaldi ad idem quod recipit, opij, corticum mandragoræ, radicũ alterci leuiſtici añ. ℥.j. i. apiũ grãde? puluerata aquæ mixta agitentur: dein ſine vt fex reſideat, hoc liquore linteo imbuto alline frontem ab vna aure vſque ad alteram, & nares, ita profundè dormiet, vt non ſentiat cruciatum. poſtea excitabitur odore acerrimi aceti.

Eſcharoticum abſque dolore conſtat ex molli ſapone, calce viua, & opio. An etiam ex ſarcophago? Præter hæc caſtrandi ratio citra dolorem fieri poteſt, ad hunc modum. Vt in balneo venas homini ſupino quæ circa guttur ſunt comprehẽdas, & ſtatim ſenſus & motus protinus ſtupet, vt in apoplexia.

De cephalea. CAP. III.

CApitis dolor extra caluam pericranei affectus eſt, qui verò intra caluariam fit, menyngum paſsio exiſtit, ſi cerebrum inſenſile ſit, vt retur Ariſtoteles, 2. de part. animalium, & Galen. lib. de facult. corpus noſtrum diſpenſantibus. Et primo de ca. ſy. cerebrum ait non vt ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed vt ſenſuum inſtrumentis vim ſentiendi præſtet, à natura inſtitutum eſt. Quærit Macrobius 7. ſaturnal. cur cerebrum cùm ſenſum non habeat, ſenſus gubernet.

net. Reſpondeo, quòd omnium animalium functionum efficiens eſt cerebrum ſuis menyngibus conueſtitum. Nam prior cerebri pars ſenſus, poſterior verò motus principium eſt. Membranæ autem tactus ſunt origo. Itaque cerebrum & ſpinalis medulla quibuſdam authoribus ſenſu fruuntur, vt ait Gal. lib. de plenit. Eſt autem cephalea dolor inueteratus, & cephalalgia recens, apud Oribaſium & Genuenſem, vel prior morbus eſt. poſterior verò ſymptoma, vt placet Tralliano. Galenus quoq; κεφαλαῖα, inquit, cerebri morbus eſt. 3. de loc. aff. Attamen omnis dolor actionis offenſa eſt. 1. de ta. ſy. igitur ſymptoma & non morbus, qua de re fusè diſſerit Concil. differentia 73. Inſuper cerebrum inſenſibile eſt. Ergo cephalea cerebri morbus non eſt, ſed eſt capitis dolor diuturnus difficulterque ſolubilis, per quem affectæ partes multo redduntur quam in κεφαλαλγίᾳ debiliores. Heterocrania ſeu hemicrania dicitur, quum media capitis pars dolore infeſtatur. Monopathia dolor eſt in vnica capitis parte, vt definit Paſsionarius. Vel, vt alij volunt, dolor eſt quo quarta capitis pars laborat. Inde monopathicus dolor, apud N. Alex. καρυβαρία eſt capitis grauitas ex multa repletione, maximè auſtro flante accidens. 3. aph. com. 19. Grauedines in ſolo capite oriuntur. Capitis tamen grauedo illa dicitur quæ fit non à cauſa externa,

ſed ob naturalem capitis infirmitatem,& grauedinoſi ab ea dicuntur.6.epi.com.3. Helucus,id eſt, languidus & ſemiſomnis heſternoq́; vino madens vſurpatur etiam pro cariuaria, qua procliues in ſomnum reddimur, vt ait B. Renanus in ſuis in Tertulianũ annotationibus. κρόταφος eſt dolor vehemens temporum. Aureliano 1.chronion. Cerebrum ſphacelatum. 7.apho. 51. De galea meminit etiam Alex.6. Denique omnis capitis dolor efficitur vel per idiopathiam, id eſt, proprium affectum, vel per conſenſum.

Cauſa externa æſtus à ſole. Inde cephalalgia ſolſtitialis,frigus,meraca potio, temulentia, ictus, caſus,ſuffitus aromatum,carbonum fumus, & ſulfuris odor. Auſter caput grauat,& cutis meatus claudit. Somnus ſtatim à cibo in plethoricis diſpoſitionibus caput & cerebrum aggrauat. Ad internam cauſam pertinent vitia reliquarum partium,vt pote, ſtomachi, vteri, & viſcerum, ſenſus exuperantia, ſuturarum capitis apertio, dyſcraſia inæqualis ſimplex,vel compoſita cum vel ſine materia, continui ſolutio.

Dignoſtica. Quibus intra caluam diſpoſitio eſt, his ad oculorum vſque radices dolor extenditur. difficillimum tamen eſt locum affectum dignoſcere vnus ne ſit, an plures vno. Tunc affectus proprius putandus eſt quum permanere in parte quapiam

piam conſpicitur. Quum pars aliqua ſimul cum alia ſic afficitur, vt irritata vna, altera vehementius moleſtetur, & remiſſa irritatione quieſcat, eam per conſenſum affici putandum eſt. Dolor continuus fit in affectu qui parti eſt proprius. Intermittens contra in parte per conſenſum affecta. Dolor ob vteri vitium ſynciput præcipuè afficit. Ex doloris proprietate & partem affectã & cauſam internam venatur Galen. ſic ſphacelus innoteſcit ex vehementiſsimo dolore, vt ſcribit Braſauola, quod mirum videri poteſt quum cerebrum inſenſibile ſit, & præcipuè gangrenâ, ſphaceliſmo ve affectũ, Inſomnia humorum in capite peccantium eſſentiam & qualitatem indicare teſtatur poſt Hippocratem Ariſtoteles. Ventriculo cerebrum, cerebroq́; ventriculus ſuas affectiones tranſmittunt. Proinde capitis dolores quomodocunque fiant, nauſea, ſtomachiq́; morſus conſequitur. Materiæ etiam indicia à lotio, præcipueq́ue ex corona & bullis ſumuntur.

Præſagia. vrina turbulenta capitis dolorem adeſſe, vel futurum ſignificat. Caput firmiſsimum, & à dolore tutiſsimum eſt, quo ſuturę pauciores ſunt, maximè ab extrinſecis imminentibus malis. Craneum ſolibus expoſitum & tempeſtati, breui pro oſſeo fit ferreũ, & omni morbo inacceſſum, vt ait Syneſius. Minus laborant eorũ capita, quibus pe-

diculus in capillo eſt. A capite tanquam ab arce dependent funes morborum vſque ad reliquum corpus. Omnis ægritudo partis alicuius inferioris ſub capitis prȩiudicio commouetur, nam huic ſingula membra nexu naturali coniuncta ſunt. 3 .Paſſionarij. Corpora natura idonea ſunt, vt in ipſis caput repleatur, in quibus vaporoſus calidusq; ſpiritus generatur, aut quibus bilioſa excrementa cumulantur in ore ventriculi. Vētriculi cum cerebro conſenſus fit, propter neruorum à cerebro ad ſtomachum deſcendentium magnitudinem. Cephalea vehementius fœminas tenet: ob diligentiam capillorum. Cephalea grauis in repletis apoplexiā prænuntiat. Capitis dolor quantuncunque fortis non interficit. 2 .τῶν τόπ. In febre tamē vehemētes perpetuiq; dolores, accedente letalium notarum aliqua valde ſunt periculoſi. 3 .progn.

Meth. m. ſymptomata curantur ſublatione cauſarum à quibus dependent. Cauſa externa nullam præſtat curationis indicationem. Capitis in dolore ſanguē venà detrahito, vel perure venas. Hipp. lib. de loc. in homine. Dolenti partem capitis poſteriorem in fronte recta vena inciſa prodeſt. Sunt qui in omni capitis dolore auerſiuam ſanguinis miſsionem laudant, in quorum albo eſt Salycetus, & Nicolus. Reuulſionis etiam cauſa imponenda ſicya fientibus affectibus non in parte affecta, ſed vicina.

ricina. Dolor ſi non cedat remediis, ſed intendi-
tur,metus fit cæcitatis,ob fluxum materiæ in ocu-
los. Arteriarum tunc quæ per tempora repunt ſe-
ctio,erit neceſſaria, ex conſilio Pauli & Manſoris.
Clyſter validus ea quæ ad caput aſcendunt, reuel-
lit. In omni cephalea quotidiana fæcum expulſio
confert. Quæ apparant materiam ſerapia, à cœna *Annotatio.*
concoctione facta,ſumenda ſunt,in capitis paſsio-
nibus, vt ſentiunt Raſis, Auic. Legius. Ad caput
purgandum pilulæ magnæ & poſt cœnam dantur.
Dama.& Moſes. In fine morborum quos vitioſus *obſeruatio.*
ſuccus creat,calefaciẽtibus & ſiccantibus eſt vten-
dum.nam quod reliquum eſt humoris abſumunt.
Eorum quæ in capite continentur, purgatio pro-
pria fit per palatum, vel nares, vel per vtrunque,
videlicet apophlegmatiſmis, gargariſmo, ptarmi-
cis,aut ἐῤῥίνοις. Caput ſanare ante totum corpus
non licet, vt ait Plato. Ideo communis euacuatio
propriam pręcedere debet.Niſi in aliquot caſibus,
quorum meminit Meſueus & Gentilis. Totum
corpus ab excrementis vacuum eſt reddendum,
quàm vlla pars valentibus remediis ſit ſubiicien-
da. Topica remedia coronariæ ſunt imponenda
cum infrictione tunſis capillis aut abraſis, per ſyn-
ciput & non per aliam capitis partem medica-
menti vis intro peruenire poteſt, vt ait Galen.ta-
men nares vnguentis illinuntur, vt caput odore

ipſo

ipſorum incaleſcat. In hoc etiam excogitati ſunt paſtilli odorati. Embrochæ de topicis præſtantiſſima remedia ſunt. 4. pri. & ſi emplaſtra ſint his efficaciora, prima tertij.

An capitis tonſura in dolore vtilis? non conuenit inter doctores. Scribonius enim compoſitione 10. prodeſt, inquit, quum diu caput dolet, ad cutem tonderi. At Celſus lib. 1. cap. 4. caput ait infirmum nunquam ad cutem tonderi debet. Certè capitis tonſura cutis poros aperit, ob id ſalubris exiſtit: è diuerſo capitis raſura denſam reddit cutim, ſicq́; retinet vapores, prima quarti.

In victus ratione vitare oportet vehementes motiones: motu enim forti qualis eſt ſternutatio & coitus, augetur capitis repletio, vt ait Moſes 9. aphor. Inſalubria ſunt omnia euaporantia, vt lac. omnia bellaria caput dolore infeſtant, præter palmulas, ficus, & vuas, vt ſentit Areteus. Palmulæ tamen infeſtæ ſunt, teſtibus Galeno & Ætio. Amygdalæ amaræ videntur ex vſu, quoniam arcent ebrietatem ſumptæ, vt aſſerunt Dio. & Plutarchus, Vinum in omni capitis morbo nocet prima tertij.
nota. — Galenus concedit aquoſum vbi dolor per conſenſum ventriculi infeſtat, lib. de euchy. & merum in forti hemicrania, quę à frigore vel à ſanguinis craſſitie fit. 6. epi. com. 2. & 2. τῶν τόπ. Trallianus concedit porra cocta & allia, ſed ſatiari vel vtilibus malum,

nalum, vt ait Areteus. Nihil tam conueniens cephaleæ quàm animi tranquillitas, vt ait Rasis.

De cephalalgia sanguinea. CAP. IIII.

AD capitis dolores à sanguinis copia, hoc ordine conueniunt præsidia. Aluo astrictæ clysmus mollis, sanguinis missio ex cephalica, vel è vena quæsita est inter policem & indicem. De repellentibus est oxyrhodinum fronti illitum. Sanguinem autem alterant syrupus acetatus simplex, oxysachar simplex, syrupus de limonibus, de acore citri, de omphace, de succo oxalidis, syrupus nympheæ, serapia miscentur aquis extillatis ex cichoreo, buglosso, intubo, cum victus ratione refrigerante, & siccante: & nihil magis salubre quàm animi tranquillitas, cibus exiguus, somnusq; multus, vt ait Rases. De purgantibus catharticis vtilia sunt, manna, atramentum calami dulcis, diaprunum, decoctum myrobolanorum citrinarum, cum prunis tamarindis & iuiubis. Aqua fructuum Mesues, decoctum adianti eiusdem, & decoctum fumariæ: huc etiam pertinet syrupus rosatus ex nouem infusionibus. Valet etiam dilutum rhabarbari cum diacatholico, vel electario rosato, aut de psyllio. M. Benefacit etiã in linteo capiti adposita muccago seminis altheę, vel seminis psylli, in aceto macerati, frigidaq; odorari &

ri & olfacere, veluti ſunt roſæ, myrtus, ſalices, pyra, poma, acetum roſatum, aqua roſacea, cui adiuncta ſit camphora, vel puluis ſantalorum, ſalubria quoque ſunt ſerta ex verbena, aut ex ramis polygoniæ.

De cephalalgia bilioſa. CAP. V.

AD bilioſam cephalalgiam ratio victus frigida & humida ex vſu erit. Inedia & vigiliæ nocuæ, immoderati animi affectus, & præcipuè ira nocentiſsimi ſunt. Statim inter initia bilis purganda eſt cholagogis commemoratis, vel ex ſyrupo acetoſo ſolutione ducente bilem. M. vel ex ſerapio roſato cathartico cum rhabarbaro, & decocto prunorũ tamarindorum & florum cord. vel pilulis aureis Nicolai, vel aſſaieret Auicen. Deinde localia auxilia raſo capiti imponenda, vt epithema ex oleo roſato, violato, vel nympheæ cum modico aceto. Et in caliditate multa licebit addere ſuccum ſolatri & ſemperuiui. Embrocha vtiliſsima fit, ex decocto roſarum violarum nenufaris, foliorum lactucę, & corticum papaueris albi, cum floribus anthemidis, & meliloti. Naribus infundatur oleum violarum aut cucurbitæ ſatiuæ, vel nympheæ. Olfaciat paſtillum ex floribus nenuffaris, roſarum, violarum, ſeminis endiuiæ, portulacæ, acetoſæ, papaueris albi, cum ſantalis &

lis & camphora. Si hederæ folia mollia cum oxyrhodino torreantur,& fronti temporibusq; imponantur,miraberis. Hoc idem terreſtis hederæ ſuccus cum roſaceo mixtus,& fronti illitus præſtat,vt teſtatur N.Alex. Ad phlegmonẽ & cephalalgiam calidam optimum eſt vnguentum roſatum N. folia hederæ menyngarum cerebri dolorem ſedant, ſi mollia imponantur, aceto exiguo & cum roſaceo trita & decocta. Alex.B. Hedera,inquit, Lonicerus ex contrariis facultatibus eſt compoſita,partim enim adſtringẽtem,terrenam frigidamq; ſubſtantiã,partim acrem quæ calida eſt,partim etiam aqueam tepidam nimirum ſubſtantiam obtinet. Theophraſtus calidam ſiccamq; dicit, ſed in ſympoſijs Plutarchi hedera ſuo frigore temulẽtiam reſtinguit.

nota : vtere; miraberis.

heder. terrest. ſucc cũ roſaceo mixtus.

Hedera.

De cephalalgia pituitoſa. CAP VI.

DOlor capitis à pituita exigit rationem victus calidam & ſiccam,alimenta pauca,& rara, & inediam.nam habentibus humidas carnes fames conuenit. 7.aph. Apparatur pituita potu hydromellis, mellis roſati, oxymellis ſimplicis, ſerapio de duabus radicibus ſyrupo de ſtecade, purgatur verò primũ clemẽtioribus,veluti hiera ſimplici cũ agarico,pilulę maſtichinę Cõcil.vel ℞. pil.aſſaieret.ʒ.ij.agarici tro.℈.j.

vel

vel.ʒ.ß.formentur pil.v.quas ſumat poſt primum ſomnum. Ab his rurſus apparatur materia pituitoſa fortioribus, vti ſunt hydromel,mel roſatum colatum,acetum paſſulatũ,oxymeli ſimplex & compoſitum,oxymel ſcilliticum, cum aquis ſaluiæ,betonicæ,feniculi,maioranę.Porrò materia cõcocta deturbatur electario Indo,diaphęnico,blãca,& benedicta Nicol.℞.cathartici imperialis ʒ.iiij.cũ melicrato ſumptæ caput ſuauiter purgant,pilulis cocciis,pil.arabicis , & ſine quibus. Die ſequenti operationem cathartici ſex horis ante prandiũ Ægrotans ſumere debet ʒ. j. theriaces , mithridatij vel aureæ alexandrinæ. Itaque agioxyli decoctum frigidos capitis dolores potum ſanat. Balani acres & clyſteres,frictiones validę ac diuturnæ,vinculaque dolorifica , pituitæ ſurſum ruentis impetum auertunt,ſed vitare oportet oleum in enemate,vbi capitis grauitas fuerit , aut ſtomachi læſio , vt ait Ætius. Salutares etiam ſunt cucurbitulæ interſcapulio & ceruicibus affixæ . Errhynum ad dyſcraſiam cerebri frigidam & humidam. ℞. maioranæ,blitis albæ añ.m.j.roriſmarini,matricariæ añ.p.j.glycy.ʒ. vj.paſſularum.℥.ß. mellis.ʒ.x.zinziberis pyrethri añ.℈.j.in aqua ſufficiẽti fiat decoctio ad dimidias. Maſtiche commanducata cum pipere,aut ſtaphiſagria humiditatem cum pituita ex ore trahit, fortior eſt agaricus inſtar ciceris commanſus.Item vt

ait Sere

[Handwritten margin note: Quando vitandu[m] oleum in enemate]

ait Serenus, purgatur cerebrum manſa radice pyrethri. Reliquam pituitam à capite diſsipant conditum de acoro maſticatum, aromaticum roſatũ, diamoſchus dul. diambra. hæc enim olfactu caput roborat. Ad idem pollet paſtillus è ladano, vel qui fit ex caryoph. cinamomo, maiorana, ambaro. De topicis. ℞. radicum cucumeris ſyl. foliorum abſinthij añ. m. j. bulliant in hydrelæo ad tertias. Ex fæce piſta fiat cataplaſma, ſed ex iuſculo fiat embrocha. Aliud. ℞. radicum bryoniæ recentium elixatarum & cribelatarum lib. j. abſinthij. calamenti, origani recentium añ. m. j. ß. elixentur & cribrentur, poſtea adde farinæ ordei. ℥. ij. croci. ʒ. j. olei liliorum alborum. ℥. iij. miſceantur omnia ſimul & fiat emplaſtrum. Vnguentum Fauẽtini ad omnem capitis dolorem. ℞. ſucci anthemidis. ℥. iiij. ſucci roſ. ℥. ij. ſucci rutæ, & betonicæ recentiũ añ. ℥. j. ß. ſucci radicum altheæ. ℥. ij. olei roſati omphacini lib. j. alabaſtri puriſsimi puluerati. ℥. iij. alabaſtrum per diem & noctem infundatur in oleo, & cum cera alba fiat vnguentũ. In acerrimo dolore ℞. huius vnguenti ℥. ß. opij grana. iij. miſce, & illine pulſus temporum & partem dolentem.

cataplasm. et embrocha

De cephalalgia ab atro humore.

CAP. VII.

D capitis dolorem ab atro humore hiera Pacchij eſt mirabilis. Apozema ſeu feruefactum ad idem. ℞.corticum myrobolanorum citrinarum ʒ. xviij. chebularum ʒ.ix.indarum ʒ.xxvij. ſpicæ, ſquinati, cinamomi,epithymi boni,agarici, florum violarum añ.℥.ß.polypodij ℥.ij.aquę.q.ſ.infuſa ſimul & macerata ad lentas prunas coque ad cõſumptionem medietatis,ſumat Aegrotans de colatura mane ℥. iij.plus minus cum ſyrupo violato.Cõfert ad idem infuſionis de hiera M.ʒ.j.potui data ſingulo mane, fluor hæmorrhoidum hanc ægritudinem amolitur. Inſuper ſalubria ſunt dianthos, confectio de moſcho dulcis,electarium pliris arcotici,Nicol.℞. diapraſsij ʒ.ij.cũ vino calido, in quo cocta ſit hyſſopus & tragachanta fiat potio,ſumat in ſero,cuncta capitis vitia emendat. A paſtu conuenit cotoneati ſaccharacei eſus. Vnguentum optimum recipit bryoniæ ℥. viij.olei lib.j.ß. ceræ lib. ß. coque,& fiat illitio ad locum dolentem.

Ad pituitoſas cerebri materias. Apparantia ſunt ſy.de cortice citri,mel roſatum, oxymel ſimplex, oxymel ſcillinum, hydromel, ſy. de hyſſopo, de praſsio, de calamento, de ſtæcade.De catharticis ſunt hiera,ſ.cum agarico,hiera diacolocynthidos, infuſio de hiera, M.pilulæ ſtomachicæ, aggregatiuę minores,pil.de ſarcocolla,alãdahal,pil.lucis,pil.

ſine

ſine quibus, pil. de euphorbio. Sotira magna Auic. cũ aqua roriſmarini ℞. catapucię pulueratę ℈. ij. vel ʒ. j. cinamomi. ℈. j. cũ ouo ſorbili, vel iuſculo carnis, ſumat ieiunus, craſſam pituitã purgat ſine moleſtia. nota.

A purgatione conueniunt ſequentia remedia, theriaca diateſſeron, confectio anacardina, electarium de gemmis, & de aromatibus, confectio de moſcho, aromaticum roſatum Grab. Aromaticũ moſchatum, acorus conditus diambra. ℞. ſpicæ nardi ℈. j. cum theriaca. f. pil. ij. quas ſumat à cœna duabus horis. ℞. ambari gra. iij. ſy. de calamento ℥. ij. cum aqua maioranæ ſumat in aurora. ℞. pul. moſchi gra. ij. aquæ maio. ℥. iij. fiat errhinum, fit etiam apophlegmatiſmus, ex globulo agarici commanſo. Aliud. agarici ʒ. ß. pul. diambræ ℈. ß. cubebarum xyloaloes añ. ℈. j. cum aqua iridis f. tro. ſiccati in ſole. Commanſi purgant caput, illudq́; roborãt. ℞. ambari. ℈. j. xyloal. gra. v. fiant pil. cum vino aromatico, octo pro drach. ſumat ij. omni ſero, per ij. horas ante cœnam, vigoroſos ſenſus, robuſtumq́; cerebrum faciunt. Ad idem, ladani puri ℥. j. nigellæ romanæ ℥. j. ß. ambari moſchi añ. gra. iij. torrefiãt omnia ſuper patella ferrea, ligata in ſerico, ſæpe odorentur, arcet fluxũ materiæ à cerebro. ℞. olibani ʒ. ß. ſandaracæ ℥. ß. macis ʒ. j. fiat puluis pro vertice. Aliud. macis ʒ. j. ß. ſanda. ℈. ij. xyloal. ſpodij añ. ℈. j. maſtichæ ʒ. ß. Item ex puluere caryo-

phylli asperge coronalẽ, visum etiam corroborat. Aliud maio. betonicæ, stæcadis, anthos, galangæ añ.ʒ.ß. sand.ʒ.ij. ℞. ladani puri ℥.ß. styracis calam.ʒ.ij. sandaracæ ʒ.j. ambari. ℈.j. conus cupressi, mastichæ, corallorum amborum spodij añ.℈.ij. resinæ ʒ.vj. dissolue ladanum cum resina & vino veteri, & coquantur ad viscositatem. f. emplastrum pro vertice, antiquos rheumatismos discutit. Augmentum in cerebro faciunt auellanæ tostæ sumptæ à pastu. 2. cano.

De hemicrania. CAP. VIII.

* benzoinum.

AD hunc dolorem lasar* cum betæ purpureæ succo distemperatum in narem eius partis qua dolet, immitte, statimq́; dolor cessat. Ad hemicraniam vehementem sicya cum flamma in inio siue fontanella colli admota remediat, oleumq́; nymphæ, naribus attractum frugiferum est, teste Razi.

De capitis dolore à suturis. CAP. IX.

INterdum incidit capitis dolor ab apertione suturarum, sanatur verò ligatura quæ cephalica dicitur, & reuertentibus suturis in suum locum cessat dolor, vt asserit Oribasius.

De

De capitis dolore cum rheumate.

CAP. X.

PRimum deſtillatio curãda eſt auerſionibus variis cognitis, ſed ſanguinis miſsio nocua eſt, niſi ad partes internas cõfluat materia, cauereq́; oportet ne topica capiti adapplicata rheumatiſmum diſſoluant.

De amuletis. CAP. XI.



TOrpedo viua impoſita eo loco, qui in dolore eſt, in perpetuum remediat, teſte Scribonio, fecula illigata prodeſt. Limacis calculum quandiu tecum habueris nunquam dolorem patieris. Magnes collo adalligatus, vel circa caput, dolori medetur. Idem præſtat lapillus albus hirundinis in manu retentus, vel capiti alligatus. Gallinacei pluma vel criſta adalligata. Corona è pulegio. Ad hemicraniam mirum remedium eſt, ſe tundere luna 7. vel 17. vel 27. Caput muris ſuſpenſum. Corium vppupæ illigatũ. Raſis. Vppupæ pennæ capiti appoſitæ ſedant ſodam. Idem & Vincentius. Gagates adalligatus capitis dolores inueteratos ſedat. Aetius.

De vertigine, ſcotoſi, ſcotoma, ſcotodiniáve, & inde ſcotomatici vertiginoſiq́;.

CAP. XII.

SCotomica paſsio ab accidenti nomen ſumpſit, quòd repentinas oculis ingerat tenebras, à qua ſeparare vertiginem neceſſarium non eſt, vt autumat Aurel. Itaque Linacer vertigines ait Græci vocant ſcotomata. Aliter Gal. 4. r. a. quum caput, inquit, circumagi videtur, δῖνος, id eſt, vertigo vocatur affectio, quum autem & tenebricoſa ſimul fuerit viſio, σκοτόδινος, hoc eſt, tenebricoſa vertigo appellatur. Sunt tamen caligines oculis offuſæ, & vertigines cognata vitia, vt ait Herodotus. Itaque vt Æginetæ placet, σκοτόδινος eſt ingens vertigo, in qua obſcuritas fit: Et hæc in cerebro fundamentũ habet. Ergo non errant (vt quidam putant) qui inter vtrunque agnoſcunt differentiam. Mendum euidens eſt in lib. diffi. vbi ſcriptum eſt, quod ſcotomaticis caput circumferri videtur, cum lucis ſplendoribus.

Cauſa. auſtri, motus circularis, quia non permittit materiam difflari irruente cum turbinis impetu aëre, & tranſpirationem inhibente, vt docet Caſsius. Inſpectus aquæ fluxus, ambientis calor, quo incaleſcunt ſpiritus & humores, & inde commouentur in gyrum. Caluariæ fractura vel perforatus. ſi priores cerebri ventres premantur. Contingit etiam vertigo acrius intuentibus ex ponte veloces aquarum curſus, rapitur enim ſpiritus viſiuus

ſiuus ab obiecto rapidi curſus. Capite multa humiditate pleno, flatus excitantur, qui circa oculos mouentur, & vertigines pariunt, fit etiam à ſpiritu vaporoſo, qui in cerebro eſt, & inordinato citatur motu. 3. aph. Vaporoſus autem ſpiritus, vel à capitis intemperie ortum habet, vel ab oris ventriculi vitio naſcitur, vel forte per calidam cordis intemperantiã gignitur, per arterias pone aures, aut per alias his maiores, quæ ad cerebri ſuſtentamentum per retiformem membranam aſcendunt, ad cerebrum fertur. 3. de loc. af. Efficitur etiam à dyſcraſia inæquali, inibi. A frigida humida & materiali. Æg. à vaporibus quoq; incidit, eleuatis ab humoribus qui in ventris ore ſunt. 4. apho. com. 17.

Dignoſtica cauſarũ cognitu facilia ſunt. Nempe ex capitis & ſenſuum oblęſione, vel ex nauſea cordis ve morſu. Et ſi percuſſus arteriarum poſt aures vehementes ſunt, liquido iam conſtabit vertiginem vaporum eſſe ſobolem, vt ait Damaſcenus.

Præſag. vertigo prænuntiat epilep. aut apoplexiam. Senioribus accidũt. 3. aph. facilè ea capiuntur, quibus ſolitæ excretiones retinentur. Aet. Vehementeſcit hyeme vel veris initio. Aurel. Anorexia cum vertigine, oriſq; amaritudine, purgationem per ſuperiora neceſſariam ſignificat. 4. aph. 17. quo tempore ſit vehementior.

Metho. m. ſymptomata curantur ſublatione

causarum efficientium. 12. th. Igitur cor, os ventris, vel ipsum caput curandum. Sed caput ante totum corpus curare non licet. 4. ther.

Accessio præsens curatur quiete, & aëre obscuro, lux enim spiritus exagitat, serapia frigida & astringentia ex vsu sunt, quoniam spirituum humorumq; motus turbulentos sedare possunt. Ea quoq; quæ odore spiritus animales recreant, optima sunt. Sed euaporatio à capite auerti debet frictionibus, vinculis ad musculorum capita iniectis sicyis, causticis, clysmis acribus, & id genus aliis. Veluti si pathema dependeat ab humorum qualitate, purganti pharmaco, sin à copia secta vena saphea auersio fiet, vel scarificatione crurũ, vel per hirudines ano impositas. Si verò per calidam cordis dyscrasiã per arterias vapor sursum feratur, arteriæ sectio retro aures his adhibere cõsulunt Hippocr. & Galen. vel desuper imponenda sunt pharmaca astringentia, vti balaustia, cytinus, malicoriũ, galla, acacia, aloes, opium ad formam emplastri cum aceto vel oui aquata redacta. Etsi præsentium & futurorum vna communisq; medendi ratio sit, vt innuit Hipp. 2. aph. 29. præfata auxilia non solùm præsentem paroxysmum curabunt, sed etiam impendentem declinabunt.

Remedia in causa calida, sy. acoris citri vel limonis, acetosus, de* prunis. Oxyrhodinum, de pur- gantib

*vel de pomis.

gantibus,electarium roſatum,de pſyllio, & confe-
ctio hamec, hiera ſimplex, decoctum myrobola-
norum. Vertigo in febre modò non contingat ob
criſim, ſanatur,ſi capiti raſo catulus ſciſſus aut gal-
lus vel gallina calidus imponatur. Conſtan. In cau-
ſa frigida conueniunt oxymel ſimplex & ſcyllite,
acetũ ſcyllinũ,dianthos,diapraſſum, diamoſchus,
confectio de ſtecade & alfeſcera M.purgant clyſ-
mi acres,hiera diacolocyn.hiera hermetis,hieralo-
godium,pil.de hiera, maſticinæ, arabicæ, pil.ſine
quibus,cocciæ,huc etiam pertinent errhyna,apo-
phlegmatiſmi, gargariſmata. ℞. coriand.præpa.℥.
ß. raſuræ eboris ʒ. ij. libani ℥. j. cum ſucco roſ.f.
maſſa,ex qua fermentata formentur pil.paruæ,ſu-
mat.x.cum puluere zucari omni nocte.℞.chame-
meli m.j.ſtæcadis m.ß.roſ.m.ß. galliæ moſchatæ
ʒ.iij.f.ſacculus in vertice, roborat cerebrum frigi-
dum & hu.& ab eo arcet vapores,vt ait Bauerius.
Capitis lotio ex decocto inulæ ſanat vertiginem. Enula campana.
Idem præſtat abrotanum potum. Roſarius.

Amuleta.corona ex planta vlmi capiti circun- planta vlmj.
ligatur.Ruel.virga vulpis capiti adalligata vertigi- Virga vulpis.
nem tollit. Nicolus.

De ephialta,ſeu incubone. CAP. XIII.

Ἐφιάλτης à verbo ἐφάλλομαι, id eſt, incu-
bus, pnigalion ſeu pnigamon x. epi.eſt
paſsio poſterioris partis cerebri, videli-

cet, obſtuctio à craſſo vapore, qua offenditur motus corporis & linguæ, ita vt præfocari in ea affecti videantur. Mouendi enim vis, linguæ, aduenit à ſeptima neruorum à cerebro ortorum cõiugatione, non longe à ſpinalis medullæ initio. 4. de lo. af.

Cauſa remota cacochymia, proxima vapor craſſus ex craſsis ortus humoribus, & cruditatibus qui prohibẽt facultatem liberè per neruos tranſire, vt ait Aet. vnde incubus fit ab organorum facultatis animalis modica obſtructione. 9. Alman. Ephialtæ fiunt in ſomno quum craſſus humor ſeu in cerebro, ſeu in thorace impedit motum thoracis, eaq; compreſsio mouet imaginationẽ, vt cogitet premi thoracem ab aliquo alio.

Digno. ab eſſentię ratione explicata ſunt. Ephialta eſt quædã in ſomno epilepſia, lib. de vſu reſpi. nam quæ epileptici interdiu, eadẽ ephialtici dormientes noctu patiuntur. Paul.

Præſag. præambulo eſt apoplexiæ, epilepſiæ & maniæ. Paul. & lib. diuiſ. Incubo vitæ periculũ interdum affert teſte Scribonio.

Metho. m. Cacochymia purgatione quæ cuiq; ſuperanti ſucco ſit accommodata curatur.

Remedia, à purgatione confert aſſumere conſeruam anthos calẽdulæ, exhilarans. Manſoris. Naribus ad olfactandum crebro ſuggera aneſum.

Amuleta. de collo geſtent corallium, aut radi-

cem

cem pæoniæ, quæ ephialtion propterea dicta eſt, quòd nocturnis incubonum ludibriis medeatur. A collo pyriten geſtãs lemures ac laruas nõ timet, literis proditum eſt qui lapina pelle conteguntur ſuauiter & ſine formidine dormiunt. Ex Plin. & Pratenſi.

De apoplexia quæ & ſtupor attonitus, & apoplexis, & ſyderatio dicitur.

CAP. XIIII.

APoplexis dicta eſt, quod tanquam ex letali percuſſu repentinum faciat caſum, vt retur Aurelian. Eſt enim repentina omnium corporis partium ſenſus & motus priuatio, cum principis animæ facultatis læſione. 3. de lo. aff. Eius differentiæ fortis & debilis. Apoplexia eſt maior, hemiplexia minor, vt ait Orib. Anheliud in debili apoplexia, aliquem ſeruat ordinem. In forti eſt inæqualis. In fortiori magna cum vi fit. In fortiſsima deficiens eſt ſpiratio. 2. aph. 42. ſicq; diſcernitur affectionis magnitudo, ex noxæ quam ſpirationi infert vehementia. 3. de loc. aff.

Cauſa non eſt dyſcraſia, quoniam ſubitò euenit, ſed eſt aut frigidũ aut craſſum, aut viſcidum quidpiam, quod principes cerebri ventriculos affatim implet. 3. de lo. aff. Apoplexiæ omnes fiunt vi animali

mali non potente defluere ad partes infra caput existentes, aut propter aliquam dispositionem similem inflammationi quæ in cerebro sit constituta, aut vētriculis oppletis humore pituitoso. 2. aph. com. 42. fit etiam interdum à sanguine, & ab atra bile. 6. aph. com. 57. Accidit quoq; obstructis, dēsatis, vel compressis in collo arteriis carotidibus quæ & apopleticæ ob id dicuntur lib. de vsu pul. & 4. r. a. Præterea immoderatam sanguinis euacuationem apoplexia sequi solet. 9. ther.

Digno. malum hoc plerunque citra febrim aduenit, & hominem repente in terram prosternit, qui veluti dormiēs iacet, & sine somno stertit, ronchisatve. Ad nullas inclamationes, nec ad quasuis collisiones expergiscitur, & tam grauis torpor attonitum tenet, vt nullis stimulis discutere queas. In hoc affectu omnes thoracis musculi mouentur, propter respirationis necessitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationē. Alij verò musculi motu priuati sunt. 2. aph. com. 42.

Præsag. apoplexia licet acutus sit morbus, est tamen sine febri. 2. aph. com. 19. vehemēs solui non potest, leuis non de facili potest. 2. aph. 42. Debilis citò curatur. Gal. in com. terminatur in paralysim. Est morbus senibus familiaris, ob pituitosos in cerebro humores. 3. aph. com. vlt. Difficiles curationes fortium hominū, quia in illis maior spirationis

noxa

roxa contingit, quàm in frigidis & debilibus, ut ait Aurel. Qui ſtrangulantur & exoluuntur citra mortem ſi ore ſpumāt nō referuntur. 2.aph. 43. ſpuma fit ex humiditate, in qua aër ſubingreditur, quæ in hoc malo nota lethalis eſt, & in epilepſia ſalubris rationem explanare nititur Gilbertus. Ante tertiū diem exactum apopletici ſepeliendi non ſunt. In tribus enim diebus humores omnes motus ſuos complent, vt ſcribit Concil.

Metho.m. Extremis morbis extrema remedia optima. 1.aph.6. vt os apertū maneat, cuneus intra dentes ponatur. Mox à cerebro materiam reuellere, diſtrahere, & vacuare oportet, ſanguineā, ſanguinis miſsione, pituitoſam phlegmagogis, clyſmis acribus, errhynis, apophlegmatiſmis, ſternutatoriis, frictionibus, ligaturis doloriferis, rubificantibus, cucurbitulis, & cauſtico in vertice admoto. Sed notandum, quòd in forti apoplexia curationē ordiri oportet à clyſmis acribus. In debili contra à ſumendis catharticis vt conſulit Razes 1.cont.& lib.diuiſ. Idemq; iubet iugulares venas ſecare, ſed non imitandus propter periculum, vt ait Agrado. Placet tamen (quam Razis laudat) phlebotomia ambarum cephalicarum ſimul eodem tempore facta. Apoplexiæ omni quæ non fit à frigida cauſa, confert ſicya in colli fontanela, ſiue inio admota. 3.aph. Raz. Item ſicya cum multa flamma ſub ſiniſtrum

Obſeruatio practica notatu digna

nota. ſtrum armum iniecta, reuocat ad vitam deploratos. Et in omni cordis paſsione optimum remedium eſt. nã obſtructa itinera ſpiritibus patefacit, & liberam virtutem reddit, ex Apono. Apparantia & purgantia materiam in cerebro pituitoſam libro præcedenti notata ſunt, ſimilem cum his quæ

Sartago ignita digerunt, & caput roborant. Sartago ab igne candens capiti ita proxima, vt cerebrum incaleſcat, adeo opitulatur, quòd deperditam loquelam reſtituat. Vnguentum optimum Tuſsiquanæ, euphor-

Unguent. opt. bij, piperis, hyſſopi, calami aromatici, coſti, caſtorei glutinis alibar, opoponacis añ. ʒ. iij. ſtyracis ʒ. j. ß. ceræ citrinæ q. ſ. cum oleo coſtino f. vnguentum quo vngatur caput raſum. Aliud. ℞. emplaſtri apoſtoliconis ℥. j. ß. reſinæ ℥. ß. ceræ q. ſ. ammoniaci caſtorei añ. ʒ. iij. euphorbii ʒ. j. fiat ceratum, caluæ impoſitũ à profundo aquoſam materiam extrahit, mirabiliterq; iuuat apopletios ſyderatosve.

Amuleta, ſmaragdus ſi de collo pendeat, apoplexi confert. Zoar.

De epilepſia. CAP. XV.

Επιληψία nomen habet quod ſenſum & mentem pariter apprehendat, vt placet Aureliano, forſan ab ἐπὶ ᾗ λῆψις, id eſt, ſupra captio. Eadem dicitur παιδικὸς morbus Hippo. & primus morbus Lucretio, quòd primam

primam ætatem ſæpius oppugnet. Comitialis & maior Celſo. Diuinus Apuleio, ἱερὴ νόσος, Tralliano. A magnitudine herculeus, inuictusque Ariſtoteli. Sonticus Plinio. Lunaticus Cælio, quòd interlunio editos eo fere corripi adnotatum ſit.

Vel quia dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum talis ſæpe ruina profundit, vt cecinit Serenus.

Eſt morbus acutus abſq; febri. 5. aph. com. 3. Eſt omnium corporis partium per neruos conuulſio non perpetua, ſed quæ ex temporum accidit interuallis, cùm mentis ac ſenſuum obleſione. In hoc enim vitio cerebrum ſe ac totum corpus cõcutit, vt à ſe expellat id, quod primo aut per conſenſum offendit. Qualẽ motum in ſingultu facit ventriculus vbi re acri mordetur, corrupto cibo infeſtatur, vel copia cibi grauatur. 3. de lo. af. Eius differentię tres numerantur, vna quæ fit læſo cerebro affectu proprio. Altera fit per conſenſum oris ventriculi. Tertia per cõſenſum partis alicuius prauè habentis efficitur. Nõnulli primã epilepſiam nominant, ſecundam analepticam, tertiam verò catalepſiam.

Cauſa externa, clamor tubæ, ſoniq; validi, quales fiunt tonante cælo, & excuſſu tormentorum. Magna ex parte victus deprauatus paſsionem generat. Apium naturæ ſuæ aptitudine nocet, ſi credimus Tralliano, Auicen. Meſueo, & Setho. Piſces,

inquit,

inquit Plin. ſi ægrotent in piſcinis apio viridi recreantur, at in puerperiis ab eo cibo comitiales fiunt. Hanc apij proprietatem Galen. ignorauit, vt apparet in cõſilio de comitiali. Huc refer quæ comitialem arguunt ſuffita, bitumen, lapis gagates, cornu ceruinum, odor hepatis caprini aſſati, & ipſum hepar dum editur. Apoplexis ob pituitæ in ventriculis cerebri aceruatæ multitudinem accidere videtur, proinde horum ſymptomatum generatio, tum ſolutio ſubitaria eſt, id quod per corporum intemperiem fieri haud poteſt, vt ait Gale. 2. de ca. ſy. Et vt craſsius pituitæ ſuccus ita melancholicus quoque comitialem ſolet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, ſiue is medius ſit, ſiue poſtremus. Vbi verò in cerebri corpore abundat inſaniam melancholicam efficit. 3. de lo. af. peſsimus & horribilis humor eſt, qui hoc pathema efficit, vt opinatur Auenzoar, ex quo innuere videtur quod à qualitate humoris illud euenit. Oritur etiam ſecundum Gale. à vapore aliquo, aura ve ſpiritali à ventriculo aut parte aliqua ignobili elato.

Digno. ſi à proprio cerebri affectu contingat, ſubitus fit caſus, cum vehemẽti & continua totius corporis concuſsione, & multa oris ſpuma, & hæc fortis dicitur, in qua omnes cerebri anteriores vẽtriculi obſtruuntur. In debili & quæ fit per conſenſum

rum obſtructio minor, & reliqua ſymptomata debiliora, & caſus erit cum parua, & intermittente concuſsione, nec ſemper cum caſu incidit paroxyſmus. Quum humidior eſt materia, tum increſcente luna, quum verò frigidor, tum ea inclinante recrudeſcit. Quæ in coniunctione mouetur à frigiditate naſcitur, quæ verò in plenilunio ab humiditate ſuos habet periodos. Ex Tuſsi gnana & Neocomenſi.

Præſag. De comitiali obnoxiis diſſerit Crinitus. 25. de honeſta diſcipl. Homo ſolus comitiali in tenera ætate laborat, teſte Ariſtot. Oues & capræ comitiales ſunt. Hipp. eas tangentibus morbus affricatur. Plutar. Coturnices damnatæ menſis propter comitialem, hunc ſolæ animantium ſentiunt præter hominem, vt ſcribit Plini. Ego non ſemel pſitacos, canes, ſimias & cercopitecos cõuulſos ab epilepſia vidi. Melancholici comitiales fieri ſolent. Comitialesq; melancholici. 6. epi. A comitiali furor interdum euenit. Aeti. pueri propter neruoſi generis infirmitatem facilè conuulſionibus corripiuntur. 1. epi. com. 2. Iuuenes liberari poſſunt ætatis loci & ſalubri victus ratione. 2. aphor. 45. Comitiales qui ante pubertatẽ fiunt, in ea finiunt, qui vltra procedunt, commoriuntur. 5. aphor. 7. Pueri comitiales vna cum pubertate mutationes habent. 6. epi. Morbi per pueritiam creſcẽtes pu-

bertatis ſiue coeundi tempus ſanat, inibi. Coitu primo maſculorum, & menſtruo primo fœminarum plures morbi ſanantur. Pli. Comitialis depulſus à quartana diu infeſtante. 1.epi.com.3. Tuberum eſus freque͂s epilepſiam & apoplexiam efficit, ſi credimus Setho. Si in prima acceſsione epileptici, ſanguinis à quouis me͂bro fiat detractio, nunquam poſtea homo à tali vitio infeſtabitur, vt aſſerit Theodoricus lib. 4. chirurg.

Remedia. membra primum in rectum extendi, vel corpus erigi debet, & pituita ob ore extrahi. Olfacienda ruta. Odor thymi & pulegij contriti ſtatim excitat. Excitat ſubito humi proſtratos oleu͂ quod balſaminum vulgus vocat, naribus ſubditum olfaciendum, aut quod ex lateritio lapide eximu͂t. Comitialis paroxyſmi præſentaneum remedium eſt, in os eius coëffundere ℥. ß. aut plures aquæ ceraſorum dulcium vi ignis extillatæ, quod pródit vir doctus Io. Agricola. Deligatura quæ fit in ſcorto, efficaciſsima eſt. Item caſtoreu͂ collo & nuchæ illitum. ℞. ſucci cyclaminis, ſe. rutæ, coaguli leporis an͂. ℥. j. f. miſtura de qua iniice in nares. Ite͂ totum os fricetur theriaca vel methridatio, vel palatu͂ illinatur anacardino. Et auribus ſtrepitus, & oculis magna luminaria offerre, quidam iubent. Si per conſenſum cum ſtomacho acceſsio fiat, penna oleo lita vomitus concitetur, ſi commodè fieri queat,
dein

lein balanis acrioribus anus ſolicitetur, vaporq́ue frictionibus,ligaturis , ſicyisq; ſuper vẽtrem aut internas femoris partes admotis diſtrahatur. At ſi acceſsio per cõſenſum ab alia parte efficitur, viam vapori præcludere oportet, ſtricta deligatura, vel ſicya valde ignita,affectæ parti affixa,vel cauſtico, quale laudat ex diacaſtoreo & auripigmẽto Monta. Item lepidium herba impoſitum parti ex qua epilepſia oritur eam ſanat, nã oportet exulcerare, extenuare,& calfacere partem,à qua aura ſuſtollitur,vt docet Trallianus.

Futuræ acceſsioni nulla debetur curatio,ſed ſola prophylacticæ,cuius officium eſt, cauſam quæ morbum factura eſt adimere,vt ait Gale. 11.ther. Adimet autem proba victus ratione,apparantibus materiam,purgantibus & reſoluentibus. In pituitoſa concoquunt materiam mel roſatum,oxymel ſcillinum,ſy.de ſtecadæ, de cortice citri,de acoro, cum aquis ſaluiæ,betonicæ,hyſſopi, meliſſæ,peoniæ, &c.purgant hiera ſ. cum agarico.pil.de hiera cum agarico,maſtichine Con.cocciæ fœtidæ. Digerunt de aſſumendis Acorus conditus,confectio de moſcho dulcis,Aromaticum moſchatũ M.Oſſa humana combuſta potui exhibita epilepſiam & arthritim curauerunt, vt teſtatur Galen. 11.ſimp. ℞.bregmatis hominis combuſti, ſeminis peoniæ añ. ℥.ß.tormentilæ, viſci quercini añ. ʒ.ij. Eboris Eboris ramenta.

etiam ramenta magnopere proſunt ad dies quin que aut plures duorum cochleorum menſura quotidie pota ex aqua mulſa, vt aſſerit Aet. Ad pedium & infantes epilepticos pluria conſcripſimus auxilia, in pragmateia de puellorum malis. Iſtis benefacit aqua ex peonia extillata pota. Aliud optimũ, pyrethri, ſtæcadis, coſti añ. ℥.x. agarici ℥.v. cari, ſe. anethi, aſſæ fœtidæ, ariſtolochiæ rot. añ. ℥.ij. ſ. ſucci ſcillæ mellis añ. ℥.xiiij. coque ſcillã & mel ad bonam viſcoſitatem, & cum puluere f. electarium. ſumat ℥.iij. per 4. horas ante prandium. ℞. nigellæ romanæ, anthos, maioranæ, macis añ. ℥.j. ſe. peoniæ ℥.j. ſ. cum oleo nardino fiat vnguentum molle. cum momento ceræ albæ, illinatur naribus hora ſomni.

Nonnulli ſolis cauteriis putant ſanari poſſe epilepticos. Et ſi ea quæ anterioribus cerebri neruis moueri ſolent, qualia os, lingua, oculi illæſa ſunt, vertebræ candens ferrum imponunt, vnde neruus, conuulſi membri deriuantur. Quod ſi à collo infra totum corpus conuellitur, à tertia ad quintam vertebram cauterium imponunt, hoc ſolo ſuffragio, vt putat Cardanus, auxiliari poteris. Vltimum auxilium eſt, vt idem ait, iuxta talum ex vtroque crure paululum ſanguinis mittere, occiput incidere, & cucurbitulas admouere. In occipitio quoq; & infra, qua ſumma vertebra cum capite committitur

titur, adurere duobus locis, vt per vlcera pernicioſus humor euadat. Nos cōtra multos vidimus cum ſalubri victus ratione, & medicamentis citra cauterium ad ſanitatem redactos.

Obſeruatio.

Amuleta. frons aſini geſtata, lapilli hirundinis, crhyſolithus, Iaſpis, coralliū. Tral. lapis chelidonius rubeus, Ser. Auicen. Alb. Aetites. Alb. ſmaragdus Ser. pyrethrum collo ſuſpenſum Macer. Zona de corio lupi vel aſini, viſcus quercinus de collo ſuſpenſus. Tuſsig. Peonia ex collo ſuſpenſa comitialem ſanat, quia citra vehementē calfactionē reſiccat. Gal. 6. ſimpl. vngula Alcis, vel pars vngulæ manu in pugnum complicata, cōfeſtim paroxyſmum abigit. In anulo incluſa & in anulari digito inſerto, idem præſtat, teſte viro docto Leuino.

De phrenitide ſeu phreneſi Samonico.
CAP. XVI.

Φρενῖτις eſt delirium perpetuum cum acuta febri, vel cum ſynocho homotono. Raro tamen ab initio phrenitis cum febre irruit, ſi credimus Aetio, nam plurimis à quarta, quinta, aut ſexta incipit, & adhuc ſerius cum ipſo ferme periculo incidens. Itaque phrenitis dyſcraſia calida ſiccaq; eſt, ſiue inflammatio meningum, & vicinæ cerebri ſubſtantiæ communis, licet præcipuè in tenui meninge conſiſtat.

ſiſtat. Sunt autem phrenitidis variæ differentiæ, nempe incipiens aut perfecta, exquiſita & falſa, ex primario affectu & per conſenſum. At quod per conſenſum fit delirium nõ phretitis ſed παραφροσύνη & παραφρενῖτις dicitur, haud enim in phrenitide cerebrum laborat per conſenſum, ſed primaria affectione, fieri tamen poteſt, inquit Galen. vt corde & ſepto tranſuerſo affecto phreniticus quis efficiatur. Nec otij plurimi eſt definire an cerebrũ ſcirrhum admittat. An abſceſsio in cerebri ſubſtãtia fieri poſsit? An in eadem inflammatio? Quum dictum iam ſit, phrenitidem ſequi cerebri aut meningum inflammationes.

Cauſa. cerebri intẽperies calida, aut praui ſucci calidi, veluti flaua bilis aut pallida. Ex priori vehemẽtior eſt, ex hac mitior. Nec ſimpliciter ob calidos ſuccos accidit, ſed quũ phlegmonem in cerebro, vel in ipſis membranis producunt, fit etiam exquiſita ex bile flaua, notha verò quando flauæ bili pituita confunditur. Et inde vigilem ſoporem (qui à græcis agrypnon coma vocatur) excitat, phrenitis à pituita, apud Oribaſium, ſed de acuta & ſalſa intelligendum arbitror.

Digno. phrenitidem futuram licet ex inſomniis prænoſcere, præcedentia ſymptomata & iam inſtantis explicantur 5. de loc. aff. Ex perpetuo delirio phrenitis cognoſcitur. Nam niſi febriat ægrotans,

ſtans, & continuo deliret, phreneſis non vocatur. Delirium nullum perpetuum excepto phrenitico, & quod oritur ex ſepto tranſuerſo, quod non multum à phrenitide differt. In hac febris mordacem habet calorem & perpetuo ſimilem. Phrenitidis propria nota eſt, ſi inſania non quieſcit, mitigato febrium vigore, & hæc à mania ſola febre differt, pulſus paruus, rariſsimè magnus, robur mediocre habet, durus, neruoſus, frequens & valde celer, inæqualis in ſitu, huius magna frequentia eminentem minatur ſyncopem, nam crebritas ab imbecilla oritur facultate, pulſibus adeſt perpetuò, vt cum conuulſione quadam motus eorum abrumpatur. Multum loqui phreniticorũ eſt, tacere melancholicorum. De notis etiam ſunt lucis horror, cum vano manuum errore, id eſt, crocydiſmo, & carphologia, vt ait Aurel.

Præſag. eſt morbus acutus & periculoſus, quarto die aut quinto pereunt, phrenetici nõ omnes tremunt, ſed qui deterrimè habẽt. Labiorum tremor in acutis mortis ſignum. Phrenitis ſi in lethargum commutatur pernicioſa eſt. Superuenit nonnunquam peripneumoniæ à calido ortę ſucco quę vaporibus replet cerebrum. Phrenitici ſunt βραχυπόται, non ſitiunt quia vim ſtomachi appetitricem habent extinctam, his alba deiiciuntur, bile tota confluente ſurſum ad caput, ſunt robuſti quia ner-

uorum genera quanto ſicciora, tanto fortiora. Medicatoria non bibentium & vix bibentium, breuis ſpiratio.

Metho.m.conſiſtit in victus ratione ſalubri. In auertentibus, repellentibus, in cerebri dyſcraſiam alterantibus. In digerentibus materiam, ſi in meningibus ſupereſt. Victus ratio refrigerãs & aſtringens idonea eſt, quò ſucci denſati in caput ægrius confluant, decumbat æger in tenebricoſo cubiculo, quia lux addit ad inſaniam, præcipuè aërophobis, nam fluxum reddit magis exorbitantem. Conueniunt de cibis ptiſana, cremor hordei, auenæ, & chidron, alica, panis medulla ex iure pulli gallinacei elixa. De oleribus elixis vtilia ſunt lactuca, malua, ſcariola, intybus, borrago. Piſces ſaxatiles aquarum currentium, ſuccus mali punici, aurãtij, limonis, cydonij, oxalidis, omphacis, & acetum. Vinum oligophorum concedit Trall. ſi vires non ſint ſatis robuſtæ. Vinum vnicum ſubſidium eſt, ne in vaporem homo diſſoluatur, vt inquit Areteus, aqua frigida tuta non eſt, ſed tepida vtendum.

Vinum. *nota.*

Auertunt ſanguinis miſsio ex humerali, ſed modica ne bilis furiat. Auertunt & ſicyæ ceruicibus affixæ, frictiones artuum & partium inferiorum, ligaturæq́; dolorificæ. De cholagogis clemens eſt ſyrupus roſatus ex nouem infuſionibus cum diluto rhabarbari & manna, vel cum diapruno. Valentiora

tiora ſunt electarium roſatum M. vel de ſucco roſarum Nicol. Clyſmi molles plus conducunt quàm acres, nam hi hepar infirmant.

Repellunt frigida aſtringentia, vti eſt oxyrhodinum ſyncipiti & fronti illitum. Ranæ viuæ vertici impoſitæ, epithemata ad caput ex ſucco plantaginis, ſolani, ſemperuiui cum roſaceo, quæ admota mutāda ſunt ante quàm incaluerint. Cum his olfaciat aquam roſaceam camphoratam, bibat ſerapia frigida modicè aſtringētia, veluti ſunt ſyrupus roſatus ſimplex, ſyrupus de granatis, aut de limonibus vel de acore citri. Sed ambigitur, an frigida topica imponenda ſunt? Nicolus vult tepida, quia frigiditas denſat meatus, & ſic materiam diſcuti non permittit. Caliditas etiam nocens eſt, quia addit ad feruorem. Verum ſi actus medicamenti potentiæ proportionatus eſſe debeat, vt vult Galen. frigida adapplicanda ſunt.

Ad inſomniam. Capitis lauacrum peruigilij & delirij remedium, apud Hippo. Balneum etiam commendat Trall. ob ſiccitatem & vigilias. Itaque oportet ſopire & ſtupefacere principem facultatem. Et in augmento confert gallos vel columbos, per dorſum inciſos, & farina albi papaueris, vel ſeminis alterci albi conſperſos, capiti raſo imponere. Præterea mirè ſomnum prouocat ſpuma quæ ſupernatat ſero lactis ebuliente, capiti raſo illita.

Diacodion non ſolùm vigiliis ſed etiam febri medetur. Inſalubre tamen eſt in ſpuria phrenitide, maximeq́; ſi vires infirmæ ſint. In extremis vigiliis ℞.vnguenti populei ℥.j. violarum ℥.j. ß. ſeminis alterci albi,corticis mandragoræ añ.ʒ.j.opij grana ſex,croci ʒ.ß.aceti momentum. fiat linimentum, ex quo illine tempora, nares, pulſus brachiorum & pedum.

De delirio. CAP. XVII.

DElirium eſt actio læſa virtutis animalis, videlicet deprauatio imaginationis, cogitationis vel memoriæ. Indeq́; delirij tres ſpecies. Aut enim imaginatrix potentia læſa eſt,ſeruata illæſa ratione. Aut ratio tantùm patitur, ſalua imaginatione. Aut imaginatio ſimul & ratio læduntur. Stultitia autem delirium non eſt, ſed abolitio imaginationis vel cogitationis,vt abolitio memoriæ obliuio dicitur.

Cauſa ex natura,allium,cepa,fabæ,hæ ſi quidem à proprietate quadam cogitatiuam deſtruunt, vt teſtantur Auenzoar & Auerrho.faba, inquit Plin. hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere, ſubaudi triſtia & turbulenta, ob hoc Pythagoricâ ſententiâ damnata. Hyoſcyamum potum aut comeſum abalienationem mouet. Dio.ſimilem vim lolium habet,& coriandrum,ſolanũ ſomnifer

niferum, crocus, edera, & onyx geſtatus. Item leuibus de cauſis homini turbulento deliria accidunt. Contigit etiam delirium ex timore, & ex retentis menſibus apud Hippo. Deliria omnia patiente fiunt cerebro ſiue per ſe, & proprio affectu, ſiue conſortij lege: læditur autem vel ob inflammationem, vel ob humorum bilioſorum redundantiam. Deſipientiæ etiam ſequuntur acres excandeſcentias, & bilem amarã in ſtomacho vel cerebro conſiſtentem. Deſipientię temporarię poſſunt oriri ex prædictis cibis, ex carbonũ fumo, ex vini potione, vel ex domo calcis retinente qualitatem. Perturbatio intellectus accidit ex diminutione propriæ ſubſtãtiæ cerebri, ſicut ſenibus, & illis à quibus frequens ſanguinis miſsio fit. Zoar. Nota

Digno. delirium agnoſcitur dum Aegri nihil ſanum aut dicunt, aut faciunt, delirantium ſpiritus magnus ſimul & rarus. Deſipientiam præcedere ſolet vigilia, & magna ſimul & rara ſpiratio. Oculi etiam ferocitas delirium portendit.

Præſag. facile illi in nigram deſipientiam incidunt, quorũ temperatura cordis calida ſiccaq; eſt, & cerebri humida. In his enim bilis flaua in iuuenta augetur, quæ in conſiſtentia vritur. Adde quòd frigida ac humida cerebri dyſcraſia in lapſu ætatis maior fit, eoque cerebrum magis imbecillum redditur, ſicq; facilè vapores recipit nigros. Delirium

Aſarauio eſt ſymptoma hereditarium. Deliria cum ſiccitate difficillima. Deſipientia nulla ſecura. Minus periculoſæ quæ cum riſu fiunt, omnium periculoſiſsimæ quæ fiunt ſerio. Vrina alba & tranſparens delirantibus lethale ſignum. Vrina reſidentiã multam habens à deſipientia liberat. Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum. A profluuio ſanguinis deſipientia & conuulſio malum. Ergo deliriũ aliquando fit ex defectu.

Metho.m.eſt cauſarum efficientium abolitio, & capitis roboratio. Primum efficiunt cholagoga & melanogoga. de quibus puluis optimus eſt, qui recipit, rhabarbar.ʒ.j.maſt.ſpicę añ.℈.j.diacredi grana v.candi ʒ.j.ſenæ, polypo.epithy.añ.ʒ.ij.da ℈.ij. ante cœnã ſemel in hebdomada. Aliud.epit.℥.ß. lap.lazuli præparati agarici añ.ʒ.ij.ſcamo.ʒ.j.gary. noſtro.xx.f.pul.da omni ſeptimana ʒ.ij.Platearius laudat vſum myrobol.conditorum, in omni mentis alienatione.

Pul. benedictus à Paſchatio nuncupatus. * numero

De mania. CAP. XVIII.

MEntis alienatio duplici ſpecie inſigni cõſtat, hanc Græci μανίαν, id eſt, inſaniã, illam μελαγχολίαν, id eſt, atram bilẽ appellant. Eſt autem mania delirium ſine febri, in quo imaginatio pręcipuè læditur, ſicut ratio in melancholia.

Cauſa

Cauſa externa, morſus rabidi canis, vinum fulmine gelatum & potum. Menſes primi in potu ſumpti. Aelini cerebrum comeſtum, veſicariæ alterum genus, apud Theophra. Mania ab ebrietate apud Aet. Item quæ mentem commouent, vt coriandrum, oreoſelinum, altercum, ſolanum, mandragoras. Interna eſt calida cerebri dyſcraſia, ſuccíq; mordaces, flaua bilis aſſa, in cerebri corpore abundans ferina inducit deliramenta.

Digno. deſipiētię ferinę ſunt, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur ſeu hoſtes exiſtimātes. Qui tali vitio laborant, ſunt, vt ait Herodotus, tumultuoſi, præcipites, manu prompti, contumelioſíq; fiunt.

Præſag. Mania accidit pluribus animalibus trāſferturq; ab vno ad aliud & eiuſdem & alterius ſpēciei, Zoar. & Aphrod. Philoſophi maniæ obnoxij, primo paſsionarij. Varices ſoluunt maniā. 6. aph. A furore dyſenteria, hydrops vel mentis alienatio, bonum. 7. apho. Ex inſania gibbus. 5. epi.

Metho. m. conſiſtit in cauſarum abolitione, & in capitis confirmatione.

De remediis primum eſt victus ratio cauſis cōtraria, in qua maior intentio eſſe debet in humectando, nam maius vitium eſt ſiccitatis quàm ardoris. Muſica animum recreat, & mores cōponit.

Achil

Achilles iram lyra mulcebat. Empedocles furibundum adoleſcentem cantu pacatũ manſuetumq́ue reddidit. Cleomenes Anaxandridæ filius, quum ei probro daretur violata iuriſiurandi fides, præ dolore in dementiam verſus, ſibi corpus gladio fodit: ſed noſter fraterculus à ſuo cœnobio fugitiuus non ſibi vitio vertit, quod doloſus, perfidus, ingratus, periurusq́ue ſit, nam fucata ſanctimonia ſeu inſigni hypocriſi ſua tegere vitia mollitur, quamuis à permultis iam cognitus ſit, etiam pro ſtellione, & ſcarabeo.

Apparantia materiam ſunt ſyrupus de lupulis, de fumaria, de pomis ſimpl. ſyr. de ſucco buglo. de nenuffare, violatus. ſyr. de cucurbita, cum aquis ſcariolæ, lactucæ, violarum, endiuiæ. Ab his purgãda materia eſt cholagogis cum melanogogis, vti ſunt diacatholicum, diamana, diaſenæ, diaſebeſtẽ, decoctum epithymij M. electarium de epithymo Mont. electario Auicen. ℞. lapil. lazuli præparati ℈.ij. lap. armeni imparati ℈.ß. aq. bugloſſæ ℥.ij. ex vino albo f. potio. ℞. myro. indarum emblic. añ. ʒ.j. ſenæ polypo. añ. ʒ.j. lap. lax. & armeni impar. añ. ℈. iiij. croci violarum nenuff. ſe. acetoſæ añ. ℈.ß. candi ʒ.j. cum ſucco roſ. f. maſſa. ex qua f. pil. iiij. quas molles ſumat, huc refer pil. indas, de lap. laz. & armenico, ſyr. de elleboro. ℞. ſy. roſati cathartici ℥.iij. diaſenę ʒ.iij. electuarij de pſyllio M. ʒ.ij. cum deco-

cto

cto ſenæ myro.indarum liq.paſſul. tamarind.florum trium f.potio.

Ad ſanguinem purgandum ab vtraque bile, & noxiis humoribus pollēt ſyr.roſ.lax.infuſum aquæ caſei,infuſum ſucci herbarũ,decoctio capil.veneris,decoctio fumariæ, decoctio myrobal.decoctio epithy. M.

Dum Aeger vtitur ſerapiis confert ſanguiſugas hæmorrhoidibus admouere.

A purgatione embrocha ex humectantibus,refrigerantibus & ſomniferis admouenda eſt coronali,per mediam horam,poſtea deterſo capite illinire confert coronalem vnguento populeo. Illitio capitis raſi ex adipe ſcrophæ curat phrenitidem & maniam.Catulos ſciſſos capiti adhibere confert,& ſicyas ſcapulis cum ſcarificatione.

De purgantibus etiam optima ſunt ſubteriora. ℞.myrob. indarum ℥.j.elleb.nig.ʒ.j.ſenæ epithy. añ.℥.ß.f.decoctio colata ad ℥.iiij.cui adde mãnæ & caſsiæ añ. ℥. ß. detur in aurora. Aliud. ℞.polypod.ʒ.v.ſenæ ℥.j.myrobol.indarum ʒ.x. tamarindorum ℥.ß.paſſul.℥.j.ß.f.decoctio ad conſump. duarum partium, adde epithymi ʒ.x. doſis ℥.iiij. cum ſyrupo vel zucaro. Aliud.myro.indarũ ℥.j.ß. ſenæ epithy.añ.℥.ß.pruna xij.f.decoctio colata ad lib.ß.adde mannæ ſyru. viol.añ. ℥.j. Vel r.diaſene diacathol.añ.℥.ß. confec. hamec ʒ.ij. cum aqua

fuma

fumariæ f.potio. Ad inſaniam multum pollet ſuccus ellebori nigri ciceris magnitudine,ſi detur hora vna poſt cœnam. Idem præſtat ſyr.de elleboro Amati.pil.de elleboro , & decoctum eius,& conditum de liquir.Saly. Confectio alkelmes M. ſiue antidotus è lapide radiante,antid. è ſena potum. antid. achariſtos , antid. ſtotericos , altera cyphi. hæc illita fronti noxios ſpiritus & feras depellit & auertit. Theodoretus.anacardios dæmonio vexatis prodeſt , vt affirmat Myrepſius , huc pertinet memphitum Nicol. Mus aſſus & comeſtus ſanat maniacos. T.P.vtatur vino bugloſſato,vel borraginato. Aliud ſalubre.macerentur in vino muſtaceo aut nouello radices bugloſsi recentes mundatæ à meditullio,cum floribus borra.& buglo.been albi & rubei.

Amuleta.Maniacum iuuat dens equi capiti appoſitus , & lapis lazuli geſtatus. Alb. Chelidonius rufus in pãno ligatus,& ſub ſiniſtra ala detentus lunaticos curat.Dio.& Gilib.Adamas ſiniſtro lacerto alligatus inſanos curat. In hoc etiã valet Chryſolithus.Annulusq; ex aſini vngula pedis dextri anterioris,geſtatus,ſanat maniacos. Aeger ferat radicem eryngij vel bryoniæ,vel rad.hypericon.

Corroborantia cor,cerebrum & reliquas partes ſunt balnea humectantia,Embroce ad caput cum oleo roſato, nenuffaris & modico aceto. Phœnigmi

gmi ſinapiſmi ve, in humeris vel ceruice admoti. Cauterium calidum vel frigidum in vertice, vel in colli fontanela vocata. Phlebotomia ex ſaphea. ℞. conſeruæ violarum, bor. bugl. añ. ℥. j. conſeruæ nenuff. ℥. ij. ſenæ ℥. ß. cum ſyru. de pomis f. mixtura deaurata, ſumat de ea ſemel in die. Aliud. conſeruæ rad. buglo. ℥. iij. conſeruæ roſarum ℥. ij. conſeruæ bor. ℥. j. pul. diamarg. frig. ʒ. iij. hyacinthorũ marg. añ. ʒ. ß. f. conditum. adde folia auri x. & corticis citri conditi ℥. ß.

Inſuper ad maniam confert raſura cornu Rinocerotis. Cinis teſtudinis vſtæ potus, omnem mentis inſaniam curat. Caro phocæ comeſta demoniacos ſanat, benefacit & peoniæ ſemen ſuffitum, vnguẽtum cynarium ad Maniacos. N. Alex. oleum gagatæ.

De melancholia. CAP. XIX.

Μελαγχολία eſt delirium ſine febri, nempe deprauata actio vel imaginatricis vel cogitatiuæ facultatis. Eoq́; vt hominum, ſic brutorum paſsio eſſe poteſt. Neque hi tantùm melancholici vocantur, qui atram excernunt, ſed qui in ſolidis iam membris talem ſtructuram retinent, vt placet Aetio. Differentiæ ab imaginum varietate ſunt innumerabiles. Quæ verò ducuntur à cauſa interna tres tãtùm numeran-

tur, prima cum totum corpus melancholico ſanguine redundat. Altera quando huiuſmodi ſanguis ipſum duntaxat cerebrum occupat. Tertia cùm hypochondria ita prius affecta, tacito quodam cõſenſu cerebrum in eundem affectum trahunt, hæc ſpecies à Damaſceno vocatur φυσώδης καὶ ὑποχονδριακή, id eſt, flatuoſa & hypochondriaca.

Cauſa. naſcitur ab atra bile, humore frigido & turbido. Vnde fiunt tenebriones ac lucifugæ, triſtesq́; apparent, de omnibus ſuſpitioſi, hominum conſuetudinem oderunt, ſolitudinibus gaudent, ceu Bellerophontes à poëta deſcribitur.

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. id eſt,
Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Quidam ob vomitum acrius cõcitantia viſi ſunt melancholia capi. Huc pertinent cibi melancholici, & veneni hauſtus. Homines ex triſtitia & mœrore laborantes, de poteſtate animi exeunt, vt ſcribit Aelianns. Timor & mœſtitia non minus atræ bilis cauſa ſunt, quàm ſignum, quoniam illis affectibus perſeuerantibus ſanguis & ſpiritus contaminantur, & bilis atra inducitur. Cauſa antecedens craſis atrabilaria, ſi animi mores corporis temperiem ſequantur, iuxta illud Damaſceni, temperatura corporis animi affectibus ſemper cohæret. Aetas

tas 25. annorum, vſque ad 45. annum ex omnibus ætatibus maximè atra bile detinetur. Si hepar ſit calidum & ſiccum, conſiſtente ætate atra bilis plurima. Rubicundi & qui fului ſunt, repente in craſin melancholicam deueniunt. Vis cogitandi læſa eſt his, qui nimis magna aut parua capita habent. Cauſa propinqua humores, nam ſanguinis varietas mentem variat, vt docēt Hippo. lib. de flatibus, Plato in Timæo, Ariſt. 2. de par. animal. Humores corporis mutati, immutant animæ actionē, vt animæ actio mutata humores mutat. Cauſa immediata cerebri dyſcraſia frigida & ſicca, & ſucci atrabilares.

Digno. animi cogitatio perpendenda, nam ſi timor & mœſtitia longo tempore tenet, atra bilis in vitio eſt. Celſus addit vigiliam. Obſcuritas quatenus ab hoc humore dependet, in cerebrum inducta, timorē facit, nec à Galeno diſſentit Auerrh. & hoc ſymptoma ad atræ bilis ἰδιοτροπίαν referri debet, nam in tenebris etiam ſani timent, non ob atram bilem, ſed quia deſtituti optimo duce, id eſt, viſione.

Præſag. In calidis ſiccisq́; naturis atra bilis plenior qui vtraque bile redundant inſomnes ſunt. In ore ventris ſi colligitur atra bilis moroſi triſtes ac formidabiles fiunt, & ſine ſiti, ſaliuaq́; plurima illis ſcatet. Nonnulli illorum videntur famelici, in

quibus,ſcilicet,atra bilis acida & malignior eſt reddita.Bilioſum & ſanguineum corpus melancholicum fit,vbi non habuerit effluxum. 6. epi.nam vt ſuppreſsio effluuij vaporoſi & benigni inducit plethoram,ſic acris ſuppreſsio non ſolum melancholiam,ſed febrem etiã committit, huiuſmodi effluuium acre in his cõſiſtit,qui ſunt malis humoribus pleni.Atrabilarij ſunt bleſus,caluus,vocis exilis,piloſus valde.2.epi.fœminis atrę bilis vitia non fiunt. 2.de præd. Galenus fuit melancholicus, ſi credimus Moſi.25.apho. Certè qui ingenio claruerunt omnes melancholichos fuiſſe teſtis eſt Ari. 30.probl.1.innuens eos excellere ingeniis, quorum craſis eſt temperata, ſed declinans ad melancholiam,qualem efficit Saturni & Iouis cõiunctio, vt autumãt Aſtrologi & Pontanus lib.de re cæleſti, ex quo liquet quod atra bilis naturalis eſt quę prę-ſtantiores motus in ingeniis efficit,& non aduſta, vt exiſtimat Aponenſis. Melancholici comitiales fieri conſueuerunt. Comitialesq́; melancholici.6. epi.Qui ad libidinem melancholici proni ſunt,his venter plerunque inflatur,inibi,nam deſiderium coitus illis non accidit à copia vel à qualitate ſeminis,ſed à multo flatu.In morbis melancholicis materiam ad oculos,neruos,vel cerebrum decumbere periculoſum.6.apho.56.

Metho.m.in abolitione cauſarum conſiſtit. In

redun

redundantia ſanguinis melancholici ſanguinem mittere, vtile eſt. Si ſanguis fluens melancholicus non apparet, ſtatim ſupprimendus eſt, quoniam ſucci melancholici malitia, à ſanguinis bonitate corrigitur. Galenus ex vena cubiti media ſanguinē atrabilarium vacuare iubet. Arabes contra ex humeraria. Sed melior Salyceti opinio, qui ſi mitti ſanguis debet, feriēda, inquit, eſt ſaphea, quoniam atrabilarius ſanguis craſſus grauiſq; eſt, eoq; facilè deſcendit. Hinc eſt quod varices melancholiam ſoluunt.

Melancholici affectus inhibēdi ſunt melanogogis validè purgantibus. his etiam curandi ſunt, ſi præſentium & futurorum morborum vna cōmuniſq; ſit ratio medendi: ſed melanogogis commiſcenda ſunt quæ leniendo purgant, vti ſunt pruna, thamarindi, manna medulla calami dulcis, violæ. Item purgare oportet non ſemel tantùm, ſed ſæpius. Obſeruandæ ſunt melancholichorum phantaſiæ, quæ ſubuertendæ ſunt placidè, & non damnandę, ne prouocati reſpuant medētibus obedire. huc refer prudentiā Tralliani & Philotimi. Pręterea in horū curatione naturæ quies condonāda, nā plerique hoc morbo infeſtati, quo tempore curabantur, nihil profeciſſe viſi ſunt, & ſibi dimiſſos conualuiſſe, quia rectè prius tractati, poſtea vires aduerſus morbum acceperunt, purgatio ſanguinis

misſionem præcedere debet.

Remedia, melãcholiam recentẽ victus ratio humida & boni ſucci ſanat, nam confirmata ęgrè admodum ſanatur. Primùm decumbant & verſentur in loco lucido, rebus odoris conſperſo, ſitq; victus ratio humectans & temperata potius quàm calida. Confert vſus lactis continuus, & carnes pullorum, gallinarum & turturum mirabili proprietate iuuant, caro pulli accipitris & noctuæ cum ſucco maioranæ coctæ ſanant melancholiam & cordis palpitationem, ſi credimus Moſi. Carnes veruecis vtiliſsimas eſſe aiunt Ali. & Azaranius, & carnem lupinam commendat Razes. Quantitas aſſumendorum moderata ſit, & vitare oportet ne nimio potu cibus in ventriculo fluctuet. Galeno placet vt aceti acidiſsimi cochlear vnum poſt cœnam ſorbeant, quum dormitum vadunt, & eo inter comedendum obſonia intingat: & Hippocrati reclamat Maſſaria, quòd acetum atram bilem pariat. Abſinthij decoctum laudat Gale. ad flatus & ventris concoctionem.

Quando melãcholia accidit homini cuius ſucci boni ſunt, non competit catharticum, vt dicit Razes, qui etiam narrat verbis beneuolis quoſdam ſeruatos, & plures, inquit Trallianus, ſanati ſunt quũ vidiſſent, audiuiſſentq; ea, quæ conſequi deſiderabant: talibus ergo blandiendum. Alij iurgandi

verber

verberandiq; ſunt & ligandi, ne ſibi aut aliis manus violentas inferant. Hinc verum apparet quod ait Menander,

Sermo enim eſt triſtitiæ remedium ſolus.
Triſtitiam enim beneuolus ſit medicari ſermo.
Sermo medicus eſt, quæ eſt in animo paßionis.
Animi ægrotantis eſt medicina ſermo.
Maximum eſt iræ remedium ſermo.

Sciendum inſuper quòd ſicut temperies calida & humida temperaturæ ſpiritui conueniens eſt. Ita illi contraria eſt frigida & ſicca, & huiuſmodi cerebri dyſcraſia cõuertit ſanguinem ad naturam melancholicam. Itaque à dyſcraſia frigida & ſicca cerebri, ſanguis in eo fit melancholicus nõ per aduſtionem, ſed per cõdenſationem: Talis humor apparatur ſyrupo de liquiritia cum ſyrupo de pomis. Sanguis cordis quum purus eſt, & clarus, lætificat, & reſiſtit corruptioni cerebri, vt loquitur Auicen. proinde in melancholia cor corroborandum eſt, per aſſumenda & admota, ſalubris eſt confectio de hyacintho.

Melancholia ſecundum Auicen. non fit à Dæmonio, ſed ab atra bile, ex qua ſpiritus permutatur ad naturam melancholicam. Sunt tamen qui credunt quòd melancholia efficitur à re non corporali, vt Aſaranius & Agrado, quia nonnulli Melancholici doctè loquuntur de ſcie͂tiis, quas ſani ignorabant.

rabant. Et huius euentus cauſam reddere mollitur Guainerius. Accedit huc quod multi ſanantur ſermone, qui eorum phantaſmata deſtruit. Itaq; mulier quædam ſanata fuit, ex aduentu mariti, cuius deſiderio in melancholiam inciderat.

Apparantia atrabilarium ſuccum ſy. de lupulis, de fumaria, de bugloſſa, roſatus ſimplex, violatus ſy. de pomis, ſy. Sapor. de duabus radicibus, de eupatorio, de corticibus citri & de ſucco eius, cum aquis bugloſſæ borraginis, meliſſæ, cuſcutæ, ceterac, ſcolopendriæ calendulæ.

De purgantibus ſunt aloe, epithymus, polypodium, ſena, aqua lactis M. Ius galli cum polypodio & epithymo, diacatholicum, diaſene, confectio hamec, ſecaniabim hieralogodium Ruffi, pil. indę, pil. de lapide armeno, pil. lucis. pil. ſebeliæ, ſyrupus de elleboro, myrobolani indæ.

Roborant cor & cerebrum diamoſchus dul. zucharum bugloſſatum & borraginatum lætificans Raſis. puluis ad idẽ. ℞. raſuræ eboris ſpodij de canna añ. ʒ. j. hyacinthorũ ʒ. j. ß. coralli rub. ſerici crudi añ. ℈. ij. oſsis cordis ceruini ℈. j. cinamomi margaritarum añ. ʒ. ij. zuc. roſati ſolidi ℥. ij. ß. folia auri x. ſumat ieiunus cochlear vnum, cum ſerapiis vel aqua bugloſsi. ℞. conſeruæ viol. bor. buglo. añ. ℥. ij. frag. ſapphiri hyacinthi ſmaragdi añ. ʒ. j. doronici, oſsis de corde cerui, ſpodij. añ. ʒ. ß. zedoariæ moſchi

ſchi ambari an̄.gr.iiij.cinamomi gary.an̄.gr.v.cum ſyrupo myrob.kebularum f.elect.ſub forma opiatæ,addēdo zucari ℥.ij.marg.ʒ.ij.folia auri x. Aliud quod omnes vires firmat, atque fortificat, recipit ſtrobilos recentes decorticatos cum carne perdicis aſſa vel elixa,piſtis addatur pul.ſequens, been albi florum bor.& buglo.zedoarię an̄.ʒ.j.croci ℈.j. macis ℈.ß.hyacin.ſmaragdi,ſapphiri,oſsis de corde cerui an̄.℈.ß.marg.ʒ.j.fol.auri xij.f.electariū in morſelis.℞.epithy.rec.ſene, florum bor.an̄.℥.j.cinamomi ℥.ij.ß.caſsiæ ſpicę macis cardamomi an̄. ℥.ß.zinzi.gar.ſe.aniſi an̄.℥.j.cum vino tenui f.nectar.doſis cyathus vnus mane ſumptus ſanat melāchol.& quartanam, laudatur confectio alkelmes cui adiuncta ſint margaritarum ʒ.j. moſchi ℈.ß. folia auri ſex. Ad hypochondricā. ℞.capil.veneris,buglo. paſſul.an̄.m.j.xyloal.ſpicæ maſti.an̄.ʒ.ij. epithy.polypo.florum bor.an̄.℥.ß.in aq.ſ.f.deco. colata,cui adde ſucci pomorum redolentium lib.j. zuc. lib. j. ß. f. ſyru. aromatizetur cum ambaro. Cauterium calidum vel frigidum in vertice adhibitum vtiliſsimum eſſe aſtruit Guainerius,poſt veteres & Salycetum.

Ad melācholiam hypochondricam potio Myrep.℞.myrobol.omnium exceptis flauis an̄.℥.ß. polypodij rec.epithymi boni,ſtecadis an̄.exagium vnum.ß. zucari q.ſ. datur veſperi ſemiuncia. exagiū pende ℈iiij.

Ad melancholiam myrachiam. ℞. florum & radicum buglossæ recentium añ.m.j.polypodij rec. lib.ß.ciperi,capparis,acori,asari añ.℥.j.senæ, epithymi añ.℥.ß.sc.lactucæ, scariolæ,endiuiæ, añ. ℥.iij.buliant in lib.iiij.aquæ ad consumptionem medietatis. Colaturæ adde mellis rosati collati lib.j. dosis ℥.iij.cum melle rosaceo,& decocto epithymi,valet ad omnem speciem melancholiæ.Aliud. myrobolanorum indarum contusarum ℥.j.ß.prunorum damasc.℥.ij.aquæ lib.ß.fiat decoctio colata ad ℥.iij.cum mannæ drachmis x.& fiat potio.

De stultitia. CAP. XX.

STultitia est intellectus amißio,nam vbi simul cum memoria ratioque omnino deperditur,talis affectio stultitia vocatur. 3. de loc. aff. Itaque stultitia non est delirium,sed abolitio imaginationis vel cogitationis:perit enim functio in stultitia & obliuione.

Causa.stultitia & obliuio à frigore oriuntur.2. de ca.sy.puro videlicet vel cum siccitate, frigus sine humore memoriæ nocet, & stultitiam inducit, stultitiam cicuta propinata conciliat.Contingit ab offensa in medio cerebri ventriculo,qui ceteris dignior est, vt pote sedes cogitatiuæ & æstimatiuæ facultatis.

Dignostica ex stultiloquio, fatuisq; moribus,ac insulsis

insulsis, deprehenditur absque febri.

Præsag. vbi ratio læditur, sæpenumero contingit lædi memoriam, & èconuerso.

Metho.m. somnos obseruare oportet, an excernant aliquid vel è naribus vel ab ore, quod à capite defluat. An aridæ huiusmodi partes sint. Multa circa cerebrum vitia, ab extrinsecus applicatorum remediorum facultate, iuuantur. In summa cerebrum calfacere necessariũ est. Id fieri poterit subterioribus remediis. Rosarius laudat errhinum ex succo cõsolidę cum hydromelite, & vinum in quo macerata sint abrotanum, saluia, sollequium, per xv. dies potum, & cinerem testudinis omnem dementiam curare dicit, & aduersus omnia mentis vitia pollere. Idem præstat semen brusci pistum & potum ieiuno stomacho. Et confirmato morbo, raso capiti imponere iubet, quæ materiam in cerebro contentam digerunt, & caput roborant, vt gallus calẽs scissus, catuli, & id genus alia, huc pertinet capitis lotio. Varignanæ. embrocha Guainerij. Alia, ex aqua vite extillata cum roremarino, melissa, sampsucho, cynoglossa, & radicibus buglossę, & id genus cæteris. Laudatur etiam pedum ablutio ex decocto florum camo. meliloti, anthos, melissæ, foliorum lauri, &c. Huic affectioni ratio victus quæ melancholicis præscribitur conueniẽs est, vt sunt de vinis buglossatum, borraginatum, de

rorem

roremarino, cerebrum gallinarum aſſum vel elixum vtile eſt cerebro, & ſenſus internos roborat. Ad idem pollet xyloaloes ſumptum. Herba paris ſumpta curat dementes & fatuos à præcedentibus morbis factos. Idem pollet ſemen cataputiæ minoris potum. Sardus. ℞. moſci ʒ. ß. cardamomi liq. gary. zinz. añ. ʒ. v. cinamomi ʒ. ij. xyloal. ʒ. j. croci ʒ. j. ß. piperis longi ʒ. iij. f. pul. & cum zucaro ſoluto ex aqua buglo. f. electarium, ſumat inſtar caſtaneæ mane & veſperi. Aliud. zinz. ʒ. ij. galangæ. ʒ. iiij. nucismo. corallij, oſsis cordis ceruini, marg. añ. ʒ. j. gary. ʒ. j. macis ſpicæ, croci añ. ℈. ß. cinamomi ℥. ß. liq. ℥. ß. f. pul. & cum zucaro ſoluto f. electariũ, vltimum remedium eſt cauterium in vertice adapplicatum.

Appendix de his quæ intellectum, ingenium, rationem, & ſenſus acuunt. Aloe, xyloaloes, ambarum, cyperi, carnes colubri, caro turturis & gallinæ ſinapium, rafanus, naſturciũ, Myrobalani chebuli, & emblici, & reliqui omnes, diaromaticum viatici, pliris arcoticum Nicol. diambra, confectio de moſcho. Anacardinũ, fatuitatis curatio, inquit Aetius, conſimilis eſt ei, quæ ad comitiales relata eſt, per calefactoria auxilia. Sambuci oleũ corroborat ſenſus, teſte Auicen. videlicet capiti illitum.

Amuleta. Amethyſtus lapis, Berillus, Chryſolithus, Gerachides, hyacinthus, ex Alberto.

De

De obliuione, ſeu oblita memoria.

CAP. XXI.

MEmoriæ offenſam ad præcipuam animæ potentiam refert Galen. interdum etiam ad imaginatiuam. Nam qui per metum aut ebrietatem aliquid egerunt, nihil eorum quæ egerint dum in illis cõſtitutionibus erãt, recordantur, quòd non intenti actionibus tota mente fuerint. Imaginatiua enim hæc eadem recordari videtur. Si itaque inſignes impreſsiones rerum in imaginationibus acceperint, cõſeruet perpetuò, idq; eſt memoria tenere, ſin obſcuras & penitus ſuperficiarias, non conſeruat, & hoc eſt obliuiſci. Ob hanc cauſam in ira, curis, & omnino in vehemẽtibus animi affectibus, nullius eorum quæ egerint in poſterum amplius meminerunt, ſanè meditationes reminiſcendo memoriam tuentur, & ſaluant. Sunt itaq; facultates quæ ad animi principem vim ſpectant, ad omnes artes perneceſſariæ, quarum altera cognoſcimus quid conſequens, quidq; repugnãs eſt. Altera verò memores ſumus. A prima id habemus vt ſapientes ſumus, à ſecunda vt magis memores. Eam tamen naturam hæ facultates habẽt, vt per exercitationes vires indipiſcantur, & creſcant, otio langueſcant ac minuantur, nã vſus robur addit, vt ait Hippo. otiũ cõtra diſſoluit. Eſt igitur memoria eius partis animæ potiſsimum, cuius

cuius eſt phantaſia. Vnde hac carentia animalia memoria prædita non ſunt. Nihilq́; aliud eſt memoria quàm eorũ quæ quis didicit cõſeruatio. At reminiſcentia pręſupponit memoriam, nam reminiſci eſt obliuioni tradita recordari, quod opportuniſsimè fit, à circunſtantiis perſonæ, temporis & loci.

Porrò memoria læditur in ſanis vel ægrotantibus, aut in his, quorum iam finiti ſunt morbi. Nam quoſdam à peſtilentia ſeruatos, omnium quæ ante nouerant fuiſſe oblitos commemorat Thucydides lib. 2. & Lucretius 6. de nat. rerum. Inſuper memoria offenditur non ſolùm cum læſa ratione, ſed etiã cum illæſa. Interdum cum febri, vt in lethargo, nõnunquam citra febrim.

Cauſa. A frigore naſcitur, humiditas & frigiditas cerebri vel meningum obliuionem efficit, quæ ſi caluam tantùm affecerit, hominem memoria non priuat. Si frigiditas ſit cum cerebri humiditate, non ſeruatur quod impreſſum eſt. Si cum ſiccitate, non imprimitur rerũ ſpecies in cerebro. Obliuio igitur fluidam cerebri ſubſtãtiam indicat. Memoria autem ſtabilem ac firmam. Demum metu facilè intercipitur memoria, & capitis ictu, vt ait Solinus, atque infantili ætate, ac ſenio.

Digno. vt vincentem inuenias intemperiem ſomnos obſeruare oportet, vtrum vehementer, an

mod

modicè ſomnolenti ſint, aut omnino non ſomnolenti. Præterea cōſiderandum, an excernant quippiam vel ex naribus, vel ex ore, quod à capite defluat. An aridæ huiuſmodi partes ſint.

Præſag. Iracundi memoria præſtant, graues obliuione, Plato. Memoria valent qui tardo ſunt ingenio. Ariſtot. An quod ingenium ſubtilem & mollē cerebri ſubſtantiam indicat, vt memoria permanentem. 2. ar. p. rationem, fortaſsis aliam explicat Veltrichius, cuius non memini. Qui citæ apprehenſionis ſunt, & nimium hebetes, malè memorari ac reminiſci conſueuerunt. At quæ bona ordinatione notata ſunt, facilè memorantur.

Metho. m. eſt cauſarum ſublatio. Quum igitur vel perit, vel grauiter lęſa eſt memoria, frigida dyſcraſia eſt, quare ipſam calfacere oportet. Si verò dyſcraſia copuletur humiditati, areſacere, ſi ariditati madefacere. Si verò intra has medium obtinet, ipſam conſeruare oportet cerebri temperamentum.

Remedia promiſcua, ebrietas obliuionem ſanat, quæ ſequitur cauſam frigidam & ſiccam. Delirium cum læſa memoria hæmorrhagia ſpontina ſanatur. 2. de motu muſcul. Limatura eboris pota conuenit obliuioni, & cerebrum gallinæ eſitatum, ouaq; perdicis & ſinapis. Meliſſa comeſta ante & poſt cœnam memoriam confirmat. Aqua ex me-

lissa contusa cum vino extillata, pota confert memoriæ. Acorus conditus sumptus optimus est, & confectio anacardina ex aqua calida pota. Theodoricum anacardinum super omnia valet ad omnes frigidos cerebri morbos. Zinziber conditum reparat memoriam. Semen ormini domestici est mirabile, cõfert & libani granũ hora somni deglutitum & Cubebæ commansæ, & semen orminij commansum. ℞. conseruæ anthos melissophylli añ. ℥. j. inulæ zinziberis. viridis, añ. ℥. ß. cort. citri conditi ʒ. vj. pul. diambræ, diatrium pipe. añ. ʒ. ß. f. conditum. ℞. ambari ʒ. j. xyloal. ℈. ß. cubebæ ℈. ij. cum mero f. pil. xv. da binas ante cœnam. De topicis laudatur fel perdicis arteriis temporum illitum semel in mense. Oleum de castoreo & de lateribus occipiti raso illinuntur, valet ad idem aqua ex foliis hederæ ter extillata & illita. ℞. rad. acori, rutę, buglossæ, linguæ canis, rad. valerianę añ. f. pul. cum succo eufragiæ, gallitrici, berbenæ, & linguæ canis, fiat vnguentum addendo ʒ. j. anacardi. Emplastrum de gallia moschata laudatur à Neocomensi, & olfacere pastillum è ladano Mundini, & sacculus ad occiput qui recipit xyloaloes nuc. mos. cyperi maio. anthos melissæ añ. ℥. j. f. pul. consutus in serico, in æstate adde rosas & santalos. Benefacit capitis lotio, ex lixiuio in quo bulliant hedera, rosma. laurus, melissa, betonica & stecas, sampsucusq;,

Idem

Item ex ſimili decocto ſæpe lauare pedes, & ſtare pedes poſt paſtum, vtiliſsimum eſt.

Amuleta. lingua vpupæ ſuſpenſa reſtituit memoriam & intellectũ. Nicolus. Dens Taxi ſuſpẽſus in brachio, vel pes ſiniſter cum vnguibus confert obliuioni. Razis. Annulos ad memoriam & obliuionem in gemmis inſculpit Moſes, vt memorat Ioſephus, & Vincentius in ſpeculo naturali.

De lethargo. CAP. XXII.

Λήθαργος eſt vitium phrenitidi contrarium, in quo ratio & memoria pereunt, cum expugnabili penè dormiendi neceſsitate. ſicq; ab obliuione nomen habet, ἀπὸ τῆς λήθης. Non ſolùm incidit in poſteriori parte cerebri, ſed etiam in anteriore, vt ſentit Gentilis & Graduenſis. Vt plurimum fit in meatibus ſubſtantiæ, cerebri & vẽtriculis, & non in meningibus, vt ait Auicen. At iuxta Herodotum in membranis cerebri conſtituitur.

Cauſa. refrigeratio fortis miſta humiditati, id eſt, pituita quæ frigore nimio, ac humore cerebrum imbuit, & in ſomnũ impellit. Tumor præter naturam à pituita putri in cerebro cõſiſtens lethargum efficit: febres enim lethargicæ fiunt, ex humore pituitoſo in cerebro aceruato. Verus lethargus ex ſola pituita naſcitur: Nothus ex eadem cum bile

miſta, in capite putreſcente producitur, vt Tralliano placet. Demorſos à tarantula lethargus occupat.

Digno. obliuio grauis cum cataphora, & febri continua lenta, febris tepida, inquit Galen. accidit in cataphoris & lethargis. Reſpiratio eſt inæqualis, tarda ob pituitæ naturam. Rara propter obliuionem. Imbecilla ob muſculorũ reſpiratoriorum imbecillitatem, pulſus magnus, languidus, mollis. Vbi deperdito ſenſu quis conciderit nõ accedente motu quod vel conuelli vel ſalire videatur, id à vehementi frigore ortum habere indicat Gal. quo in genere lethargus continetur. Quodſdam tamen lethargo occupatos cum conuulſione, narrat Aetius.

Præſag. lethargus acutus eſt, & niſi ſuccurritur, celeriter iugulat. Cel. Eſt morbus acutus. 1. r. a. ſeptem diebus lethargicus perit, quos ſi effugiat ſaneſcit. Hipp. 2. de morb. Neque lethargicus vigilando melior fit, ſed per ſe ſi melior eſt, vigilat. Cel. lethargus ex alui fluxu ſuppreſſo, apud Trallia. Interdum à phrenitide, & à cõtinenti febri in lethargum deciditur, finiunt parotides lethargos, & reliquos omnes capitis affectus. lethargus ſanguinem fluentem è naribus non amat. 3. de criſibus. Ἐπὶ ληθάργῳ τρόμος κακόν: qui apho. non extat in nouis verſionibus Puſilla vitæ ſpes huic eſt, qui per

inferna

inferna multum liquidumq; demittit.

Metho.m.consistit in coctione humoris per ſerapia incidentia & excalfacientia,inq; purgatione, per clyſmos acres. Auerſione materiæ,ne cerebrũ conſcendat per frictiones,ligaturas & lotiones calidas partium inferiorum, per ſicias à ceruice deſcendendo ad ſcapulas brachia & crura.Item ſinapiſmi conferunt, & prouocare menſes & hæmorrhoidas ſalubre,huc refer ſternutamenta & gargariſmum. Repellunt à cerebro oxyrhodinum,deinde roſaceum cum aceto & momento caſtorei, & cinere capillorum, lethargo capilli ſunt antipharmacum.Naſturcium commanſum iuuat.Ratio victus ſit cauſis contraria.℞. aceti ſcillini ℥.ij.roſacei ℥.j. caſtorei ʒ.ij.f. linimentum capiti. ℞. pyrethri ſinapis ſcillæ añ.ʒ.j.caſtorei,euphorbij añ.ʒ.ij.cum ſucco aſphodili & maioranæ fiat epithema pro cerebro curãtur muſica,eadem ratione,qua demorſi à tarantula.Inungantur nares & palatum aurea alexandrina vino calido diſſoluta. Excitandus eſt æger,quò & excernat aliquid & aſſumat, nunc per inclamationes, & Stentorea voce, nunc per ſtrepitus, fragores, clangores tubarum, aut ſerra de limæ morſu ſtridente,aut triſti nefrẽdium grunnitu, nunc trahentes naſum, & nares ſetis fodientes. Abſente plethora ſanguinis miſsio à cephalica, nec à vena naſi, nec hirundines fronti appoſitæ, videntur

aurea. *hirudines

videntur ex vſu, nam ex ſanguinis detractione cerebrum & materia in eo contenta refrigerantur, licet cerebrum aëre calidiſsimo, calidius ſit. 8. de vſu.p.℞.ſotiræ magnæ Auicen. ℈.ij.cum aquæ roriſma.℥.ij.ſumat in aurora.

Vigilias quibus opus, excitat ſiſymbrium ſyl. capiti cũ aceto infuſum. Veternoſis proſunt myrob. empelitici ſumpti, & rafanus manſus. Ad grauem ſomnum hædi coagulum fabæ inſtar per triduum ieiunus bibat ex mero. Galen. Eos excitat thymbra olfactu, aut coronæ modo capiti impoſita. Olfactu peucedani veternoſi reuocãtur. Adipis Delphini odor & illitio excitat. Idẽ pollet Aſini lichen naribus illitus ex aceto. Confert etiam caprini cornus nidor, aut pilorum.℞.rutæ ſiſymbrij añ.m.j.cũ aceto acerrimo & oleo fiat decoctũ, quo ſuffiatur, & illinantur tempora. Idem præſtat ſuffitus ex galbano cum ramentis ceruini cornus, vel capillis vſtis. Iuuat ſanguis teſtudinis fronti illitus. Pulmo calens porci capiti raſo admouetur. Coque ſatureiam in aceto, & capiti impone.℞.tro.de ſcamonio M.ſine opio, caſtorei añ.ʒ.j.cum ſucco ſiſymbrij & aceto fiat linimentum. Caput item liniatur caſtoreo, oleo roſato ſoluto, ſi adeſt febris, vel vnctulo quod recipit caſtorei ʒ.j. ſtaphis agriæ coſti añ. ℈.ſs. aceti ʒ.j.ſs. cucumeris ſyl. ʒ.ij. terantur ſimul. iſta mixtura illinatur totũ caput, quãdo it ad lectum.

♃ ſatureia.

lectum. Et antè prandium & cœnam per horam & post cœnam fiat fricatio sub lingua cum modico mithridatio antiquo. Nec desunt qui laudant vsum camphoræ cum aceto. Excitant à somno insuper apophlegmatismi ex aurea Alex. vino calido diluta, sinapismi occipiti raso admoti, glãdes & clysmi acres, ptarmicum ex castoreo succo fœniculi diluto. Suffitus ex assa fetida, serapino, & opoponaco, hiera picra pota. Ex sale nitroq; cum aceto extremarum partium defricatio. J. sternutator

Amuleta. somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum, in panno nigro ad brachium dextrum. Pil. Kir. ferat gemmam hæmatitum. Alb. Oculi & cor philomenæ adalligati arcent somnum. Kir. & Nicol. Item ala dextera Meruli in cubiculo suspensa. Alb.

De soporosis affectibus. CAP. XXIII.

OMnes in cerebro fiunt, & quatenus sopores ac vigilias inducunt, sensus communis symptomata sunt, quatenus verò phantasiam lædunt, principum facultatum symptomata esse censentur. Somnus longus est, qui solum tempore excedit modũ naturæ conuenientem, & nondum habet expergefactionem difficilem. Grauis sopor est, à quo ęgrè quis excitatur, huic contrarius somnus tenuis & paruus, &

efficitur à putrida tenuitate. Longus à refrigerato cerebro. Grauis à copia, & craſsitudine frigidę materiæ. Soporis cauſæ irrigatio cerebri, frigus, irrigatio & frigus, infirmitas virium quæ pulſu cognoſcitur. κῶμα effertur de ſomno naturali apud Homerum. Deq; omni cataphoræ differentia, apud Hippocr. Eſt autem coma ſeu veternus, delapſus in ſomnum, quum videlicet quis vigilare nequit. Eius ſunt tres differentiæ, profundum coma, ſomniculoſum, & vigilans, eaſdem differẽtias de ſopore refert Galen. ſicq; carum cum comate confundunt interpretes, qui certè differunt. Coma graue eſt quum quis profundè diuq; dormit, nec facilè expergiſci poteſt. Coma vigilans dicitur quum quis apertis oculis vigilare non poteſt, ſed etiã ſi clauſis oculis dormire tentet, vigil permanet, nec ſurgere tamen poteſt, nec vigiliantium munus obire, habetq; deterius quàm ſi vigilaret, graui enim corpore eſt. Coma medium vel cum alternis ſomnis ac vigiliis detinetur, vel in medio exquiſitè vigilantiũ & dormientium ſtatu, conſtitutus eſt. Cataphora inſomnis duplex, pigra & non pigra.

Cauſa. ex frigiditate ſomnus à caliditate vigilia fit. Ex humiditate ſomnus, ex ariditate vigilia. Et ſi frigus cum humore vehementer intenditur, fit ſopor & ſtupor, vnde ex varia harum qualitatum cõplicatione, varij incidunt affectus, nam quum frigi-

da ca

da calidis, vel humida ſiccis, vt ſi bilioſa pituitoſis miſceantur, ſopor vigilans oritur, nam vigilantiæ coma iunctum ſucci mordentis permiſtione efficitur, & interdum à copia ſanguinis cum bilis permiſtione.

Præſag. ſomnus immoderatus eſt malus vt ſignum, quia oſtendit materiæ multitudinem, & virium imbecillitatem, vt cauſa, quia multitudinem auget. Vigilia immoderata mala eſt vt ſignum, quia ſiccitatem arguit: vt cauſa, quia illam intendit. Cataphora ſomnolenta propria eſt lethargicorum. Vigil autē aliquando adeſt phreniticis. In omnibus ſoporoſis affectibus ratio, & memoria pereunt. Nunquam coma bonum, nedum carus, ſæpius videtur in acutis morbis, & in febrium acceſsionibus, ſed ſopore finito bona valetudo magna ex parte ſubſequi ſolet, quo termino etiam differt ab apoplexia.

De caro ſeu caroſi. CAP. XXIIII.

Eſt ſomnus longus profundus ægreq́; excitabilis, duplexq́; eſt non morboſus, vt à cauſa non morboſa, vt qui ex vino fit epoto, hic in ægris qui diu vigiles permanſerunt ſuperueniens, nocte dieq́; perſeuerans magnum affert auxilium. In infantibus quoque ſuperueniens, non vno die ſolùm, ſed duobus ex or-

dine diebus ſæpius magno fuit commodo. Morboſus à cauſa ſic appellari videtur, & ſub ſe coma & cathaphoram cõtinet, nam vbi Aeger tum motu tum ſenſu tempore aliquo priuatur, etiam ſi ſtimules vel ferias vel inclames carum vocant. Etſi autem caro proxima ſit cataphora, tum quod eandem cerebri partem occupant, tum quòd imaginationis ſit ſymptoma, tum quòd ab eiſdem ſit cauſis, differunt tamen, quia cataphora lenior eſt affectus, & à mitioribus cauſis genitus. In eaq́; imaginatio deleta non eſt, vt in caro, ſed tantùm imbecillitata. Carus enim eſt paſsio anterioris partis cerebri, per quam ſupremus ipſius venter afficitur: vnde ſenſus & motus perditur, & cogitandi actio vitiatur, citra tamen noxam ſpirandi facultatis, qua ſola differt ab apoplexia.

Fit à cauſa externa vt eſu fungorum, vel à frigidis poteſtate venenis vt opio, mandragora, alterco, cicuta largiùs ſumptis, fit etiam muſculis temporum affectis, ſed vehementer percuſsis. Inter perforandum quum quis membranam violauerit, ſopor accidere ſolet. Et ſi os caluariæ attritum ventriculos comprimat, maximeq́; medium ſopor ſuperueni- re ſolet. Quinetiam ad vehementes dolores ſopor ſequitur, concidente videlicet robore ſpiritus animalis. Quoniam huius vitij cauſæ plures numerantur, non facilè propria cauſa deprehenditur, quam

Obſeruatio.

quam vt aſſequaris exacta diſtinctione opus eſt, multa etiam prudentia, & exercitatio.

De catocho ſeu catoche. CAP. XXV.

CAtochos eſt ſopor vigilans, cuius tres ſpecies, ſomniculoſa cui lethargus ineſt. Altera vigilans, huic adeſt tetanus. Tertia fit ex miſtione catochi & phreniti-dis. Nam quum vigilare ægri apertis oculis non valent, ſed conniuent ſpe ſomni conciliandi, & vigiles tamen manent, vocitamus hunc affectum vigilantem ſoporem.

Sopor vigilans

Cauſa explicata in ſuperioribus eſt, quum pituitoſus humor bilioſusq́; abundauerit, quorum ille ſomnum, hic vigilias facit, ex quibus fit mixtum quoddam temperamentum. Catochæ cum exolutione prauæ. Curatur vt carus. 13. ther. ergo differt à catalepſi, quod videtur contra Aetium & Aeginetam, qui vtrunque affectum cõfundunt. Typhomania etiam curatur vt catoche, vel ſaltem curatione miſta ex cholagogis & phlegmagogis, eſt enim paſsio permiſta ex lethargo & phrenitide.

De catalepſi, quæ & aphonia, anaudiaq́; dicitur. CAP. XXVI.

CAtalepſis, id eſt, occupatio, congelatio'ue, affectus cerebri eſt, in quo palpebræ ma-

nent apertè, nec palpebrant, & infixa ac immobilis ſtat intentio luminum, hac qui corripitur, in illo permanet habitu quo correptus, ſtans ſcilicet vel ſedens, clauſis oculis, vel apertis, quia rigidi fiunt nerui, & frigido ſicco velut concreti, ob id ſpiritus animalis à neruis in cerebrum non reuocatur, eoq; fit vt ſomnus in hoc affectu nullus ſit. Itaque memoriam, mentem, & iudicium illigat, occupat, & detinet, ac inde nomen ſortitur. Nos in febris tertianæ nothæ acceſsione hoc ſymptomate correptum vidimus Stephanum Cādeliriū canonicum, qui etiamnum ſanus eſt, auxiliis ſubterioribus perſanatus. Eſt paſsio celeris etiā ſi in chronicas venerit febres, omni febriculæ irruere poteſt, grauior eſt in algore, minus grauis in tremore, & minus offendit ſi citra algorem ſit febris inſultus.

Historia.

Meth. med. calefacere & madefacere oportet. Curatur enim calidis moderatè & humectantibus ſumptis & admotis, non modò capiti ſed ceruici & ſpinæ dorſi, vt melancholicus affectus. Conuenit fotus ex decocto chamæmeli, meliloti, ſaluiæ, maioranæ, & ſimilium ex aqua vel vino. Itē quod fit ex oleo ſeſamino, iaſmino chamæmelino, aut oleo liliorum alborum. Sed à mitioribus incipere curationem oportet per embrocham, & tranſeundum eſt paulatim ad valentiora qualia ſunt oleum ioſminum cum euphorbio. Item caſtoreum & euphor

phorbium in oleo leuigata, capiti illita subueniunt.

De vigilia & insomnia. CAP. XXVII.

QVa de satis fusè scripsimus lib. de salubritate, fit autem vigilia ex motu naturalis caloris ad exteriora: duplexq; est, moderata, & immodica, hæc propter calorem primæ partis sensitiuæ, sed vel ex sola temperatura, vel ex humoris biliosi abundantiam, fit etiam à siccitate immoderata. Est igitur causa interna siccitas & calor immodicus. Externa verò mœror, dolor, tristitia de futuro quidem, nam quæ de præterito est, ad somnum inuitat, vt ait Arnal. Nouimus nobilem matronam quæ per 35. annos insomnis, permansit sana & citra noxam, vt ipsa cum marito & tota familia affirmabat. Historia mira.

Attamẽ vehemens vigilia cruditatem ciborum & potionis efficit, siccat etiam totius habitum corporis. Saturos lædit. Itaque vigiliæ inter mala corporis vniuersi numerantur à Plinio. Somnus iuuenibus bonus, vigiliæ malæ. Contra senibus, & infantibus, ac mulieribus, vt ait Oribasius, forsan id contigit, propter humidam illorum temperaturam naturalem, vel ascititiã. Interdum tamen pueri per somnum longum in pristinam valetudinem referuntur. Nimirum somnus concoquit, & vigiliæ Vigiliæ immoderatæ incommoda.

diger

digerunt, & ob id infantibus noxiæ esse possunt, quia propter habitus mollitiem succi perspirabili cute facilè digeruntur.

Remedia hymnotica, ad peruigilias. Amomum illitum fronti somnum allicit, & doloris sensum aufert. Odore somnos allicit ligustri flos, crocus & baccaris. Confert aliquid ad somnum silanus iuxta cadens. Aqua frigida ex vasis in vasa transfusa conciliat somnum. ℞. fol. violarum chamę. meliloti añ. m. j. florum nympheæ m. ß. calicum papa. albi ℥. j. foliorũ salicis, vitis, & maluę añ. m. ß. Ex decocto si pedes ac manus lauentur somnum euocant vel in febribus. Instilla in aurem guttam vnam olei in quo sinister Ericij oculus frixus sit, & statim somnũ inducet. ℞. florum violarũ, & nenuffaris añ. ʒ. j. ß. corticum mandragoræ ʒ. ij. se. anethi, croci añ. ℈. j. puluerata ligentur in serico, confert ad peruigilias febris pestilentialis, & inquietudinem. ℞. se. alterci albi ℥. j. cum lacte mulieris aquato oui & momento aceti f. illitio fronti. ℞. lactis muli ℥. iiij. alba ouorum tria, aceti parum, simul mixtis adde farinam se. papa. albi, impone fronti. Huc refer spongiam somniferam. N. Vigiliis resistit sedum, si inuolutum panno nigro, ignorantis puluino subiiciatur. Idem præstant folia alterci viridia sub puluino imposita. Item confert plantas pedum illinire adipe gliris. Aqua florum croci dempto croci stamine ℥. iiij.

ponde

pondere, dormituris datur tepens, & ſomnum miro modo conciliat, nec cerebrum frigefacit. ℞.ſe. anethi, croci, florum liliorum alborũ, violarum añ. ʒ.ß.nympheæ, ſe.lactucæ añ.℈.j. foliorum aridorum mandragoræ ℈.ij.cum ſucco foliorum papaueris albi fiat maſſa, ex qua formentur pilulæ octo pro drach. dormituris da binas aut ternas ſomnum tuto inducunt. Aliud, confectionis de ſtyracæ cum opio ℥.j.ducatur in mortario, mox diſtritum proiicitur, & in mortario imponitur loch de papa.ʒ.ij. pul.diamarg.frig.ʒ.ß.hęc pilo agitata vim opij accipiẽt. Aliud.opij ℥.j.alliorum duo capita ſimul cũ opio pinſita extillentur, fiet aqua excellẽs non fœtida, dari poſſunt aliquot guttulæ cum modico vini, vel per ſe, vel cum alio liquore, vt ſcribit Pratenſis vir ſanè doctus. *Aq. opij et allii*

Amuleta. ſomnum conciliat & cõfirmat dextra phocæ pinna capiti ſuppoſita. Somnos allicit cuculus auis leporina pelle adalligatus. Ardeolæ roſtrum in pelle aſinina fronti adalligatum. Eſt etiam per ſe roſtrum eiuſdem effectus, vino collutum. Plin. Si ſuſpendatur dens hominis, & ala vpupæ dextra, capiti dormientis, non excitabitur, donec auferatur. Item dens & os brachij mortui, ſub capite dormientis repoſitum, facit veternum, ex Raze. *Dens homini*

Ad

Ad insomnia molesta. CAP. XXVIII.

EST autem insomnium triplex, naturale, quod dispositionem corporis naturalem sequitur, nempe humorum in corpore dominantium naturas. Animale, quod prouenit ex animi affectibus iuxta illud, Somnia ne cures. Diuinũ quod à Deo immittitur ad prophetas, & apud Hom. ab Ioue insomnia ostenduntur: Sed de his fusè, Concil. Naturalia sunt passionum animæ & corporis indicia, proinde sunt à Medico contemplanda, vt ait Aristot. de his etiam scripsere Hippo. & Galen. sed plenissimè Artemidorus. Qualis est insomnia sentiendi functionibus talis est cõuulsio per epilepsiam functionibus voluntariis. At offensæ ex somno cõtingunt ex malis cibis, nam caules tristia insomnia faciunt, phaseli turbulenta, allia & cepa terribilia & consequenter ex humorum prauitate incidunt in somno læsiones, & molestiæ.

Melissa. Remedia, melissa à cœna comesta somnos iucundos facit. Arcent insomnia semen lactucæ po- Lactuca semen. tum, & portulaca super lecto posita. Amech. Pul- Portulaca. uis serpentis. Alb. sub capite positus Varig. Marga- Margaritæ. ritæ suspensæ collo timorem in somno abigunt, Auicen. Idem præstat dexter vrsi aut lupi oculus suspensus. Raze Anisum insomnia leuat, suspenso Anisum.

in

in puluino, vt dormientes olfaciant, Plin. Ad ſtertentes, & eos qui è lecto exiliunt, ſub capite dormientis pone anethum. Galen. dentes equi poſiti ſub capite dormientis, eum cõtinent. Raſis. Atlanteis ſomnia non videntur Pratenſis.. Anethum. Dentes equi.

ANASCEVE MORBORVM, LIB. II.

De neruorum affectibus.

*

De ſtupore. CAP. I.



Νάρκη eſt ſymptoma ſenſilis potentiæ, tactiuæ vel in toto corpore, vel in partibus vt in ore, & dentibus hæmodia. primo de. ca. ſy. Eſt autem ſymptoma motricis in difficili motu. Proinde ex ſentiendi, mouendiq; facultate compoſitus exiſtit.

Cauſa. continua affectus nerui eſt talis, vt vim illi à cerebro miſſam impedire poſsit. Impeditur autem torpedinis tactu. Item ſi neruus meatu aliquo præditus obſtructus eſt, vel compreſſus, ſi ve-

rò ſolidus ſit. Idem illi eueniet, ſi conſtringitur, refrigeratur, vel craſſeſcit. Denique ſtuporis cauſę reſolutionis cauſis ſimiles ſunt, niſi quod minus vehementes. Torpor à ſanguine ex coxis & femoribus depreſſo in tibiis ac pedes, fit etiã ſtupor propter corruptionem ſubſtantiæ membrorum ſenſibilium, vt in lepra, vel à dyſcraſia frigida corrũpente calidum innatum. Paralyſis à torpore ſola magnitudine differt.

Digno. Vbi citra aliquam huiuſmodi cauſam vltro torpor acciderit, tunc vel vitæ ignauiam, vel ciborum multitudinem, craſsitiem, lentitudinem, aut ſolitæ ſecretionis ſuppreſsionem anteceſsiſſe neceſſe eſt.

Præſa. ſtuporis diſpoſitio inter reſolutionem & integram valetudinem media eſt, ideo neceſſe videtur pręcedere paralyſim, in eam ob cauſarum vicinitatem tranſit. In capitis ictu ſtupor aut mentis cõmotio malo eſt. Obſtupentia dignoſcitur quando neque aliquid dicunt neque agunt, ſed apertis oculis quieti manent, ſimiles his qui ex timore ſunt attoniti, vel qui præ timore obtupeſcunt. Quocirca iſte ſtupor idem eſt ἔκπληξις. catalepſi non diſsimilis videtur.

Metho. m. ſtupor per cauſarum abolitionem curandus huius mali remedia cum paralyſi dicatis præſidiis affinitatem ſortiuntur.

Remed

Remedia. olei lib. ℔. euphorbij ℥. ℔. castorei ʒ.ij.misceantur in phiala quæ operculetur & bulliat in duplici vase ad consumptionē tertiæ partis olei,hoc illinantur loca.Pastorē stupidum in omni sensu & motu sanauit Valesf.apparantibus humorem frigidum & purgantibus ter vel quater repetitis. Ab his sternutamētis siue ptarmicis vsu & conseruæ rad.acori. Ad stuporem à causa frigida fotus ex vino albo polyphoro, seu vino actu calido, vel ex decocto in lixiuio facto,cum foliis lauri, vel vngatur oleo de pice, nauali actu calido, vel ℞. olei costini de pipere,olei de croco añ.℥.j.pul. foliorū rorismarini,eupatorij,spicæ,nardi,origani, pulegij añ.ʒ.j.ceræ albæ quod sufficit.fiat vnguētum molle.Pars illita tegatur pelle vulpina.Pedum torpor à sanguine discutitur si pedes steterint in aqua frigida,quæ vltra malleolos madefaciat. Linimentū. Vulpina pelle. Aqua frigida.

De tremore. CAP. II.



Ρόμος est motus deprauatus virtutis & morbi per contrariorum motuum successum partem nunc dimittētium nunc attollentium. Est igitur motus compositus, quo corpora deorsum pondere suo vergunt, rursus in altum à facultate attolluntur, lib.de tremo.& palpit.

Causa externa vini immodica potio, vel aquæ

è niue solutę. Interna quę corpus sustinet, mouetq́;: vndè senex tremuli. Tremor, etiam ex timore fit, quia viriũ robur aufert, nempe infrigidat loca superiora. At imbecillitatis varię, sunt causę. Alimenti inopia vt in fluxibus, hæmorragiis, inedia. Vitali robore resoluto, in exolutionibus vel violento frigore occupãte. Imbecilla quoque ad motus virtus efficitur, plenitudine ponderis modo degrauante, vt in tremore Estymargei ancillæ. In summa infirmatur facultas ex inopia spiritus si longo morbo deteritur, vel immodico labore exhauritur, vel nimia venere profugit, vel immoderatis vacuationibus euanescit, vel senio abolescit, vel timore se condit. Altera causa est neruorum obstructio à succis multis crassis lentis, ita vt exigua vis motrix in partem affluat, nisi dum cõfertim irruens, illos excusserit. Tremor musculorum infirmitas causam habet continentem imbecillitatem, quæ afficitur aut per se, id est, per dyscrasiam, aut per humorum exundantiam grauantem. 3. epid. Atque ibi tremoris triplicem exponit causam, videlicet instrumẽtorum voluntariorum dyscrasiam, affectus animi, & oneris grauitatem. manibus nerui dantur & spinalis medullæ regione, ad 6. 7. & 8. vertebram tertio epid.

Dignost. patent ab essentiæ ratione, & à relatione ægri.

Præsag.

Præſag. Qui in cauſo tremores fiunt, delirio ſoluuntur. 6. aph. in hoc fit tremor quando materia è venis traducitur ad neruos in com. fit etiam vbi per febrem materia confluit in muſculos. Concor.

Metho. m. Curandus eſt per efficientium cauſarum ſublationem. Tremori eiſdem præſidiis quibus ſtupori ſuccurris, ſubueniendum eſt. De aſſumendis cõuenit ſyrupus ſthecadites Meſuæ, blanca N. hiera Hermetis Meſ. Mithridatium, etiã theriaca, vel puluis quæ recipit cinamomi ℥. j. cõſernæ esbri ℥. ß. zuccari albiſsimi ℥. ij. macis ℈. j. ſumat omni mane coclear vnum. De admouendis vnguentum de caſtoreo, & vnguentum zoſimi, vel illinantur cum ſucco arthemiſiæ, cum oleo mixto, vel cum oleo nardino, caſtoreo, vel euphorbio, fiat etiã vnguentũ vel illitio cum oleo cinamomi, vel de cucumere, ſylueſtri, vel cum oleo piperato, philoſophico, vel gagatiuo Meſuæ, præcipuum eſt cerebrum leporis aſſum ſi manditur: Zoar.

De palpitatione. CAP. III.

Πάλμος eſt motus totus præter naturam, paucus, tardus rarus, quo partes palpitantes citra voluntatem noſtram attolluntur, & deorſum aguntur 2. de ca. ſy.

Cauſa. ſpiritus craſſus, & vaporoſus, cui non ſit trãſitus, loco pręcitato. Palpitationis cuiuſlibet ex

frigido generatio est.

Præsagia. ætates frigidiores palpitationi obnoxiæ, inibi.

Metho.m. palpitationum remedia calida extenuãtia, nam fundunt, laxant, meatus aperiunt, spiritum attenuant.

De pandiculatione. CAP. IIII.

NOn est ἁλική, vt interpretatur Gaza. sed σκορδανισμὸς dicitur. 2. de ca. sy. Est motus expultricis ad distentionẽ membrorum, inuitantis, vt vapores difflent.

Causa. sensus euaporantium excrementorum in carnibus ob congesti cibi concoctionem, & quietem motionum. 2. de. ca. sy.

Præsag. non aliter ab oscitatione differunt nisi quòd hæc omnium musculorum symptoma est. Oscitatio verò eorum tantùm qui circa maxillas sunt.

Metho.m. hanc vinum aqua temperatum soluit, nam quia calidum resoluit materias, quia temperatum facilius penetrat.

De oscitatione. CAP. V.

XΑσμὴ est motus expultricis, ad euaporationem spirituũ flatuosorum in maxillis contentorum.

Causa

Cauſa igitur humiditas flatuoſa, vel ſpiritus flatuoſus contentus in muſculis 2.de.ca.ſy.

Præſagia. Quum humores facientes oſcitatione & pandiculatione exuberauerint, fit horror, & tremor, ſi plus abundauerint febris efficietur. 3.p.

Meth.m. pandiculationẽ, oſcitationẽ, horrorem, vinum par pari ingeſtũ, tollit ægritudinẽ, quia cito penetrat reſoluitq́; materiam. Medicatoria continuarum oſcitationũ prolixa ſpiratio. 6.epid. Nam detentio ſpiritus vacuare redundantias, ſuperuacuaq́; poteſt. 3.de dypſnœa. Gal.

De oris diſtortione. CAP. VI.

AN oris obtortio diſtet à cynico ſpaſmo? Eſt enim cynicus ſpaſmus reſolutio, per quam in vtrãlibet partem deprauata eſt facies, vt definit Paulus. At Almanſor cenſet oris peruerſionem cõuulſionem eſſe. Similiter fiunt oculorum, palpebrarum facieiq́; variæ peruerſiones, quia facies à parte anteriore cerebri, ſuos neruos recipit, qui & reſolui, conuelliq́; poſſunt. Os & labrum diſtortum ſeu reflexum. 3.epid. In ſumma oris diſtentio eſt figuræ deprauatio in vtraque parte ſana ſcilicet & ægra, vel in altera tantùm.

Cauſa. reſolutio aut conuulſio. Naturalis enim frigida membri vitiatur ob reſolutionem neruo-

rum,aut diſtẽtionem,inflammationem, aut ſchirrhum:ſi quidem in his, qui in altera parte ſunt reſoluti,membrum trahitur à muſculis actionem facientibus.An in his,quos in altera parte conuulſio exercet, aut phlegmone, aut ſcirrhus,aut dura cicatrix,pars ſana trahitur ab affectis muſculis. Partium fiunt peruerſiones extentis atque contractis his qui ad eas nerui pertingunt per cõuulſionem. ita contrahuntur ægræ partis muſculi,vt ad eorum retractionẽ ſanæ partis muſculos trahi ſit neceſſe. Reſoluuntur autem & cõuelluntur magna ex parte ob pituitæ infarctionem. Vbi muſculi ab altera maxillæ parte reſoluuntur, fit vt altera breuior appareat & quaſi contracta, ſed quæ vitiata eſt, eam ſecuta extendi videtur,nam quum muſculi omnes vnam propriam habent actionem,nempe ad ſua initia ſurſum contrahi quãdo illi qui à ſiniſtra maxillæ parte ſunt, agendi poteſtate priuantur qui à dextra,ſunt robuſti ac viriliter habentes,agunt ad ſeipſos attrahentes dextram maxillam vniuerſam & labra,atque ita conſpicitur ſiniſtrum labrum extentum & longius redditum.

Digno.oris conuulſione aliquem affligi cenſemus,ſi quando illi os ad alterum latus contorquetur,& oculum ad quem illud conuellitur,occludere nequit:prȩterea ſi expirare iuſſus,flatus ab altera tantùm parte prorumpat effleturq; .Non ea maxilla

xilla quæ peruersa apparet, sed opposita resolutione infestatur. Resolutum latus ad alteram faciei partem retrahitur. Resoluto alicuius partis musculo pars ipsam in cõtrarium: Resoluto musculo qui dextram partem labri mouet, ipsa ad sinistram flectetur. At si is, qui sinistram mouet resoluatur, ipsa trahitur ad dextrum: haud secus & totam mandibulam, & narium pinas & genas quæ à lato mouentur musculo, in aduersam partem flecti contingit. In summa si oris distentio ob resolutionem incidat, resoluti musculi, id est, priuati sensu, & motu à musculis appositæ & sanè partis trahuntur, vnde figuræ deprauatio in sana parte monstratur. Si verò distentio ab conuulsione perueniat, cõtrà omnino accidet. Nam pars ægra sanam ad se trahet contractis nimirum in sese ægræ partis musculis.

Præsag. Cynicus spasmus cum acuta febri oritur, scilicet qui fit à conuulsione: risus enim sardonicus musculis labiorum conuulsis incidit. In febre continua si labrum vel oculus vel nasus, vel supercilium peruertatur, mors proxima. Obtortio quæ non repente vel paulatim accidit non nisi in perniciosa phrenitide, aliisq́; morbis acutis inuadit.

Metho.m. Temporum maxillarumq́; musculis, item labris & narium pinnis sensus & motus, linguæ verò omnibusq́; oris partibus sensus duntaxat à tertia cerebri neruorum cõiugatione oritur.

A ſecunda oculorum muſculis motus vt à prima oculis ipſis cernendi ſenſus ſuppeditatur. Peruerſio quæ etiam ſequitur conuulſionem eadem methodo eiſdémq; mediis curatur quibus & ipſa paralyſis apud Almanſorem lib. 9. forſan quia Paulum ſequitur, qui cynicum ſpaſmum ad reſolutionem refert lib. 3. Auicen. tantum iubet vt in ſpaſmoſa tortura ante vſum reſoluentium admoueantur mollientia.

Remedia ſunt purgatio vniuerſalis per pilulas fœtidas, particularis per gargariſmata, ex ſinapi diluto cum ſyrupo acetoſo. Item per ptarmica ex ſtruthio (condiſum vocant) detrito & inſpirato. Præterea materia digeritur vſu confectionis anacardinę, & vnctione vertebrarũ colli, frontis, & faciei ex oleo coſtino. Nux etiam moſchata in ore retenta cõfert. Paulus ſanguinem detrahit ex vaſis linguæ ſubiectis, ſuper quo amplius deliberandũ, ne per ſanguinis detractionẽ affectus incrudeſcat. Sicyas adhibet priori vertebræ, & capiſtro æqualiter in oppoſitum affectum ducit: ſed de capiſtro conſule Galen. lib. de faſciis. Inter remedia ſunt liquor ex galbano extillatus. Arnal. fomẽtum ex decocto tunici. Tor. Errhynum Conco. quod recipit auriculæ muris, cyclaminis, nucis indicæ, cucu. ſyl. nucis moſc. acori, pyretri añ. m. ℥. elixentur in vino, cuius colati vna vel altera gutta in nares inſtilletur.

letur. Ad ſpaſmum & peruerſiones faciei confert plurimum ſy.de calamento.℞.calamenti rom. cinamomi zedo. gary. an̄. ℥.j. ſantali,xyloal. an̄. ℥. j. moſchi ℈. ß. puluerata illinantur oleo amygd.& cum melle deſpu.f.elect.bibatur ex eo gr.xv.cum ſy.de cal.omni die.in cauſa frig. Aliud.caſtorei doronici,been albi & rub.condiſi,opopan.abrengi, ſpicæ baurac an̄.℈.ij.fiat pul.aroz. cum moſcho. mouet ſternut.vt olfactorium admotum. Errhynū ſed potius ptarmicum ex felle Cati ſylueſtris cum zambac diſſoluit oris torturam. Idem præſtat quod fit ex felle gruis cum zambac.Raze.

De ſpaſmo. CAP. VII.

Σπασμὸς, id eſt, conuulſio,vt nomen indicat, cōuulſis ſeu reuulſis fit ad propria capita muſculis, & neruis. Eſt motus naturali ſimilis,niſi quod totus eſt præter voluntatē,deprauatus motricis motus, ſcilicet dum fit contractio:hac autē facta, eſt morbus in figura. Conuulſiones & à plenitudine & ab inanitione eueniunt, vt pote per quas nerui immodicè tenduntur. Tendo eſt voluntarij motus primum inſtrumentum. 12. de vſu p. & muſculus.primo de motu muſc.

Differētiæ omnes tres,opiſthotonos,id eſt,tentio ad poſteriora.Emproſthotonos,id eſt,tenſio ad

anteriora,& Tetanos,id eſt,diſtentio.4.aphor.rigor Celſo.ex duabus aliis ſpeciebus compoſita. Sunt præter has tenſiones aliæ in dextrum, vel in ſiniſtrum,quæ ſæpe accidunt, ſed nomine carent, vt inquit Paul.has refert ad gibboſitatem Torna.

Cauſa externa. Ab æſtibus fortibus conuulſio aut diſtentio malum,frigidum cõuulſiones diſtentiones 5.aph.Ex ebrietate ibi 5.ex elleboro ibi 1. Vini potio in fame,quæ ex inedia vel euacuatione fit,conuulſionem infert.2.apho. Cõuulſio ex vulnere.5.apho.ex punctura chordæ.3.art.p.A fluxu ſanguinis,ibi 3. Ex ſuperflua purgatione ibi 4. Ex febri,ibi 66.Ab ileo.7.aphor. Ex morſu oris ventriculi, ab humore æruginoſo. A cholera morbo contractiones frequenter adueniunt, maximè eorum qui ſunt in ſuris muſculorum in ſumma omnis conuulſio fit ex repletione, vel inanitione corporum neruoſorum,à quibus ſecundum electionem, motus perficiuntur: ſunt autem hæc, nerui, ligamenta,muſculi & tendones. 5.apho.plenitudo autem hîc effertur de omni humore extẽdente neruum,fortaſsis etiam de flatu, & hæc in ſeniorum cruribus frequenter contingit,facta à ſuccis mordacibus ex inanitione fieri dicitur,quoniam ſucci tales vim exſiccandi habent. A ſiccitate autem ſeu ab humiditate nerui tenduntur, non ſecus quàm chordæ in cithara,quæ ab vtraque ambientis qua-

litate

litate,ſiccitate ſcilicet & humore ad vltimam tenſionem perueniunt. In conuulſione tertiã aliquam cauſam ſupra euacuationem & repletionem nondum reperi, ſingultum tamen ſine his fieri video acribus humoribus aut medicamẽtis ſtomachum mordentibus. Eſt tamen ſingultus conuulſio ſtomachi. Itaque gloſſematarij de conuulſione meminere, quæ efficitur à qualitate quadam alteratis per continuationem partibus, aut à ſubſtantia ſpiritali veluti aura ad neruorum principium delata, quam vt à ſe expellat conuulſorio motu concutitur.

Digno. Intenta & immobilior ceruix manet in tetano. In ſcapulas cõuertitur in opiſthotono. Cõtra mentũ pectori annectitur, in emproſthotono. Conuulſio omnis aut ſtatim aut pedetentim apprehendit. Conuulſio in ſanis repente facta neceſſario ex repletione fit. Niſi ſequatur repentinam vacuationem, ſubitò etiam fit à frigido extrinſeco. Si aliquãdo per totum corpus neruorum actio vitioſa reddatur, ipſorũ principiũ affectũ eſſe cõſtat. Vniuerſo infra faciem corpore cõuulſo, omnium infra faciem neruorum originẽ affectam eſſe putandum eſt, quæ ſunt primæ ſpinalis medullæ partes: ſi verò conuerſo corpore facies conuulſa ſit, non ſolùm eam partem, quę ex ſpina procedit, verùm etiam ipſum cerebrum curamus. Diſpoſitio

con

conuulſioni ſimilis in muſculis pectoris, ob quam luctuoſa fiunt ſuſpiria. Stridor dentium aliquando fit ex conuulſione muſculorum qui in temporibus ſunt, & maxillis, aliquando ex eorum imbecillitate, ſi nimio aliquis dentium ſtridore vexatur, maxillares muſculi conuulſione laborant.

Pręſagia. pueri promptiſsimè conuelluntur, quia vim animalem & neruos habent imbecillos, primo epid. & tertio prognoſt. ac ibi in eis futurarum conuulſionũ prænotiones explicantur. Conuulſio his, quibus inflãmatur diaphragma procliuis. Cõuulſio ex bile, vel mordẽte & tenui humore, vel ingẽti frigore facta, ſubinde procuratur. Quę verò ex inanitione, vel ſiccitate fit, curatu perdifficilis, aut inſanabilis. Conuulſio ex inanitione acutiſsima & pernicioſiſsima. Quicunque à diſtenſione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, ſi verò hos effugerint ſani fiunt. Eſt enim tetanus morbus peracutus, exactè, ſcilicet. Qui à cõuulſione aut tetano tenentur, febre ſuperueniente liberantur. In acutis febribus cõuulſiones malum. In febribus ex ſomnis timores vel conuulſiones malũ. In febribus ſpiritus offendẽs, malum, cõuulſionẽ enim ſignificat. Ebrius cõuulſus moritur, niſi febre corripiatur.

Metho. m. Conuulſio ex repletione ſuperueniente febri curatur. 2. apho. & 4. Curatur etiam multa aquæ frigidæ perfuſione, ſi omnia conſentiant.

tiant. 5.apho.quæ curatio non adeò placet Auerrhoi.Neque febris in conuulſione excitanda eſt,vt ſentit Braſauola.Sanè imperitiſsimus medicus videtur,qui morbum neſcit,niſi morbo curare. Cõuulſio à ſanguine, vena ſecta curanda , ſed parcior fiat euacuatio , quàm ipſa copia exigat , ne vires ſymptomati occurſuræ deiiciantur, ſatius eſt enim vacuationem partiri,quàm ſemel quãtum neceſſe eſt,vacuare. 1.ad Glau.& 4.1.

Ad tetanicos,ex vulnere ſanguis mittendus eſt, vel copioſus,aut à vulnere ipſo , aut à vena cubiti. Alb. Conuulſio ex repletione pituitoſa ferè curatur vt paralyſis,ſtupor,tremor, videlicet victusratione calida & ſicca,apparantibus materiã & purgantibus,& ad inferna materiam auertentibus per clyſmos , & reliquias materiæ neruis affixas digerentibus topicis, vt oleo liliorum,coſtino,vngu.de bdellio. Inſeſſus in ſoliũ ex oleo calido. Item pelles,vulpis, lupi, melidũ,ouis aut ueruecis detractæ & adhuc calentes ſalubriter imponuntur.Spaſmatis ſubueniunt Mithridatium , theriace,ſy.de agrimonia. Oleum beeninum , lineboeon crocinum, piperatũ & de lap.agate M.vng. de caſto.aragon, de bdellio,philagrios,ceratum diapente , & de euphorbio. ℞. olei amygd.dul.lib.j. croci ʒ. iij. ſapæ lib.ij.bulliant ad conſumpt.ſapæ , & vtere. ſiccitati membrorum medetur pinguedo cati aſsi illita.

Spa

Spaſmos fieri prohibet ſerpentum ſenectus in pelle taurina adalligata. Plin. 30.

De neruorum reſolutione. CAP. VIII.

Παράλυσις eſt neruorum reſolutio in qua ſcilicet nerui laxantur: nam reſolutæ partes, hoc autem eſt, quæ nullo ſunt vſui, vel conuelluntur vel laxantur, vt ait Aurelia. Reſolutorum membrorum alia tenduntur, alia cõuelluntur, & contrahuntur. Syderatio duplex, vna cum contractione, alia cum remiſsione neruorum conſpicitur. paralyſim hoc vtrunque vitium Græci appellant. Item reſolutio cum remiſsione triplex vt Aurel. inquit, prima ſenſus, altera motus, tertia ſenſus & motus. ſed quibuſdam illa, quæ omni ex parte naturalẽ motum abſtulit, paralyſis vocatur, quæ verò plurima ex parte motum vitiauerit, paralyſis etiam dicitur. Sed neruorum reſolutio ſecundum Galen. potiſsimum dicitur, vbi motus deperditus eſt: vbi verò partium aliquarum ſenſus perit, eam partem ſenſus expertem eſſe, reſolutã verò non adeò dicere conſueuimus. De paralyſi tamen ſenſus & non motus meminit Galen. cauſam reddens cur per reſolutionem interdũ ſenſus duntaxat, interdum motus, nonnunquam ambo ſimul pereunt, ſed propriè paralyſis eſt affectus, per quẽ ſenſus & motus deperditur. Quum omnes pariter

nerui

nerui tum ſentiendi, tum mouendi vim amiſerunt, apoplexia hæc affectio dicitur, vbi alteri laterum accidit, reſolutio nominatur, eius ſcilicet partis, in qua conſiſtit affectus. Quod ſi in aliquo membrorum idem euenerit, eiuſdem membri reſolutio eſſe dicetur. Reſolutio neruorum ſpirationis apnœa vocatur, vocis aphonia, veſicę diabetes. Sed de ſingularum partium reſolutione cõſule Aurelianum, Paulum, & Aetium lib. 6.

Cauſa externa, ictus, luxatio, vertebrarum, vulnus, nuche, neruorum attritio, profuſum gaudium, vel triſtitia immodica, caſus ex curru, vapor argẽti viui, porcinæ carnes, & aquaticæ, tubera quo in genere fungi continentur. Interna verò eſt cerebri ſpinæ, vel neruorum affectus impediens ne animalis facultas è cerebro ad partes reſolutas dilabatur. Qualis eſt ventriculorum cerebri in toto capite obſtructio, vt in Apoplexia, vel in altera capitis parte, vt in ipſa (quæ paralyſis Paulo vocatur) hemiplegia. In ſpinali medulla continui diuiſio. Vertebrarum luxatio, paralyſis ab angina, inibi. Neruorum meatum habentium obſtructio ſtrictura. Obturantur autem humorum copia, craſsitie & lentore, humores viſcidi & craſsi paralyſis autores fiunt. Stringuntur verò ſeu craſſeſcunt, à cauſa externa vel interna, nempe frigore violento, compreſsione dura, ex luxatione, phlegmone, ſcirrho.

rho. Vis enim animalis per neruorum ſolidorum corpora à cerebro permeat, vti ſolis radij per aquã vel aërem tranſeunt. Viſibilis ſpiritus ſubſtantialiter ad oculos peruenit, & ad aliorum ſenſuum organa, non ſubſtantialiter, ſed ſolùm irradiatiuè perueniunt, ſpiritus eſt ſubſtantia luminoſa. In ſumma cauſa offenſæ ſenſus & motus, gemina eſt, vna affectus per quem prohibetur penetratio ſpiritus ad membra, vt obſtructio circa principium nuche, ſiue illa fuerint à cauſa externa, ſiue interna. Altera eſt dyſcraſia nuda, vel materioſa, in mẽbris paſsis, per quam illa non admittunt ſpiritum, vt vehemẽs frigiditas, de qua Galen. hiſtoriam narrat de pallio circa ceruicẽ madefacto. Xenophon in 7. de Cyri minoris expeditione, Erat, inquit, in Thracia niuis magna vis ac frigus adeò vehemẽs vt aqua cœnantibus appoſita, quin & in doliis vinum congelaſceret. Multis etiam Græcorum nares & auriculę ſolo tactu præ rigore auellerentur. Paralyſis item fieri poteſt à pituita tanquam à cauſa antecedente & coniuncta, vt notat de ſolo, à melancholico ſucco & ex qualitate calida aut ſicca. Vbi calida dyſcraſia ſanguinem & humores nimium torrefecerit, vt ſentit Trallianus, haud diſpariter proficiſci poterit, ab impura bile, & craſſo ſanguine. Alioqui à pura bile & ſanguine obſtructio in neruorum origine fieri nequit, niſi tanquã à cauſa diſſoluente

pituitam

pituitam vt tradit Nicolus, paralyſis ex mœrore Trallianus meminit.

Dignoſtica. ab eſſentiæ ratione petenda, vbi vniuerſæ partes quæ ſub facie conſtitutæ ſunt, reſoluuntur, faciei partibus illęſis, affectionem in ſpinæ initio eſſe certum eſt. Paralyticorum pulſus eſt paruus & tardus, quòd morbus ſit frigidus languidus, quòd facultas infirmior, nõnullis rarus quoq;, aliis creber, ſed nonnihil inordinatè intermittens. paralyticis ab angina non totum corpus reſoluitur, ſed vſque ad manus duntaxat. Paralyſis futura deprehenditur ſaltu, iectigatione, tremore, ſtupore, grauitate partium, turbatione ſenſuum, & eorum imbecillitate.

Præſag. Apoplexiæ ſolutæ, ſuccedere ſolet paralyſis: hæc autem paraplegia nuncupatur. Ex neruorum paſsionibus cerebrum, quod eſt eorũ principium compatitur. Similiter ex capitis paſsionibus omnia neruoſa afficiuntur, ſi quidem omnes nerui ortum habent à cerebro vel à ſpinali medulla. Paralyſis rariſsimè terminatur in alios morbos, ſed multi morbi in paralyſim mutantur, vt apoplexia, epilepſia, colica, lethargus, ſuffocatio vteri. Paralyſis eſt aliquando criſis acutorum, quando materia terminatur ad neruos. Nucha oritur à membranis cerebri, & nerui motrices à nucha. Capitis parte vna læſa oppoſiti nerui læduntur, nam nerui

dextri ad ſiniſtras partes tranſeunt, & ſiniſtri ad dextras ſe inuicem decuſſantes, vt aiunt Areteus & Caſsius. Paralytici qui tremunt faciliùs ſanantur teſte Plateario, quia expulſio materiæ ſignificatur. Colicus dolor qui fit à tenuibus humoribus in artuum reſolutionem, ſenſu incolumi tranſit, vt teſtatur Aegineta. Paralyſis quæ caſum aut ictum repente ſubſequitur, deſperata eſt. Paralyſis ex ictu deterior. Tamen Pauſanias ex paralyſi digitorum propter caſum facta ſanatus eſt. 3. de loc. aff. Contingit quoque hemitriteũ in paralyſim terminari, vt ſubit Arnal. Paralyſim ſæpe ſanauit ſuperueniẽs diarrhœa. primo cõtin. maximè ſi deiicitur humor faciens paralyſim. Tremor paralyſi ſuperueniens bonum, quia minor adeſt nerui obſtructio, vnde tranſit ſpiritus. Paralyſis vnius membri difficilius curatur, quàm ea, quæ vnum latus occupat, localia admota parti reſolutè parum conferunt.

Method. m. curatio paralyſis eſt cauſarum ſublatio. An phlebotomia ſalubris? curatio à ſanguinis miſsione auſpicanda ſi plenitudinis notæ adfuerint, & per vires ægrotantis liceat, ſalubris item phlebotome in paralyſi, quæ caſum aut ictum repente ſubſequitur. Quibuſdam etiã placet, inquit Aliab. vt in principio fiat phlebotomia, quæ pituitoſum euacuet ſanguinem, ſed aliis hoc diſplicet, vt idem ait, quoniã per ſanguinis detractionẽ ſanguis

guis imminuitur, & complexio roboratur frigida. Verùm author paſsionarij Phlebotomus, inquit, adhibendus eſt, omnibus paralyticis, & ſanguis à latere incolumiore mittẽdus, & moderatè, ne corpus refrigeretur: Sanè immoderata & vniuerſalis repletio citra hydropem, nunquam caret ſanguinis exuberantia. Si ex anatomice neruorum ad ſingulas partes veniẽtium principia didiceris, per quàm facilè eorum, & ſenſum & motum deperditum curabis. Et niſi affectam ſedem, eiusq́; diſpoſitionem accuratè cognoueris, nequaquam eas partes, quibus vel ſenſus vel motus vitiatus eſt, rectè curabis. Proinde Pauſaniæ non digitis reſolutis remedia, ſed dorſi initio, id eſt, læſæ parti, remedia adhibere iuſsit Galen. Itaque Auicen. Sit intentio, inquit, in curatione poſterioris partis cerebri. At inungere ſpinam in paralyſi nullus ante Meſuem docuit, ſi credimus à Cauliaco & Tagautio. Auicenna poſt Aliab. monet nõ eſſe dãda à principio mali, fortia cathartica: præſertim, ſcilicet, ſi materia ſit fluxa, craſſa & viſcoſa, ſi verò adhuc fluat forti pharmaco eſſe videtur deturbãda. Nã eius morbi curatio incipitur nono Almanſ. à propinatione pilularũ fœtidarum. Victorius orditur curationem à ſanguinis miſsione, & ſequenti die dat pilulas de hiera ſimplici cum agarico. Corporibus carnes habentibus humidas, fames offerẽda eſt, fames enim cor-

Nota

Pilul. fœtidæ.

pora ſiccat,nam quacunque exiccant,ſunt paſsionum humidarum præſidia. Hinc tenuem victum paralyticis ſubuenire perſpicuum fit. Attamen victus tenuis in longis morbis periculoſus. Quod verum eſt,in pleriſque omnibus, non item in his, in quibus ab ægrotantium corporibus, parum vel nihil effluit,propter innati caloris imbecillitatem, nimia humorum aut pituitæ abundantia contingentem.Nam ſi oportet alimenti quãtitatem, eius quod difflatur quantitati eſſe proportionalem,cõſtat difflationem ſenſui occultam neceſsitatis alimenti cauſam eſſe,hac ratione quæ hyeme deliteſcunt animalia non egent plurimo alimẽto, ſi quidẽ & ſine cibo poſſunt perdurare,vt teſtatur Gale. & non rarò inueniuntur adipe obeſa,ſunt namque frigida diſtemperãtia,quòd animales actiones torpidę declarant,& ſpirationis fere abolitio.

Remedia ſunt quinque generum, de ſpectatis quæ materiam cõcoquunt ſeu apparant, ſunt, mel roſatum,hydromel,ſyr.conſeruę acori.ſy.de ſtecade, M. ſy.de yua.Nicol.ſy. de agrimonia Vigonij, Acetata licet materiam craſſam attenuent & lentam incidant,quia tamen neruis nocent, vt frigida & mordacia cætera, ob id illis rarius & parcius vtendum.

De purgantibus ſunt pil.de hiera cum agarico, maſtichinæ, cocciæ, & fœtidæ, de ſagapeno, de opopa

oponaco,de euphorbio,pilulæ diacolocynthidos. Auertentia in contraria materiam quæ ad ſpinalẽ medullam defluit, ſunt clyſmi acres,ſternutatoria, errhina,apophlegmatiſmi,gargariſmata,frictiones in parte incolumiore ſicyæ innanes,& cauteria calida,quę impẽsè commẽdat Victorius,Si paralyſis, inquit,ſit in brachiis,admoue cauterium in prima vel ſecunda ſpondili colli verſus craneum, ſi verò in cruribus adhibe cauterium in ſpondili prope caudam.De his,quæ reliquam materiam digerunt, mitiora ſunt primùm exploranda, & inter aſſumenda ſpectata ſunt,cõſerua ſaluiæ,acori, anthos, yuæ,eringij,electuarium diamoſchi dul.dianthos, diambra,theriace, mitridatium,nux moſchata cõdita,confectio anacardina, puluis radicis imperatoriæ,ex vino ſumptus, omni mane, ſanat paralyſim faciei,& palpitationem. De admouendis ſunt ſuffitus,vnguenta,emplaſtra,ſtubę,& balnea ſulfurea.℞.olei coſtini,liliorum alborum añ.℥.ij.ambari ʒ.ß.miſce in phiala ſtricti orificij operculata, inſoletur diebus triginta,vnguatur ſpina actu calido. ℞.oleorum vulpini,rutacei,laurini añ.℥.j.ſucci rutæ,calamenti,adipis anatis,& gallinæ, œſipi añ.℥.ß.caſtorei ʒ.j.ß.bdellij,ammoniaci in aceto emolliti,añ.ʒ.j.ß.euphorbij ʒ.j.cũ modica cera,fiãt vnguentum.Concoregij,huc refert oleum Valeſci.c. de gonnorhœa,& liquorẽ ad paralyſin M. qui ſcri-

bitur à Cauliaco, & à Tagautio & à Philonio c. de gonorrhœa & liquores Arnaldi. Paralyſis ab ictu curatur pelle ouis recens detracta loco impoſita. Paralyſim ex vſtione ſanare aiunt decoctũ corticis mediani vlmi, & radicis eius illitum: ſanat enim
N. B. omne neruorum vitium. Aſsidua inunctio ſpinæ ex oleo oliuarum abluto prohibet ne quis in ſenio incuruetur. Idem præſtat oleum amygdalarum illitum frictiones vertebris vtiles, ſed vtiliſsimè ceruicis. Iua moſchata ſiue chamæpityos, ſumpta, frequenter, valet ad hemicraniam, & paralyſim. Conſumit catarrhum, & omnia capitis excrementa: vnde viſum acuit.

Ratio victus in quantitate ſit tenuis, ſi per vires liceat, in qualitate verò morbo contraria. Contrarius enim in morbo victus, Zoar iubet comedere capita & carnes leporum, pullos columbinos, & columbos ſylueſtres, eosq́; viuos odorare, olfacere cepam, ius galli antiqui, & viperæ plurimum confert. Caro ſit minutim cõciſa & frixa, potus mulſa. huc refer auium genus præſertim paruorum paſſerum, qui στροῦθοι, non item qui φύττα nuncupantur, id eſt, auicularum in dumetis degentium, & paſſerum turricolarum, ſtrobili pro bellariis conueniunt. Vinum neruis minus nocẽs eſt, quod vetuſtate dulceſcit, quoniam minus in neruis acetare creditur. Braſsica ſumpta, capares, quotidiana

eorum

corum comeſtio, ericij carnes, galli ius coĉti cum polypodio, ſale, anetho. Naſturtium comeſtum, coĉtum, hiſtricis carnes ſumptæ, rafanus, carnes ſerpentis, teſtudo comeſta.



ANASCEVES MORBORVM, LIB. III.



De his quæ ad oculos & viſum pertinent.

CAP. I.



Isvs eſt potentia ſenſilis appræhenſiua rei viſibilis in oculo, mediante diaphano. Igitur obieĉtum viſile. Medium diaphanum. Organum oculus. Viſile autẽ triplex eſt, lux, lumen, color. Item eiuſdem ſenſus eſt cognoſcere ſui ſenſibilis præſentiam ac eius abſentiam. Senſibileq́; duplex, per ſe, & per accidens. Illud etiam geminum, proprium & commune. Lux autem eſt qualitas in corpore lucido, nata moueri ad motum eius in quo eſt. in ſuo eſſe non dependens ab aliquo extrinſeco. Lumen etiã qualitas, & non corpus à luce genita in corpore

diaphano, eſt enim actus diaphani inquantum diaphanum. Vmbra eſt lumen diminutum. Tenebra verò omnimoda lucis priuatio. Lux & color ſenſum immutare non poteſt, niſi prius in medio ſpeciem ſuam multiplicauerit. At lumen videtur per propriam ſpeciem multiplicatã per medium, & aliquando non multiplicatã. Nam lumen actuãs medium & organum, non producit ſpeciem ſuam in medio, nec in organo, ſed immediatè in potentiam viſiuam. Vnde lumen aliter quàm lux videtur. Lumen quoque ſine obiecto opaco videri nequit, vt patet de lumine, quod in opaco loco per duo tranſmeat foramina. Lumen itaque incidens per foramen angulare rotundatur, quia ſol à quo procedit, rotundus eſt, facit etiam ad hoc radiorum coincidentia. Color eſſe ſuum formale habet à lumine, quum ſenſum non moueat abſque lumine teſte Auerrhoe, proin color finitur qualitas viſilis per lumen, quod eſt in extremitate perſpicui, in corpore terminato & nõ tranſparẽte, lib. de ſ. & ſ. Et perinde color profunditati opaci non ineſt, niſi quatenus color eſt qualitas ſecunda, quæ fit actione & paſsione qualitatum primarum in materia.

Medium peruium perſpicuumq; corpus eſt, ſaltem in vltima parte, in qua colori coniunctum eſt, actu diaphanum. Nam lumen ad viſionem requiritur,

ritur, non propter colores ſed ob medium. Sunt tamen oculi nocturno tempore cernentes, veluti felium, capræ, & lupi, teſte Plinio, forſan quod nox non tenebra, ſed vmbra eſt, vel quòd conatum in oculis lumen habẽt. Noctu quoque fulgentia ſicut nicedulæ cicedulæ've in tenebris vidẽtur, quoniã intrinſecum obtinent inſitumq́; lumẽ, vt ait Themiſt. ſine medio nihil videri poteſt, ergo nec in vacuo. Cur per conſpicilla literæ maiores cernuntur? An quod per medium denſius (vt etiam per aquam) ſimulachra maiora veris videntur, ſic ſol matutinus maior apparet, quia per aërem cernitur roſcidum.

Organum oculus, aqueum enim eſt, ſicut auditus aëreũ, lib. de ſ. & ſ. & de g. anim. hinc eſt quod potentia nobilior non dicitur ex eo, quòd nobilius organum habet. Oculi pretioſiſsima corporis pars. Itaque ob oculos caput factum. 8. de vſ. part. ſaltem quantũ ad ſitum. Quod tamen non ſemper verum eſt: ſunt enim oculi quibuſdã in pectore, vt ait Plin. quare caput fortaſsis cerebri gratia exiſtit, vt retur Ariſtot. 4. de part. anim. Oculus non riget quia opimus. 31. probl. vel quia craſis eius influens calida eſt, vt opinatur Grad. Oculus eſt acerrimi ſenſus. 13. ther. & 4. τῶν Τόπ. vnde fit vt cito deprauetur: ſenſus enim in animalibus breuioris vitæ cauſa eſt, vt tradit Auerrho. 2. de anima. Oculi vt

robur habuerint,ſicq́; corpus.6.epi.primùm moriuntur, nouiſsimè formâtur in corpore, operiuntur morientibus. In oculis etiam animi ſedem, & maxima animi indicia exiſtere autumat Plin.

An oculus ſit coloratus? omnia corpora colore participant,lib.de ſ.& ſ.Itaque oculi triplici coloris genere diſtinguuntur, nigro, caprino, cæſio. Et totius corporis colorem,oculi quoque color conſequitur. x. probl. 13.& 5.de g.anim. Attamen ſi humores oculi colore peccarent,ſecundum coloris naturã hallucinatio ſuboriretur, proin arquati quicquid vident, pallere arbitrantur. Sed de oculorum coloribus fuſæ diſſeruit Portius.Glauci oculi die minus vident, contra nigri interdiu magis quàm noctu cernũt.Oculi claritatem facit exiguitas humoris, nigritiem verò humoris copia. 5. de g.anim. At Gal. glauci cauſam ait ſplendidi luminis copiam & humoris cryſtallini, ſitumq́; prominentiorem.Locus orbita,interuallum pro ſua magnitudine habet minimũ.x.probl.rationem explanat Carpus.Eoq́; fit, vt ſenſus dextri nihilo ſiniſtris ſint præſtantiores. 31.probl. 13.& 19.

Oculi partes inſtrumenta non ſunt. 1.ther.Muniuntur oculi genis ſiue palpebris atque ciliis. Expurgantur per foramen quod acantho maiori ad naſum pertinet. Mouẽtur 7.muſculis,componuntur quinque tunicis. Quarum adnata ex pericranio,

nio, cornea ex meninge dura, vuea ex tenui, arachnoides & retiformis ex neruis opticis producitur. Inter has tunicas ſunt tres humores. Aqueus inter vueam & corneam. Cryſtallinus primum & principaliſsimum viſus inſtrumentum, quod ſatis propalat ſuffuſio, totus veſtitur arachnoide, niſi qua parte inſidet vitreo, à quo nutritur per diadoſim, id eſt, tranſſumptionem. Vitreum verò alit ac continet retiformis. Vbi album nigro coniungitur in bulbo ſeptem circuli cohærent, craſsitie & colore diſcrepantes. Ob id locus iris & corona appellatur. In cuius medio pupilla. per quam viſio fit, quæ non ſolùm eſt vueæ foramen, ſed & totũ cryſtallino obiectum ſpatium, quod vueæ foramine terminatur, in quo ſcilicet nulla tunica eſt inter corneam & cryſtallinum media 10. de v. par. fallitur Plin. qui pupillam corneam vocat. Ariſtoteles quoq; cui pupilla eſt humor quo videmus, in quo ſit ſentiendi vis. 1. & 5. de nat. anim. & 2. & 3. de animal.

Illa quæſtio, de viſione, quæ eſt oculorum actio. 1. ther. hoc loci tractanda non eſt, nam Plato, Gal. Macrob. viſionem aiunt fieri, emiſſo in res ab oculo radio. In viſione prodire ab oculis ſpiritum cenſet Aphro. horum ſentẽtiam in probl. videtur probare Ariſto. ſed hanc refellit 2. de anim. Viſio, inquit, eſt quidam motus factus ab aëre in pupillam,

quæ

quæ dicitur paſsio,& lib.de ſ. & ſ. viſum fieri aſſerit,radio à rebus conſpectis ad oculum recepto, inſtar pyramidis,cuius baſis in re viſa, & conus in oculo eſt,ſed de his abũdè ſcripſit Protoſpatarius. Certè conſtat in viſione & emittere aliquid oculum,& recipere, vt arbitratur Plato & Galen. Nec malè Aliab. ſentit egredi & regredi ab oculo ad oculum ſpecies incredibili celeritate. Quamuis Ocham nullas ſpecies hinc vel inde relinqui opinetur.

Viſus præſtat reliquis ſenſibus, quia multas rerum differentias monſtrat, omnia nanque colore participant. Mira viſus exempla apud Plin. An homo ab aquila vel lynce in viſu ſuperetur? ſecundũ Ariſtot. acumen cernendi bifariam dicitur, primo quod procul cernere poſſunt, ſecundo quòd differentias quæ cernuntur quàm maximè ſentiat, quæ ſimul nullis eiſdem contingunt. 5. de g. anim. atque ibi cauſa, inquit, cernendi tam acutè, vt differentię percipiantur, in ipſo oculo eſt. At vt procul cernatur cauſa, ſitus eſt oculorum, vno oculo exquiſitiùs cernitur quàm duobus, quia ſpiritus coactus conſtrictusq; ad facilem ſenſum plurimum confert. Ex præfatis liquet quod organo, medio & obiecto rite diſpoſitis, non contingit ſenſum errare, circa ſenſibile proprium.

Radius viſualis eſt ſpecies rei viſilis, ſiue idolum rei

rei visæ, quod non idem numero, sed idem specie videtur, nam continuò ad præsentiam obiecti recens generatur, triplexq́; est, eoq́; visus omnino triplex, directus, refractus & reflexus. De quibus Optica & Catoptrica Euclidis est. Speculis diaphanis plumbum supponitur, ne idolũ pertrãseat, sed ad videntem reflectatur. Aspectus per rectam lineam fieri ex radio semper directo, quo nos sol conspicit, probat Aristo. 11. probl. 61. cui subscribit Galen. 10. de vs. par.

De omni visus offensa. CAP. II.



TRiplex est, debilis in amaurosi & amblyopia, id est, obscuritate & hebetudine, deprauata in hallucinatione & suffusione, abolita in cæcitate. Causa affectus qui ad totum oculum pertinent, vel ad primum videndi instrumentum, vel ad partes administrãtes. Priores sunt 9. Atrophia qua minor redditur oculus, huic contrarius affectus est Ecpiesmus, id est, expresio, quando sic exprimuntur, vt exerti perseuerent, Strabismus conuulsoria est musculorum bulbum mouentium dispositio, Paralysis resolutio est, vbi obliquæ oculi motiones, & quæ sursum & deorsum fiũt expediri nõ possunt, Myopiasis pasio est per quam ab ortu naturæ propinqua vident, remota non item, vnde Myopæ, id est,

luscio

luſcioſi dicuntur. Nyctalops vitium eſt, quo per diem homo cernit,ſole occiduo obſcuriùs, noctu omnino nihil. Amblyopia eſt hebetudo viſus, quæ fit quia ſpiritus craſſeſcunt, vel tunicæ denſantur, vel humores lentiores fiunt. Epiphora eſt omnium humorum ad oculos impetuoſior fluxus.

Cryſtalloidis ſunt glaucoma,& dyſcraſiæ per ſe, vel cum affluxu materiæ, conuerſio à ſua ſede ad angulos, ſuperiora vel inferiora,& ſolutio continui.

Aquei humoris vitia ſunt incrementum, defectus,craſsitudo, & coloris mutatio. At in vitreo nulli affectus peculiares fiunt. Apud Ariſto. 5. de g. anim. aquei humoris exſiccatio glaucoſis dicitur, quæ glaucis oculis ſæpe accidere ſolet, ceu luſcioſitas nigris contingit.

Nerui optici. Aporeſis ſiue diſruptio ex ictu. Paremptoſis, vbi in neruum humor aliquis aperto vel rupto vaſe incidit, eumq; obturat. Symptoſis meatum ex tabe facit arctiorem. Amauroſis eſt obſtructio per quam viſio aboletur, abſq; alio circa oculum affectu.

Adnatæ. 4. apho. Taraxis, id eſt, perturbatio ſeu ophthalmia leuis ab externa cauſa. Ophthalmia ſeu lipitudo eſt inflammatio à cauſa interna. Chemoſis eſt quum vtraque palpebra ex vehementi inflammatione adnatæ diſtorquetur, vt vix oculos

oper

operiant,& album oculi nigro ſublimius ſit, & rubrum ac multam nigri partẽ occupat. Pterygion, id eſt, vnguis neruoſa adnatæ eminentia, quæ ab angulo maiori oritur,& progreditur vſque ad corneam & pupillam. Pterygiorum alterum genus quum adnata in calloſum tuber excreſcit,quo piſcatores maximè infeſtantur,vt ait Caſsius.

Corneæ craſsities,denſitas,humiditas,partis pupillæ obiectæq; aciem viſus hebetem efficiunt, phlyctenæ ſunt puſtulæ exiguæ ab ebullitione dictæ. Hypopyon eſt pus ſub cornea altius aut in ſumma ſuperficie collectum humanis vnguis ſpecie.Elce,id eſt,vlcera,quorum ſex ſpecies. Carcinoma eſt cum rubore, & tenſione tunicæ & dolore vehementiſsimo, qui ad tempora vſque protenditur.

Vuæ duo affectus:protoſis eius procidẽtia,quæ à corneæ ruptione, vel eroſione contingit, vnde fit myocephalon,id eſt, caput muſcæ.Strapholoma,id eſt,vuatio,acinum ve vuæ, & melon ſi adeò augetur vt extra palpebras emineat. Elos ſeu clauus fit,vbi,obducta cicatrice obduruerit.

Pupillæ.3.apho.Mydriaſis eius dilatatio,phthiſis eius diminutio, hypochyſis vel hypochema eſt infuſio humoris lenti in pupilla concreti. Senes nõ bene vident,quia cutis pupillæ illis obrugat, vt ait Ariſto.5.de g.animal.

Ad

Ad duas tunicas ſimul adnatam & corneam pertinent duo vitia, hypoſphagma, quando propter ictum fractis aut contuſis vaſis intra tunicas ſanguis colligitur, & in extima oculi parte veluti ſanguinis puncta apparent. Alterum vle, id eſt, cicatrices, ſuntq; duplices. Nephelia vocãtur, quando in ſumma oculi ſuperficie conſiſtunt. Leucomata quando altius radices egerint, illa albugines tenues, hæc verò albugines craſſæ nobis dicuntur.

Angulorũ affectus encanthis eſt naturalis circa maiorem canthum carnis excreſcẽtia. Rhias eiuſdem imminutio. Aegilops eſt abſceſſus inter canthum maiorem, & naſi os, qui ruptus ſi negligitur in fiſtulã abit. Anchilops dicitur priuſquàm diruptus in vlcus abeat. Epinyctis Plinio eſt vlcus in angulo oculi ex quo perpetim humor emanat.

Palp. aff. Ippos affectus eſt, per quem genæ ſunt inſtabiles. Emphyſema tumor laxus & indolens. Hydatis pinguis ſuperioris palpebræ ſubſtantia pondere ſuo ſic grauãs, vt vix attollere oculum ſinat. Ptiloſis craſsities caloſa rubicunda cum pilorum defluuio. Anclyoſis agglutinatio palpebrarum. Lagophthalmon vocant, quum retracta ſuperiore palpebra oculis apertis dormiunt. Ectropion eſt inuerſio propter cicatricem, aut carnis excreſcentiam naſcens. Inde ectropij. Trachoma

aſperitu

aſperitudo interna duplex, ſycoſis ficus granorum refert ſimilitudinem. Tyloſis quum inueterata iam in callum abierit. Crithe eſt abſceſſus grano ordei ſimile. Chalazion grando, tuberculum mobile rotundum & tranſlucidum.

Ciliorum affectus pediculatio, defluuium ſeu glabricies. Trichiaſis vbi pili inutiles & oculum pungentes enaſcuntur.

Viſus præterea læditur ex ſpiritus viſorij impuritate & paucitate. Impuritas quidem exactè, paucitas verò procul videre prohibet. Proinde ſi ſpiritus humidus & turbidus vt nebula, exiguus fuerit, neque exactè, neque procul cernere poteſt, ſin multus, res diſtantes videt, ſed nõ exactè diſcernit. Contrà purus, æthereus, paucus propinquas res planè diſcernit, & diſtantes non videt. At multus res diſtantes videt, & exactè diſcernit. Itaque ex proprio ſenſili viſio dolore dicitur. nam atri colores viſum cogunt, ſplẽdores & candidi diſcutiunt, denique ſenſibilium excellentiæ ſenſum corrumpunt. 2. de a. Exercitatio oculorum acumini incõmoda, quia ſiccat. Fumus oculos infeſtat. Aër poſt tenebras nimis luminoſus ociſsimè occæcat. Venę ſectio frequens oculis nocet. Columborum ſylueſtrium & gallinarum capita comeſa cæcitatem faciunt. Zoar. Collyrium ex ſanguine vel ex puluere teſtudinis, vel balneũ in quo proiecta ſit teſtu-

do cæcos facit, teste Razio. Multa oculis contraria leguntur apud Dio. Plin. Ruel. Paduanum. Oculus citri succo illitus integra nocte, in obliquum torquetur. Ruel. Ocularij medicij præstantissimi sunt in Asia, Syria & Media, vt ait Alex. B. Stellæ minutæ, inquit, melius apparent hyeme, id est, crassiore aëre, quàm æstate, id est, rariore. Inde specilla quo crassiora sunt, eo maiora visibilium obiecta repræsentant.

De remedijs quæ oculis conferunt, quæ item claritatem afferunt, & obscuritatem hebetudinemq; pellunt. CAP. III.

OCulos delectat cæruleus color & fuscus. Hic enim visionis essentiam cogit, citra violentiam. Addit M. colorem viridem, speculum tersum, & mediocres subinde literas legere. caputq; depectere, ac repectere. Serpentum ius & caro comesta roborat visum. Auic. esus carniũ rapacium. M. rapa Auer. folia raphani satiui, Plin. Thymus in cibis caliginem abigit. T. P. Pica cocta & esitata reparat spiritus visiles. Arnal. puluis candi oculis immissus visum acuit Auicen. Ad idem prodest nux moscha. condita, quotidie sumpta. Chebulæ conditæ. Triphera minor cum 4. sui ponderis parte euphragiæ. Cõserua euphrag. & confectio quæ recipit euphrag. ℥. ij. se. fen. ℥. v.

macis, cubebæ, cinamomi, pip.lon.gary.añ.ʒ.j.cum liquore ſequenti f.elect. ℞.mellis deſp.lib.j.ſuccorum depu.fen.℥.j.rutæ,chelidoniæ añ. ℥.ß. recoque ſimul ad mellis ſpiſsitudinem,doſis ʒ.iij.mane & veſperi. Collyrium.℞.mellis ℥.j.ſucci fen.depurati in vaſe æneo cum nummis aureis ℥.iij.bulliant iterum parum & colentur. Viſum etiam iuuat ſuffitus ex fumo decocti in aqua rutę feni,& euphrag. M.Adipes piſcium fluuialium liquati & cum oleo & melle miſti oculorum claritatem afferunt. Dio. Ali.Auic. Viſum acuit ſi hæderæ lacrymam cum melle miſtam illinas. Vel perdicis iunioris ſanguinem cum melle ſine fumo ex æquo ſubactũ illinas. Myrep. Item lumina reddit acuta, aqua ſtillatitia ex feni.verb.roſa,chelidonia,ruta.M.Collyrium ex oculo dextro Ericij in tenebris videre facit, teſte Raſi. Huc refer puluerem, potionem diuinam, & collyria Mont.conſ.57.& 58.

Amuleta.lapis boſtrychites geſtatus ad aciem oculorum facit.Similiter contemplari aſsiduè ſcarabeum coloris ſmaragdini. Marcel. Soli gemmarum ſmaragdi cõtuitu oculos implent nec ſatiant, Plin.In hoc etiam commendat lapidarius ſapphyrum.Oculi cornicis collo ſuſpenſi ſanant omnem oculorum infirmitatem.T.P.Radix corrigiolę decreſcẽte luna collecta & collo appẽſa arcet omne malum ab oculis.

Ad denigrandum oculi pupillas. Cinis putaminum auellanarum cum oleo perfuſo ſyncipite. Dio.lib.j.

De ophthalmia. CAP. IIII.

EST oculorum phlegmone, ex accidenti tamen oculi morbus eſſe videtur, eſt enim inflammatio membranæ quę corneæ innaſcitur & adhęret. Duplexq́; eſt: humida quæ cum fluxione infeſtat, & ſicca citra fluxionem. Diuiditur etiam in veram quę fit à cauſa interna, & non veram ab externa factam. Cauſa, fluxio decumbens oculis ab ipſo capite decurrit, 2.de diff.fe.lippitudines ferè omnes inſtãt repleto capite, quibuſdam exceptis, quibus oculi præualidi ſunt. 3.apho.com.12. Confluxus cauſa duplex, vna eſt pars quę trãſmittit, vt copiâ ſuperuacuum, vel qualitate moleſtum. Altera eſt pars quæ affligitur, quæ vel recipit fluxum quia imbecilla, vel attrahit morboſo calore, aut dolore obſeſſa. 13. ther.

Dignoſtica. Ex agnatę mutato in rubrũ, colore, dolore, lacrymis & ſordibus ducuntur. Videndum, inquit Tral. vnde id quod influit procedat. Nũ ex toto corpore, an ex ſolo capite. Item vtrum per arterias, an à venis vel vtriſque profluat. Nam humores ad oculos fluunt, vel per venas ſupra craneum,

neum, vel per venas ſub craneo exiſtentes, vt ait Galen. 4. de oculis. Quale autem ſit quod influit, ex colore, & doloris ſpecie facilè deprӕhendetur, ſed ex gramis inflammationis tempora colligit Auicen. Cruciatus luminum omnium maximè excruciat: eſt enim oculus acerrimi ſenſus.

Prӕſag. eſt morbus contagioſus, repetit per circuitionem, peſtem prӕcedere ſolet. Alterius oculi morbus grauior & diuturnior quàm vtriuſque, eſſe conſueuit. Lippitudines ſiccӕ fiunt, ſi ab hyeme auſtrali & pluuioſa, ver ſiccum & aquilonium fuerit. In ſicco autumno & aquilonio lippitudines. Aeſtate lippitudines. Nonnulli poſt lippitudines acutiùs vident. In oculis morbos cũ luna increſcere ac minui prodit Plin. Grãma ſeu gramia (inde grammoſi oculi) ſtatim in principio lippitudinis apparẽs, cruditatis ſignũ eſt, & diuturnã fore ſignificat. Deterrima quӕ oculorum alba adeo inflata, tumidaq́; habet, vt nigredinem obtegere, palpebrasq́; inuertere videtur. Lippientẽ alui profluuio corripi bonum. 4. aph. Oculorum phlegmone ſola purgatione per aluum vno die perſanat. 13. ther. Oculorum perſӕpe dolores grauiſsimos, è directo humeralis ſectio, intra horӕ vnius ſpatium cõpeſcit, lib. de phleb.

Method. m. conſiſtit influentem materiam ad oculos auertentibus, & repellentibus anodynis, in

his quoque quæ materię reliquias digerunt. Victus quoque ratio salubris est, si causæ & morbo cõtraria sit, hoc est tenuis & refrigerans. Non mãducet, sed sorbitionibus vtatur, ne moueat oculum agitatione maxillæ, vt monet Vegetius: nam membra per motũ recipiunt influxus à cerebro prouenientes. 6. epi. Auertunt clysmi acres, & sanguinis missio ex axillari, sicyæ cum scarificatione in scapulis affixæ, ligaturæ dolorificæ, & extremitatum frictiones, cathartica quoque quæ pessum deturbant. Repellunt anacolymata, & collyria frigida humida, sed efficacius adstringentia, quibus si dolor vrget, admiscere oportet anodyna. Verùm agglutinamenta repellentia nocẽt, si materia per venas & arterias intra cranium fluctuat, si quidẽ illam versus neruos opticos impingũt. Auicẽ. Oculi secundum naturam venas amplas habentes, & sanguine plenas, item qui glaucis sunt oculis omnino non ferunt collyriorum adstrictionem, vt ait Aet. Diuturnas oculorum fluxiones traducere oportet ad fauces. 6. epi. com. 2. Super lippitudine caput totundisse iuuat. Aphro. lippientibus cæruleus viridis, fususq; color confert. Albus & splendidus summè aduersatur, reliqui ambigunt, sed collyria quàm poterint sustineri calidissima consulit Scribonius. Periculum à repellentibus est ne quod influit in oculum impetum faciat, fugere oportet cataplasmata

mata in oculis calidam fluxionem habentibus. Ad lacrymam aranæ imaginationem dans, infunde oui candidum præcalefactum & nõ lac, quoniam id ab immodica caliditate torrefactum velut arenulas quasdam producit.

Collyria salubria fiunt ex aquato oui cum aqua ros. & muccagine se. cytriniorum & psyllij & cum tutia præpa. in aqua ros. his licet addere sief album sine opio, fiunt etiam ex lacte mulieris sanæ cum zucaro. Vel ex aqua ros. plan. solatri cũ tutia prępa. in aqua ros. mucc. psylli & momento amyli & candi. vel cum tutia & margaritis & aq. ros. vel cum lacte hominis aut asinæ cum mucc. se. cytoniorum. Lac mulieris cum luteis ouorum & rozaceo mitigat & digerit igneas oculorum inflammationes. Collyria fiunt anodyna per mistionem se. papa. albi vel sief albi, emplastrum de pomis anodynum s. ex carne pomorum dul. sub cineribus coctorum cum farina ordei lacte mulieris & lactice rosaceo, cum luteo oui. Collyriũ polychrestum, tutiæ præparatæ ℥. j. candi ℥. ß. aloes ℥. j. ß. chalcitidis vstæ ℈. ß. camphoræ gr. vj. cũ aqua ros. & pimpinellæ f. Ad lippitudinem dolorem scabiem & vlceratione͂. ℞. tutiæ præpa. ʒ. ß. adipis porci rec. sine sale ʒ. j. amyli rec. ℥. vj. fiat vng. lotũ ter cum aqua solatri, illine intus & extra palpebras. Lippitudinis medella est pulegij farina palpebris in vigore agglutinata,

*citoniorũ

Florentinus. Oculorum morbis omnibus à cauſa calida ſiue frigida conducit aqua calendulæ. Agric. Reliquias materiæ ex oculo vacuant decoctum ſe. fœnugręci vel meliloti ex ſpongia, vel linteo molli oculis admoto.

De purgantibus vtilia ſunt ſy.roſ. catharticus, decoctum myrob. flauorũ cum tamarindis prunis iuiubis & manna, vel r.caſsiæ nigrę diapruni ſimpl. añ.ʒ.vj.elect.roſati M.ʒ.j.cum decocto cõmuni f. potio. Cauſtica ex cantharidibus piſtis retro aures ſunt vtilia, & rubrificantia ceruici admota vel humeris. Inſuper balneum aquæ calidæ ad manus, brachia & crura per duas horas ante prandium & cœnam ab oculis materiam confluentem auertunt.

Amuleta. lapilli in ventre hirundinum inuenti albi & nigri, ſi lupino aureo includantur, & collo ſuſpendantur, omnem dolorem oculorum perpetuò auertent. Marcel. Oculus cancri fluuialis appenſus dolorem oculi lenit. Raſ. Oculi lupus geſtatus ophthalmiam ſanat. Kiranus. Idem præſtant oculi fellis collo ligati. Plin. Oculi cornicis collo ſupenſi ſanant omnem oculorum infirmitatem. Richard. Saphyrus & ſmaragdus oculos quos ſæpe tangunt, ſanant. Lapidarius.

Ad epiphoram & lacrymas. CAP. V.

Lacr

LAcrymæ nihil aliud ſunt quàm aquoſus humor ab oculis profluens. Earum materia eſſe videtur ex ſanguinis ſero, ſed cur mœrentes & lætius ridentes lacrymantur, an quod illi pororum denſitate extrudunt quod in ipſis eſt humectum: triſtitia enim frigiditatem facit, & pororũ denſitatem. Gaudentes verò raritate atque laxitate eorundem humida effundunt. Ridentium lacrymæ frigidæ videntur, quia calor tum maximè per faciẽ diffunditur. In timore lacrymæ non fiunt, quia repente humores & ſpiritus retrahuntur ad cor. Aër quoque frigidus occurſans currentibus lacrymas mouet, quia contrahendo carnem exprimit ſerum. Lacrymæ ex mœſtitia calidæ ſunt, ſed ex oculorum morbo frigidæ, nam quod incoctum eſt, frigidum morboſumq; eſt.

Epiphora à cauſa calida ferè remediis lippitudini dicatis curatur. Confert aſsiduè faciem lauare oxycrato, vel ſucco plant. prodeſt etiam collyrium ex tutia imparata amylo & muccagine ſe. pſylli cum aqua roſacea oculis in linteo ſuperpoſita. ℞. corticum chebularum aſſatorum in pane ʒ.ij. croci ℈. ß. cum aq. ſolatij f. colly. Aliud vbi adeſt pruritus & rubor. tutiæ præpa. ʒ.ij. lapid. calaminaris ʒ.j. coralli rub. aſsi ʒ.ß. cum adipe porci rec. f. vnguentũ. Aliud. ℞. lap. ematitis puluerati & loti decies in

aqua frigida ʒ.ij.ſpodij,coralli albi & rub.charabæ, corticum myrob.citrinarum an̄.ʒ.j.ſucci extremitatum rubri ℥.iiij. conquaſſentur omnia ſimul in mortario lapideo,& ſerua in vitro obturato, & ſæpe in die imponat oculis & palpebris. Epithema oculis humorum affluxum reprimens. ℞. glaucij præparati ſucci roſ.aloes lycij ſantali rub.nucis indicæ croci ori.an̄ ʒ.ij.commiſta cū ſucco coriandri finguntur collyria , vnum illorum intybi ſucco aut roſacea leuigatum fronti ac palpebris inungitur. Agglutinamenta croci maſtic. an̄. ʒ. j. acatiæ ſang.drac.an̄.ʒ.iij.cum aquato oui fronti vel temporibus imponatur. Aliud ſe.alterci albi ℥.j.olibani ℥.ß. cum albo oui & aceto applicatur. Aliud anacolima Valeriani,cochleæ ſine putamine tritæ cum thuris polline fronti illinuntur. Ricini bouis fronti illiti ſine mora lacrymas ſtringunt. Aliud M. aloes,tutiæ,ſief,memitæ,lycij,boliar. an̄.℥.ß.cum albo oui imponitur.In cauſa frigida.℞.ſy.roſati cū agarico ℥.iij.cum decocto corticū myrob.chebul. indarum liq.& paſſa.f.potio hydragoga.ſumat die ſequenti theriaces bonæ ʒ.j. Errhyna conuenire videntur,nam per foramina & meatus naſi , qui in canthis ſunt egrediuntur ſuperfluitates ab oculo ad nares effuſæ.4.de v.par.Jtem purgatur cerebrū manſa radice pyretri , vt ait Serenus , vel maſtiche commanſa , vel fruſto agarici maſticato. ℞. maioranæ

anæ,hyſſopi,betonicę an̄.m.j.ſinapis ℥.ß.f.deco. cui adde oxymellis ℥. ij.f. gargariſmus. ℞. olibani maſt. ſandaracæ an̄. ℥.ß.f.empl.pro coronali,aut ℞.macis,gary.corticis citri ſicci,milij an̄.ʒ.j.ſanda. ʒ.ij.roſarum,conus cupreſsi,iridis florentiæ an̄.ʒ.j. ß.f.pul.pro vertice. Vtilis erit reuulſio per ſinapiſmum in occipite raſo adapplicatū, & interceptio per anacolimata,ex aloe & thure cum muccagine cochlearum fronti illita,vel ex cinere lanę ſordidæ cum aquato oui. Decoctum ſerpylli, betonicæ,& radicum feni, ex aqua chalybata oculis impoſitum lacrymas ſiccat.

De ſuffuſione. CAP. VI.

HYpochyma & hypochyſis dicitur, eſt enim humorum affuſio inter corneam & cryſtaloidem cōcreſcēs, vel pigri humoris in cornea iuxta pupillam concretio. Viſus autē deprauatur circa ſuffuſionis initia, imbecillitatur dum illa increſcit. Aboletur vbi cōpleta eſt.Paulus tamen retur omnes ſuffuſos lucem videre aut multam aut paucam. De loco ſuffuſionis Galen.inquit, eſt media inter cryſtallinum & corneam. 10.de v.par.eſt aqua cōcreta inter rhagoidem & cryſtallinum. 4.de ocul. vel inter albugineum & cryſtaloidem. 4.de v.par.vel inter corneam & vueam,vt ait Ieſus, nec in his ſyngraphis

eſt

eſt pugnantia, vt putat Sauanarola, ſed his conſtat, quod ſuffuſio ſolius pupillæ morbus eſt, ſcilicet in via & numero. In ſuffuſione ſic obſtruitur ſolaris luminis meatus, qui in tunica ragoide habetur, vt proprium viſus inſtrumentum non amplius cum ambiente aëre iungatur. 7. de plac. Hypochyma nullius ſimilarium eſt morbus, ſed oculi totius vt inſtrumēti. 2. ther. ſuffuſionis tria genera apud Vegetium, imo plurima, magna, parua, completa imperfecta, craſſa, tenuis, aërea, vitrea, ſubalba cerulea, glauca.

Cauſa externa, ictus, vomitus. Interna remota fit per conſenſum neque calefactis neque intentis oculis, ſed ſolo vapore per ipſos tranſeunte. Eueniunt ſuffuſionis accidentia affecto ventriculo. Suffuſio oris ventris aut cerebri cognatione accidere ſolet: fit etiam ob conſenſum cum cerebro in delirio, & fit etiam fumis elatis per venas & arterias in oculum cum optico deductis, pupillam opplentibus. Rurſus ob conſenſum efficitur cum toto corpore in febribus criſi inſtante per ſanguinis fluorem è naribus. Itaque ſolet phrenitim ſequi. Accidit quoque potiſsimum ex perfrictione atque imbecillitate ſpiritus viſilis, ſi credimus Paulo.

Digno. partes in ſuperficie conſtitutæ, vnà cum affectuum ſuorum proprietate facilè ſenſibus depræhenditur. Suffuſionis initio pupilla tenebroſior

aut

aut turbidior, aut non exactè pura. Si plurimum
ducta fuerit craſsitudo viſum prohibebit. Comple-
ta viſum prohibet. Talia apparent viſa quale eſt,
per quod cernimus medium. Proprio ne affectu
an per conſenſum oculi ſuffuſione infeſtentur, ex
viſis quæ præ oculis obuerſari vidẽtur, ceu culices,
aut circa lucernas circuli, alia've lucentia aut te-
nebroſa corpuſcula, quorum aſsiduitas proprium
affectum, intermiſsio verò per cõſenſum fieri por-
tendit. Inſuper quum vtrique oculo muſcæ aut cu-
lices aut quid ſimile occurſare videntur, ex affectu
ventriculi malum pendet. Si autem altero tantùm
oculo huiuſmodi apparitiones conſpiciantur, vi-
tium oculo proprium eſſe iudicatur, ſciẽdum quod
ſuffuſio differt ab obſcuratione, & glaucedine,
quòd in his laborantes ne fulgorem quidem vi-
dent, contrà omnes ſuffuſi fulgorem vel multum
vel paucum intuentur.

Præſag. ſuffuſis quibus altero oculorum clauſo
pupilla clarior apparet, hi ſperare debent, vt facta
perforatione viſum recuperent, quibus verò non
dilatatur, ab omni ſpe recuperandi viſus excide-
runt, nam ſi ſuffuſio moderatè coaluit, ad eductio-
nem idonea eſt. Contrà ſi immodicè & confirma-
ta ſit. Moderatè autem coaluit, ſi quadam ex digiti
impreſsione fuſio oboriatur. Et hæc ferri aut aquæ
marinæ aut plumbi colorem habet. Si verò nulla
figuræ

figuræ immutatio ex digiti impreſſura obuenit,ſupra quàm par eſt cõcreuit, & gypſo ſimilem colorẽ habere ſolet,vt ait Aeg. Quę glauceſcit ſuffuſio, inſanibilis eſt, ſententia Aetij. Hypochyma incipiens digeritur, vbi diu conſiſtit,non poteſt. 14. ther. Suffuſio quę inueterauerit,manu curanda eſt. Inter initia nonnunquam certis obſeruationibus diſcutitur. Cel. lib. 6. Florus nubeculans odio equũ habet. 9. de nat. anim. Ergo oculi non tantùm homini deprauantur,vt ſcribitur 10. probl.

Metho. m. quod in corpore toto genere præter naturam habetur, id prorſus tollendum, quod ſi tolli nequeat, eſt transferendum, vt in hypochymatis. Promiſsiones medicamentorum quæ ſuffuſis conueniunt,magnæ ſunt,verũ effectus aliquando nullus, vel valde exiguus. 4. τῶν τόπ. Ergo in contumacibus paracentheſi vtendum,quæ fit acu ſolida,vel ſecũdum longum perforata,apud Salyc. & Arnal. Oculum ſanare ante totum caput non licet,neque hoc ante totum corpus. 4. ther. niſi materia eſſet pauca,vel morbus exiguus,cui ſat ſit topicum auxilium citra totius corporis euacuationẽ, vt conſulit Gent. 1. tertij. Præterea vniuerſa curandi ſuffuſiones ratio duplici notitia eget. prima pręparatoria,cuius inſtitutum eſt totum corpus ab excrementis, & caput ab omni dolore immune reddere,ſecunda eſt apotherapeutica,qua ſuccurrendum

dum eſt ſuffuſionibus.his enim curandis theore-mata ſex ſunt neceſſaria. primum eſt cognitio il-lius inſtrumenti quod eſt pungendum. Secundum illius particulæ huius inſtrumẽti quod eſtpungen-dum. Tertium mẽſuræ pro affectus ratione. Quar-tum conuerſionem reſpicit. Quintum remotio-nem ſuffuſionis à loco, quem occupabat. Sextum circa aſtrictionem verſatur, iſthæc de punctoria medendi arte docet Galen.

Auxilia.laqueus in ceruice vel occipitio pro-deſt, vel cauſticum ſcapulis, ceruici aut humeris admotum, ſunt enim vlcera aliorum morborum medellæ. 6. epi. De catapotiis conueniunt pil.ſine quibus,pil.lucis,& elect.Galen.quod recipit ſpicæ ʒ.ij.ß. cinamomi ʒ.ij.agarici ℈. vij. maſtichæ ad pondus omnium mellis vel zucari q.ſ. ſumat quo-tidie ʒ.ij.Caput roboratur ne facilè fluxionem ſu-ſcipiat oxyrhodino, & aſpergine pul.macis gary. ladani,cocci.

Suffuſiones diſcutiunt ſuffitus & collyrium de calamo aromatico Vigonij, Aqua ſtillatitia Leo-nelli. Altera P. Hiſpani apud Arnal. Colly. Gal. 3. de facilè parab. Aliud de felle perdicis Sexti. Aliud ex ſucco fœnic.melle & felle caprillo. 4. κατὰ τόπ. Ad ſuffuſionem muris ſanguinem,& galli fel & lac ho-minis añ.miſce,& bene ſubactis vtere illico.viſum reſtituit. Aliud. bacchas lauri cortice libratas nu.x.

gummi

gummi ʒ.ij.ex aq.cœlesti fiat colly. Ad obtusam visionem, & imminentem hypochysim baccarum lauri purgatarum ʒ.x.tere cum vrina pueri & cum gummi ʒ.j. inunge oculis. Ad idem, chelidoniæ & conizæ succum cum melle inungas. Et succus fœnic. benefacit non solùm ad præfata sed etiam dissipat & detergit antiquas ægrit.oculorum. Vt cataracta ab oculo auferatur citra ferrũ, foliorum violæ,albæ,sem.raphani hortensis an̄.℥.j. ammoniaci ℥.ß.puluerata balsamo optimo misce,quod mane & sero oculo insere: non ambige quin mirabiliter subueniat. Ad idem fimum corui aut fel mixtum cum melle sine fumo,in oculo super maculas impositum ocyus præseruat. Ad cæcos & caliginem oculorum ex cinere capitum pullorum hyrundinis cum balsamo fiat collyrium. Peucedani succus cum succo fœniculi & lycio tritus, oculo immissus sanitatem restituit. Morgellinæ agrestis succus de tertio in tertium diem oculo iniectus idem præstat, etiam panum in eo factum consumat. Ex Nic. Alexan. Collyrium cæcis visum restituens scribitur à Marcello. Ad caliginem incipientẽ, suffusionẽ & leucomata, ex felle vnius perdicis cum oppobalsamo & æris ærugine,fiat collyrium: serua in pixide stannea vel argentea,inde inunges & miraberis vt prodit Sextus. Ad idem fel perdicis cum mellis æquo pondere laudatur à Pli. 29. cap.6.

cap.6.potio Montag.co.59. ℞. aquæ roriſmarini calidæ ℥.ij.diſſolue in ea ſalis gemmæ ℈.ij.fiat collyrium quod ſæpe in oculos iniiciatur ad obtuſum viſum.illuſtrat humores oculi & confert ſuffuſioni. Aliud reſtaurans viſum.℞.maſticis pul.cymarum eufragiæ añ.℥.j.zuccari ℥.ij.fiat pul. de quo in omni cibario ponatur & ante cibũ & poſt accipiatur. Aliud quo decrepiti ferè cæci curati ſunt.macis ℥.j.euphragiæ ℥.iiij.fiat pul.ſumat coclear medium ſemper ante cibum.Odorari frequenter maioranam confert ex Monta.qui etiam laudat impensè aqua extillatam ex xyloaloe pro collyrio. Potio ad viſionem tenebroſam,quæ etiam arcet ſuffuſionem Monta.conſ.57.

Ad nyctalopas, id eſt, eos qui ſerò nõ cernunt. Ex felle hirci cum melle illinito . tollit vitium paucis diebus.Vel obline ex ſanie hepatis hirci , quæ fluit dum aſſatur , ſuffiantur vapore aſſati hepatis oculi.detur etiam iecur comedendum Trallia.vel ſuffumigantur vapore aquæ ſalſæ & calidæ in qua elixatum ſit capræ iecur Sext.

Myopiaſis inſanabilis eſt , ſunt enim Myopiæ qui primo natali die propinqua ſanè vident,remota verò non item.Aeg.Ad dilatationẽ pupillæ ſeu mydriaſin cauſa vomitus factam Zoar ſanatus eſt collyrio ex aqua roſ.vel ſyrupo roſato pluries iniecto vt teſtatur lib.1. Ad ſebel. puluis putaminum

ouorum recentium elixatorum in aceto oculo aſperſus. Auicen.

Ad oculorum maculas. CAP. VII.

AD maculas. Aqua fragorum extillata. Sardus. Inſtillata in oculum eas etiam tollunt collyria ex ſucco foliorum caprifolij tritorum, cum lacte. Vel ex ſucco morſus gallinæ depurato, vel ex ſucco centinodię. Vel ex ſucco parietariæ cum albumine oui agitato & deſpumato, vel ex ſucco fœniculi cum camphora. Maturatur macula ante vſum diſſoluentium cum oleo de auellanis. Cinis cochleæ cõbuſtæ ſanat. Item cinis cornu cerui impoſitus, puluis optimus fit ex roſato zucco, & ſale gemma Cinis quoque fimi humani efficaciſsimus eſt. Author T.P. Qui in hoc etiam laudat collyriũ ex calcitide, tutia, aloe, & aqua roſarum, & aquã artificioſam P.H. Oculorum vuas, puſtulas, vlcera, & veteres fluxiones ſanat ſuccus foliorum oleæ ſyl. Idem præſtant nuclei palmarum cremati. Ruel. oleum de fiſticis eradicat caliginem à variolis factã offultum p.4. Ad panum ſe. centri galli pulueratum offultum, id eſt, impoſitum oculo quotidie ſanat. Arnal. Mulſa extenuant craſſam oculorum pituitã, & naſci prohibet inſtillata. Trall.

Ad

Ad oculi vnguem. CAP. VIII.

AD vnguem & maculas. Ad panum valet collyrium ex pul. radicis ireos vel iridis cum aqua rosarum carnem superfluam leuiter corrodit. Plat. Cõuenit aqua metallorum Arnal. primo breui. c. 18. Instilletur succus rad. lilij vel succus portulacæ. syl. Vel sanguinis anguillę viuę. Autor T.P. Vel succus virgę pastoris. Arnal. zinziber fricatum super cotem cum vino albo impositum. P. lucrator.

Ad vlcera. CAP. IX.

AD vlcera succus foliorum oleæ. syl. nuclei palmarum vsti. Ruel. ℞. alba duorum ouorum aquę rosaceæ ℥. ij. his bene subactis adde æruginis æris gran. iiij. fiat collyrium Montu. myrrha vlcera oculorum explet Ruel.

Ad fistulam. CAP. X.

AD fistulam canthi maioris succus plantaginis, vel puluis tussilaginis inspersus sanat. Dio. succus solatri depuratus instillatus. vel ℞. aloes, thuris, sarcocol. sang. draconis, balaustiorum, antimonij, alumnis zuccarini añ. ℈. ij. ziniar. ℈. ß. fiat sief. & cũ aqua collyriũ

inſtillentur iij. vel iiij. guttæ ſupino à puris expreſſione digito facta. Varig. huc pertinet etiam collyrium polychreſtum Montui. Aqua Caſtri villani. Aqua Io. Ariminenſis. Collyrium Monta. con. 61. Alica ex aceto cocta & leuigata non modò incipientes ægilopas, ſed etiam iam inueteratos & in pus conuerſos mirabiliter ſanauit. Interna arundinis membra cum melle vel per ſe impoſita perſanat: eſt enim quod rotundum circa nodos inuenitur. Ad vlcus ægilopis vitrum tritum cõuenit. Aet. Ad palpebras inuerſas humor florũ luteorum qui per ſe in vitream ampullam deſtillat, quæ plena floribus diebus pluribus ſole continuo macerantur, vnde liquor in fundo reſidet, qui ſalubriter imponitur.

Ad albugines. CAP. XI.

AD albugines collyrium. Concoregij linguam vulpis viuæ arefactam phœnico ligabis, & collo ſuſpendes. Marcel. Ad albuginem, argemata, nephilium, glaucoma, pterygion. fiat collyrium ex felle capræ vetuſto cum modico vini & melle. Sext. Anemone herba etiã portata vel ſubligata collo eius qui glaucoma patitur intra dies 45. eum ſaniſsimum reddit, ſi Marcell. credimus. Albuginem tollit collyrium ex ſucco morſus gallinæ cum ſucco cymarum

rum rubri iniectus Richard. Anemone omnis ſuccus cicatrices oculorum exterit. Ad albuginem in pueris mater ammoniacum commandet, & in pueri oculum ſufflet, butyrum liquatum ſolùm illine. Aet.



ANASCEVES MORBORVM, LIB. IIII.



De aurium affectibus.

De omni auditus offenſa. CAP. I.



FVNCTIONIS auditus noxa triplex, à debilitate quæ *δυσηκοΐα* dicitur ſurdaſtri fiunt. Abolitio quæ *κώφωσις* vocatur, ſurdos reddit. A deprauatione quæ obauditio appellatur, ortum habent ſonores, ſibili, tinnitus, murmura, bombi, nam in auditu ſonitus, & ſtrepitus præter naturam ſunt.

Cauſa in primo inſtrumento, ſiue vbi meatus dilatatum neruum attingit, octo dyſcraſiæ, obſtructio, continuiq́; ſolutio. Qui etiam morbi incidunt

aliquando in meatibus in anfractu auris existentibus,& in potentia audiendi,id est, in neruo & cerebro. Doloris ex proprio sensili causæ sunt vox aspera,grauis,celerrima, maxima. Nam audiendi instrumenta diuellunt, iuxta illud Ari.Sensibilium excellentiæ sensum corrũpunt.Vnde accolæ cataractarũ Nili sunt omnes surdi, apud Philostr.Diodo.& Cicero. Omnis surditas aut ob biliosum humorem sursum vergentem contingit, aut ob crudos crassosq; humo.auditum obstruentes.Surditas fit,vt inquit Galen.primo pror.ob humorẽ quendam impactum in auditoriis meatibus nihil quod malignum sit habẽs,& interdum extincta audiendi potentia. Et alibi dolor auris,ait,efficitur ab inflammatione cutis meatum auris ambientis vel nerui auditorij, cuius nota est pulsus serratus. fit etiam dolor à causa frigida,vt à flatu.

Dignost. Quicunq; affectus in aurium oculis obiecta cõcauitate oriuntur, rationali inuestigatione non indigent.Illæso verò apparente aurium foramine,si præter audiẽdi facultatem nihil læsum est, neruum proprium affectum esse haud obscurè cõiicimus. Obauditio continua fit per essentiam. Interpollata per consensum. 4.1.Ex soni differentiis materia flatus depræhenditur.Causarum sonitus aurium certa cognitio in principio haberi non potest.Non cõuenit citra artem aut cogitationem

curat

curationem auſpicari, ſed artificialem quandam coniecturam ex cauſis externis facilè licet colligere, ſi quis earum vires norit. Ad eos affectus qui noſtram notitiam fugiunt, externæ cauſæ cognitio eſt vtilis. 4. ther.

Præſag. argumentum incolumis auditus explicat Ariſtot. 2. de a. Surdi ab ortu naturæ muli, ſed muli non fiunt qui ex morbo ſurdeſcunt. Surdi è naribus loquuntur magna ex parte, quia pulmo eorum vitiatus eſt, ſurditas enim detrimētum pulmonis eſt, vt autumat Ariſtot. 33. probl. 14. Capras audire per guttur, teſtatur Diodorus Siculus. Si piſces audiant in aquis vt credidit Plin. non ſolùm in aëre fit auditio, ſed etiam in aquis. Conſtat tamen aërem ex cuius colliſione vel fractione ſonus oritur, non niſi in aquis vehementer penetrare poſſe, quoniam aër aqua leuior ſit. Quod videri poteſt aduerſus Diuinum Hippo. lib. de flatibus, & Plinium 9. nat. hiſto. Surditatem per febres ortam hæmorrhagia, aut aluus turbata ſoluit morbum. 4. apho. 60. Talis enim per conſenſum ſurditas fit. Vnde mirum non eſt ſi vacuatis aut traſmutatis noxiis humoribus ceſſent paſsiones, vt ait Galen. Itaq; quibus bilioſæ deiectiones, hæ ſuperuenien-te ſurditate ceſſant. Et quibus ſurditas adeſt, ſuperuenietibus bilioſis deiectionibus ceſſat. 4. aph. 28.

Aurium dolores vehementes permultos peri-

munt, in conſenſum perducto cerebro. Aurium etiam dolor delirium gignit, quoties fluxio dolorem excitans confertim decubuerit in cerebrum. 3.prog.com.13. Sordes aurium dulces mortiferæ. 6.epi.ſordes enim fiunt à natura expurgante cerebrum, quum ex natura ſua ſint amaræ. ſed fieri non poteſt vt euadant dulces, niſi ægrotante cerebro. dulceſcunt itaque per eius colliquationem, vt ſentit Galen. à natura aliena eſt purgatio per aures. Quãdoq; tamen & in infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur. Inde cerumen aurium & marmorata.

Metho.m. In doloribus, affectæ partes exquiſita quiete opus habent. Quicquid adhibetur mediocriter calidum eſſe oportet. Nullum frigidum auri adhibendum. Aures refrigerantur celerrimè, quòd exangues, excarnes, & chartilagineæ. Auri dolenti inſtillanda pharmaca ſunt prius calefacienda, ad lucernæ vel cereæ candelæ flammulam, tandiuq́; ea inſtillare oportet, donec aliquid ex ipſis ad exteriorem partem regurgitet. Nihil debes infundere dolore vexatis, neque per lanam inſtillare quod præſtet. Neque omnino contingère, doloris tempore auditorum meatum. At remiſſo dolore partem dolentẽ fouere licebit, & iniicere ſalubria tepefacta, poſtea forinſecus vniuerſæ auri mollem lanam imponere, diligenter cauẽs ne aliquid aliud

graue

grave aurem contingat. Porrò Medicus omnino anniti debet, vt ſciat quæ & qualis & quanta ſit morbi cauſa, & vbi maximè ea dominetur, quo videlicet curationem vnicuiq; cõuenientem faciat. Nam in vna quaque affectione proprio pharmaco vtendum, vt docet Galen. In vnaquaque affectione proprio φarmaco vtendum.

Ad auris inflammationem. CAP. II.

REmedia, ſi inflammatio adſit, ſtatim ſanguis ex humerali vena eiuſdem lateris mittendus eſt. Et ſi moderata ſit inflammatio & non pulſatilis, roſaceo & aceto ſimul temperatis tepefactis atque infuſis curatur. Ad vehementiſsimos dolores fiat collyrium ex opio, lacte muliebri, & oui candido. Aliud ex opio caſtoreo & ſapa. Iuuat anſerinus adeps adiectus cum butyro recẽti liquato & lacte muliebri. Adeps gallinaceus anſerinus cum ſucco papa. Aliud in oleo viol. & roſaceo confuſis addatur opium & inſtilla. Aliud optimum ex adipe gruis anſeris & ſturni. Aliud in oleo violato & anethi bulliant oniſci, & cum luteis ouorum, momẽto croci, & vino grana. fiat colly. in cauſa calida. Ad magnos cruciatus f. decoctum ex calicibus papaueris, meliloto, chamæ. violis purpureis, cum ſe. altheæ, lini & farina ordei, butyro rec. adipe anſerino, oleo roſato & *rutatio ad formam cataplaſmatis imponitur. Aliud *rutaceo.

quod ſedat dolores & pus maturat. ℞.rad. altheæ emedullatæ coctæ & cōtritæ lib.j.farinę,fœnugreci,ſe.lini & florum chamæmeli añ.℥.ij.butyri rec. ℥.iij.lutea ouorum v. tepens auri imponito.

Ad aurium dolorem. CAP. III.

AD aurium dolorem à frigore. Flos picis & oleum Oniſcorum laudantur à largo. Oleum de luteis ouorum chamæmeli anethi à Zoar. Confert item oleum nardinum amaricinum amygdalinumq́; , ſi mediocriter calida infundantur. Aliud. ℞. cæpam vnam ſub cineribus coctam, butyri recentis ℥.j.olei chamæmeli, roſarū añ.℥.j.croci ʒ.j.fiat catapl.anodynum eſt, & ad ſuppurationem ducit inflammationem vel abſceſſum.

Ad aurium vlcera. CAP. IIII.

AD aurium vlcera. Audiendi locus quia ſicciſsimus eſt,ideo his eget, quæ valentiſsimè ſiccant. Naribus enim vlceratis magis ſiccantia conueniunt,quàm oculo,minus autem quàm vt auri quadret. 5.ther.

Ad dolorem & vlcera. CAP. V.

AD dolorem, vlcera, & veteres paſsiones. ℞.croci ʒ.j.caſtorei aloes myrrhæ lycij añ. ʒ.ß.ſimul tere,& cum melle collige,& reſolut

ſolutum cum oleo roſato & paſſo auribus inſtilla. Ad idem & fœtorem. ℞.nucum nucleos viridium, oleo immitte, quos inſolabis ſub cane.de quo tepidum in aurem immittas. N. Alex. ℞.mellis ℥.ix. aceti ℥.viij.coque & deſpuma,adde æruginis ℥.j.linamento imponitur. Valer. Ad ſupercreſcẽtes aurium carnes, & naſi vlcera citra dolorẽ reprimens. ℞.aluminis ſciſsi ℥.ß.miſeos vſti ℥.ß.æruginis ℥.ij.lemnij ſigilli,gummi, añ.℥.ij.cum aceto f.tro.vtitor cum vino vel aqua. Aet. ℞. lactis canini ℥.ij. mellis ℥.j.miſce & infunde, & lana obclude, nihil potentius, etiam ſi intrinſecus cancerauerint aures. Marcel. Ad putredinem aurium & dolorem eſdra Nicolai cum calæno diſtemperata valida eſt.

Ad aures humectas. CAP. VI.


D aures abſque vlcere humectas, per arundinẽ inſufflare iube miſi in linteolo illigatum vſtum, vel gallam in linteolo illigato vſtam. In hoc etiã valet lotium, ſuccus virgæ paſtoris, volubilis,vitriolum,alumen, ariſtolochiæ.

Ad cophoſin & ſurditatem. CAP. VII.


D cophoſin & ſurditatem caput purgandum eſt,vtiles ſunt pilulæ de hiera ſ. maſtichinę,aleſanginę,his fortiores ſunt pil.lucis maio.pil.ſine quibus,pil.arabicæ,

cæ,cocciæ, & aureæ. Ab his vtatur diabuglossato & borraginato,& aurea alexandrina, & gargariset acetum scylliticum ieiunus. Ad surdiginem,cepæ succus melle permistus, & instillatus dolorẽ sedat, purulenta expurgat,vermes necat, aquam ingressam omnemq; humorem educit. Marcel. Surdis auribus Zoar.instillare iubet olei ex se.sinapis guttulam vnam, diebus alternis. Myrep.infundit fellis leporis & lactis humani simul mistis añ.momentũ. Surditati vel grauissimę. ℞.origani colocynth.florum serpylli, maio.añ.ʒ.j. moschi,ambari,añ.℈.ß. cubebarũ ladani machir,styracis cala. añ.ʒ.ß. olei amyg.& de lilio añ.lib.ß.singula contrita misceantur cum oleis,& in duplici vase feruefiant x.horarum spatio,& ad vsum seruabis, sanat infusum. Al. B. Remedium omnium optimum est alfandengi Raze.quod recipit aloes ʒ.j.interioris colocyn.euphorbij añ.℈.j. terantur subtilissimè, & cum felle vaccino misceantur, & fiant sief qui siccati fricentur super cote,& cũ succo raphani imponãtur auri.

Ad surditatem & tinnitum. CAP. VIII.



AD surditatem & tinnitum.℞.radicum cyclamini ℥.ß. nucleorum persicorum,amygdal. amararum añ. numero iiij.pista infundãtur in vnciis iiij.aquæ vitæ, per tres dies continuos, dein fiat fortis express

preſsio, cuius guttulam in aurem inſtilla veſperi in ingreſſu lecti, & bombace aurem obtura, & ſic alternis diebus repete. Ad ſonos incertos. ℞. olei nardini ℥.iij. origani ℥.v. colocynth. ℥.j. foliorum lauri xyloaloes an̄. ʒ.j. feruefacito in duplici vaſe, donec tertia pars ſuperſit, exinde percollatum ſolibus exponito, & ad vſus ſeruato. Huc refer Halantium ad ſurdos Trall.

Ad meatus obſtructos. CAP. IX.



D aurium meatus obſtructos, eos liberant quæ lapides in renibus atterunt, & omnia quæ tenuium partium ſubſtantiam abſque mordacitate habent, vt cucumeris ſylueſtris radix, bryoniæ, ari, dracunculi, centaureæ, & polij. 3. τῶν τόπ.

Ad illapſa in aurem. CAP. X.



D illapſa in aurem extrahenda, ſpecillo reſina tincto extrahe. ptarmicum naribus inde, & os obtura & nares, & hoc aſſiduè fiat, donec exciderit. Adiuuat etiã concuſsio, illisq; extractis lenire meatum ex lancinatione offenſum oportet, ſapa infuſa. Si aqua intrauerit, adeps anſerinus cum cepæ ſucco miſtus infunditur, à Sexto. Si animal aures intrauerit, fimum muris ex aceto dilutum infunditur. fit etiam

auricu

auriculare argenteum aut æneum quod ſuctu materiam extrahit.

Ad aurium vermes. CAP. XI.

AVrium vermes extrahit ſaluia, veratrum nigrum cum melle immittitur, ſuffitus ex abſinthio confert. Ad ſanguinis ex auribus eruptiones. Ne in grumum coeant, porri ſuccum & acetum miſta infunde. Vel ſuccum marrubij & acetum dilutum. Aut punici mali in aceto cocti ſuccum. Ad parotidas, lutea ouorum induratorum tria, cum adipe ſuillo recenti f. cataplaſma, pluria ad parotides ſcripſimus, libro de auxiliis chirurgicis.

LIB

ANASCEVES MORBORVM, LIB. V.



De narium paßionibus.

De omni olfactus noxa. CAP. I.



ODORATVS est ſenſus percipiens odores. Naſus eſt via olfactilium, vt ait Auerrho. ideoq́; inſeruit odoratui & reſpirationi, ſiue ſit ſimus, reſimus, extans, aquilinus, repandus, retortus, rectus. Addit Herodotus, quod per nares odorantur, & cerebrum expurgatur. Remiſsè tamen homo olfacit, & nihil odorabilium percipit abſque dolore, & voluptate, ob idq́; ſenſorium nõ eſt exactum atque perfectum. 2. de. a. Eſt autem olfactus ſenſorium ſecundum Galen. in anterioribus cerebri ventriculis ſitum. Obiectum odor, qui eſt fumida euaporatio, ſiue qualitas odorabilis in halitu exiſtens ex miſtis, ex ſicco videlicet concocto per vim caloris in humido. Nam odor eſt ſicci, ſicut ſapor humidi. Itaque odorabilium ſubſtantia va-

porosa est,& calida, quum vaporum copia à calido excitetur. Horum quædam suauia,alia ingrata, quædam fœtida. Suauia dicuntur quę spiritui contento in vẽtriculis cerebri familiaria existunt. 4. S. Insuauium verò quædam sunt boni & grauis odoris, vt moschus, ambarum,camphora, galbanum boni odoris, in sacris, & grauiter spirantis copia thymbræ. Alia sunt grauis & mali odoris, vt caper sub alis,& reliqua fœtida,quòd scite exprimit Melanthon.

Medium aër & aqua. Nam animalium quæ versantur in aëre, nonnulla odorem alimenti percipiunt eminus, perguntq; ad ipsum, vt vultures & Tigrides,de quibus mira narrat Albertus. Quæ itẽ in aquis degunt,videntur odorem sentire, etenim pisces non omnes eadem esca capiuntur, & prius quàm appetant odorantur, vt refert Plin. Ex his manifestum est cuncta animalia non similiter olfacere,si quidem quę respirant nõ olfaciunt in aqua. Homo verò non respirans, sed spirans & detinens spiritum, non olfacit, neque eminus, neque cominus.

An per medium ad origanum diffundatur odor cum halitu materioso? an per species à materia separatas? Certè si odor nutrit, eum diffundi cum halitu necesse est. Atqui in India esse homines qui odore tantùm quem naribus trahunt, viuunt,referunt

runt Plin. & recentiores qui ad nouum orbem nauigarunt. Rursus quendam hominem ad odorem mellis 40. dies vixisse asserit Oribasius. Contra si ab odoratis aliquid in sensum deliberetur, minora ob eam rem reddi oporteret. Nunc autem quæ odoratissima sunt, hæc potissimum eadem edurant.

Olfactus insuper triplex noxa, aut quia vix, aut quia vitiosè, aut quia nullo modo fit. Causa est spirituum intemperies, sensorij dyscrasia, vel nasi obstructio, contusio, continui solutio. Quibus os palati subsidet media naris his deprimitur. Si aliquod ossium palati deciderit, necessariò medium nasi subsidet: vnde σιμότης. Si nares confractæ sint, non rectè possunt restitui. At si ex palato fracturam accipiant, resimæ euadunt, & insanabiles.

Digno. olfaciendi facultate læsa si vox seruetur incolumis, ad priores cerebri ventriculos morbus refertur, qui aut ex dyscrasia sola noxam conceperunt, aut ex humorum copia: sin autem vox quoque lædatur propter meatus ossium colatoriorũ obstructos, affectum rursus malis quibusdam succis contrahi censeto.

Præsagia. Abolitio olfactus sine catarrho præsagit febrem. Ex odore anhelitus qui à corde ad pulmonem venit temperatura illarum partiũ, & affectus significatur. Prima enim functio cordis spiri-

tus creat, ſecunda diaſtole refrigerat, & ſpiritus alit, tertia fumos expurgat. Nam omnia membra concoquunt. Atqui in omni coctione aliquid recrementi à puro reiicitur. Id igitur euenit in cordis coctione, proinde anhelitus odor ex corde ad pulmonem proueniens ſignificat de temperatura & affectibus illarum partium. Itaque Auicen. 2. primi anhelitus, inquit, fortis eſt ad ſignificandum diſpoſitiones cordis, ex læſis item anhelitus ſpeciebus colliguntur thoracis & cordis patientis indicia. 2. ar. p. Ex anhelitus quoque qualitate agnoſcuntur, nam ſpiritus frigidus in acutis ex nare & ore prodiens lætalis eſt, primo prog. Et quum fœtor putredinis indicium ſit, 2. progn. anhelitus fœdus putredinem ſpiritalium partium denotat.

Ad tetros narium odores. CAP. II.

INterdum contingunt ex colluuie genita & retẽta in meatibus, qui ex anterioribus cerebri ventriculis ad nares perueniunt. Tum caput purgare vtile, concocta materia cum ſyrupo de meliloto. ℞. vel de fumaria. M. cum melle roſ. de purgantibus optima eſt hiera ſ. cum agarico, diaphenico, maſtiche, rhabarbaro, confect. hamec. De topicis optimum eſt errhynum ex vino, in quo nux moſchata, macis, cinamomi, gary. calamus aro. roſæ, ſpica nardi deco

decocta ſunt. Vel reſoluatur in vino calido gallia moſchata quo nares & os colluuntur. ℞. aloes, myrrhæ, croci, maſt. xyloaloes, gary. añ. ℥. j. f. pil. v. pro ℥. cum melle roſ. vel vino odoro, ſumat iij. quãdo it dormitum & in aurora reſiſtunt putredini & odorem deprauatum emendant.

Ad fœdum oris halitum. CAP. III.

FOedus oris halitus, curatur ſublatione cauſarum, quæ ſunt vitia in ore, ventriculo, vel thorace. Odorem gratum ori præbent iſta commanſa agallochum, aniſum, citrum malobathrum, myrrha, maſtiche. Putorẽ tegit globulus ex gallia moſchata intra molares detentus. Item chirotechæ, induſia, & veſtes odorem iocundum ſpirantes. Collutio oris optima. ℞. foliorum & florum roriſmarini añ. m. j. bulliant in vino albo cum momento myrrhæ, cinamomi, & aſſæ odorę, id eſt, benioin, ex hoc vino colluat ſubinde os. Nares grauiter olẽtes emendat ſuccus hederæ frequenter infuſus, vel ſi nares muris oſculetur. Aeger ſimiliter proderit mulieri ſi nares mulæ baſiauerit. Marcel.

Ad axillas tragaſeas ſeu hircoſas. CAP. IIII.

TRagus ſiue hircus apud Marcel. Graſos etiam putor ille dicitur, quando ſub alis trux habitat caper, vt ludit Catullus. Ex

quibuſdam ſeminis reliquiis fit. 7. quarti, ideóq; lepram præſagit, vt autumat Raz. in apho. Panthera ſola odorata inter animalia, vt tradit Plin. Nos tamen cercopithecos odoros ſubinde vidimus, vt taceam de Sebellinis & de cato zibethico, quẽ quidam è recentioribus hyenam eſſe voluit. Itaque ſi credimus Plutarcho primo ſympoſ. Alexandro per cutim iucundus odor expirabat, vt odorata fragrantia induſium ſatiaret. ℞. aluminis liquidi ℥. ij. myrrhæ ℥. j. diſſoluatur vino, & alas ſubline, licebit etiam addere amomum ſpicam & alia quæ vnguentum reddunt odoratum. Aliud arg. ſpumæ ℥. ij. myrti ʒ. ij. amomi ʒ. j. vino excipiuntur. Huc refer roſeos paſtillos. Dio. & alia permulta, ex libro noſtro de ſalubritate.

Ad graſſonias. CAP. V.

GRaſſoniæ ſunt odores corporis tetri, ad quos Aet. præſcribit potiones. Item cardui radix illita graueolentiam alarum, totiuſq; corporis emendat. Item ſi radix decocta in vino bibatur, copioſam vrinam, fœtidamq; expellit, vt aiunt Dio. & Galen. Odor enim corrumpitur propter humoris & ſudoris putrefactionem. 7. quarti. Humorem autem corrigit & reſtituit euacuatio & purgatio, alteratio & bona cõcoctio. Euacuatio ſcilicet cacochymiæ accommoda

modata, per deiectiones, ſudores, & vrinam. Alteratio quoque putredinem arcet. 3 .ar.p.

De hæmorrhagia. CAP. VI.

ERuptio ſanguinis è naribus eſt ſymptoma, cauſa igitur morbus, quamuis enim ſanguinis affectus inter cauſas numeretur, qui non eſt morbus. Eſt tamen morbi cauſa vaſorum. Differentiæ ſunt variæ, nam ſanguis vel profluit à vena, vel ab arteria à capite, hepate vel ſplene, cum criſi, vel citra criſim, ſed criticum profluuium non eſt ſiſtendum, niſi copia vires proſternat.

Cauſa ſanguis cacochymicus vaſa erodens, vel tam multus vt non poſsit contineri. Affectus vaſorum, hoc eſt mollicies ex humiditate, duricies ex ariditate, tenuitas ex inedia. Vaſorum apertio ex cauſis externis, vel clamore magno. In ſumma ſanguinis profluuia ex vaſis fiũt per anaſtomoſim, vel diapedeſim, vel anabroſim. Anaſtomoſis, id eſt, oris vaſorum apertio accidit & ob vaſis imbecillitatem, & ſanguinis qui ad os eius impetu ruit, copiam, & acrem quampiam quæ illi extrinſecus incidat qualitatem. Diapedeſis, id eſt, diſſultatio, oritur ex tunica rarefacta, ſanguineq; tenuato. Accidere etiam poteſt ex gracilium vaſorum ore adaperto: vnde fluit ſanguis veluti tranſcolatus, & ſu-

doris modo tranſmiſſus. Anabroſis, id eſt, eroſio, vitioſi ſucci ſoboles eſt, vel fit à cauſa externa, vbi vena fuerit eroſa. Anabroſis ſiue diabroſis dicitur. ῥῆξις eſt vaſis ruptio & nō anabroſis vt quidā putat.

Dignoſt. ex cauſis procartacticis, & ex præcedenti victus ratione, ex ipſoq́; ſanguine, & corporis habitu colligenda ſunt.

Præſag. hæmorrhagia ſi ex membrana cerebri profluxerit, irrita curatio habetur. Anaſtomoſis pernicioſorū morborum, inflāmationum internarum eſt cauſa. 6. de v. part. Nimium fluorem ſolet ſequi aqua intercus. 2. aphor. com. 23. Sanguinis profluuio laborantes quum moriebantur in fronte non ſudabant. 6. epi. Quibus cutes circuntenduntur, aridæ & ſiccæ ſine ſudore moriuntur. 5. apho. 71. Adoleſcentes poſtquam rem veneream agere, aut hircire incœperint, tum ſanguinis ex naribus profluuio tentātur. 6. epi. Sanguinis è naribus profluuium fit, vel ſubpallidè atris, vel pallidè rubeis, vel ſubpallidis. ibidem.

Metho.m. curatur ſublatione cauſarum. Apertis vaſis aſtringentia, ruptis glutinantia, exeſis ſarcotica & boni ſucci alimenta remedio ſunt. In his frigido vtēdum vnde fluit ſanguis, vel fluxurus eſt, nō ad ipſum, ſed circa ipſa, vt docet Hipp. Omnis immodicæ euacuationis communia remedia reuulſio & deriuatio. 5. ther. Itaque hæmorrhagia

ſiſtitur

ſiſtitur victus ratione refrigerante & aſtringente, auertentibus ſanguinem & ſiſtentibus. Interdum conuenit ſanguinem de cephalica vel interna detrahere hæmorrhoidas prouocare,& ſicyas hypochondriis affigere, atque genitalia conſtringere. ſi verò non ceſſat,ſicyam in occipitio admoue,cum aliquo infrigidante caput. Rubra obſtruere oportet emplaſticis, quæ ex lenta craſſaq; ſubſtantia conſiſtunt. Alba verò obſtruere conuenit,vt galla, & alumine. 6.epi. ℞.maſt.libani,ſang.dra. pilorum leporis vſtorum gypſi vſti an̄.cum albumine ouorum f. agglutinatorium fronti, & trahat per nares aquam panis porcini,& volæ manus & plantæ pedum regioq; hepatis refrigerentur aqua plantaginis cum aceto acri confuſa, faciem quoque totam per ſpongiam humore frigido & aſtringente vel poſca, imbutam refrigerare confert. De aſſumendis vtilia ſunt ſy.de portulaca, myrtinus, de roſis ſiccis,tro.de terra ſigillata,de carabæ,tro.ſtellæ. Siſtit etiam hæmorrhagiam athanaſia N. cum albo oui miſta & naribus adtracta. Idem præſtat philonium perſicum cum ſucco mentæ liquatum & naribus infuſum. Cepam rubeam acerrimam tuſam odorandam da.ſtatim ſiſtetur, inquit Myrep. De eſcharoticis. ℞. ſoreos,atramenti ſutorij,chalcitidis,myſeos,gypſi,gummi an̄.ʒ.ß.fiat puluis,inſufflatus perſanat. vel ℞. chalcitidis ʒ.iij.reſinæ fri-

ctæ ℨ.ij.thuris ℨ.j. f. puluis, vel gallæ chalcitidis añ. f. pul. insertus naribus sanat. Oleum de vitriolo sanguinem è naribus fluentem cum rosis sistit. Euony.

Amuleta. cinis ranarum illitus profluentis sanguinis impetus sistit. Dio. Idem pollet saculus cinere ranæ plenus adalligatus. Gor. Iaspis & corallus. Alb. Rana rubeta arefacta collo suspensa sanat. Marcel. Dicitur prodesse sanguinis profluuio, vt æger osculetur nares mularum. Valerianus.

De sternutatione. CAP. VII.

Πταρμὸς, id est, sternutamentum est motus expultricis potentiæ deprauatus, spiritum mittens è pulmone & capite, ad purgandos meatus narium. Est fortior motus quàm tussis, vt alias quandoque multas natura hominibus salutis gratia ingenitas indidit passiones, ad eundem modum & sternutationem & tussim. 2. S.

Causa, sternutamentum sequitur grauedines. 2. progno. Est igitur causa humiditas mordax in cerebro, & naribus quam spiritu natura conatur expellere per narium angustias. Od idq; sonat. fit ex capite cerebro calefacto, aut humectata parte inani capitis, aër enim ibi contentus erumpit, & cum sono, quoniam per angusta exitus datur. Item stern

ſternutatio fit calefacto & refrigerato inani, quod eſt in cerebro, vt ait Aet. Qui ſolem aſpexerint,& qui nares penna ſolicitauerint, ſternutare magis cõſueuerũt. 3 3.probl. Huc refer ptarmica cũ ſimplicia tum compoſita.

Præſag. ſternutationes capitis grauitatem ſanant, imo etiam lethargum & profundos ſopores, & cõſimiles, extrudunt etiam muccos ex cerebro craſſos & viſcoſos. Conferunt, ei quæ vterinis moleſtatur. 5.aph. 3 4. Moribundos ſternutatorio ſolicitamus, tanquàm ſi hoc affici nequeant, ſpes nulla ſalutis ſit. 3 3.probl. 9. ſternutatio tollit ſingultum. 6.apho. 1 3. Ex accidẽte purgat pulmonem & caput. 7.apho. 5 1. In morbis pulmonis periculum oſtendit. 2. progn. frequens in febribus caput replet. 5.tertij. In ſanis noctu non contingit, vt aſſerit Caſsius.

Method.m. primùm curanda grauedo, hoc eſt affectus vnde naſcitur. Curatur etiam ſubitariis animi affectibus, videlicet ira, triſtitia & id generis aliis. Oculo perfricato ſternutamẽta deſiſtunt. 3 3. proble. Sernutationem frigidam ſanant olfactoriola calida, & econuerſo, vt docet M. facilè ſedatur ſi interuallum fricetur, quòd in radice naſi vtrique oculorum interiacet, aut frons aut collum fricetur. Acetum ſternutamenta olfactu ſiſtit, ſimiliter aniſum, laurus, ocymũ, ſuccus ocymi ſternutationem

à proprietate ſedat, vt ſcribit Iſac. naribus attrahat aquam roſ.cum aceto miſtam. Clem. De aſſumendis confert rob citri & ſy.de mitta Hali.

De rheumatiſmo. CAP. VIII.

CAtarrhus ſeu deſtillatio eſt fluxio per venas à capite ad partes inferiores, ſed deſtillationẽ nominamus vbi ad os excrementum defluxerit. Grauedinẽ verò ſi nares infeſtat. Raucitas ob deſtillationem imbutis faucibus fieri ſolet. Si ad gurgulionẽ fluxio deriuetur, aut vuam parit, aut alias in tumorem ipſum attollit, ſi in oris adenas antiadas facit, ſi in partes illi adiacentes pariſthmia. Obiter notãdum quòd antiades de parte, & affectu dicuntur, ſic tonſile de pariſthmia. Inſuper fluxio defertur à capite nonnunquam in ventrem, nonnunquam in aſperam arteriam, vtrilibet mirificè nocẽs. Herodotus tres tantùm numerat differentias, catarrhum, corizam, & branchum, ſed communi vocabulo deſtillationes nominamus quæ à capite fluunt ad pulmonẽ per aſperam arteriam. Humor de naribus ſecretus tenuis & incoctus, grauedo dicitur. Talis ex palato ſecretus, dicitur defluxio. 2.prog.com.49. Grauedines in ſolo capite oriuntur. Capitis tamẽ grauedo illa dicitur, quæ fit non à cauſa externa, ſed ob naturalem capitis infirmitatem. Inde grauedinoſi.

nosi. 6. epi. fluxionem quæ à capite deferuntur, quædam tenuis, quædam crassa. 4. r. a. com. 30.

Causa externa, auster, boreas, frigus, insolatio, vel sub lunæ radiis dormitio, sub dio statio, seu longa mora. Nam causa cerebrum est vt pars quidem similaris vel à frigore, vel à solis ardore ad intẽperiem reductum, vt instrumentum verò, quatenus à plenitudine infestatur. Caliditas externa vel interna. Capitis grauedo ob æstum, frigiditas externa vel interna, frigida enim destillationes mouent: frigus superueniens cerebrum repletum exprimit, veluti manus spongiam. Itaque fluxiones præcipue descendentes ex capite inualescunt pluuiosis temporibus, vt ait Gal.

Interna causa duplex, vna in parte transmittente, altera in parte recipiente, vel accersente. Nam sicut inter se particulæ altera ab altera nutrimentũ trahunt, ita altera in alteram quod superuacuum est, à se deponunt. Et sicut trahentium ea vincit, quæ erat valentior, sic & à se deponentium.

In parte transmittente, vel est humorum copia, vel qualitas infestans. sunt enim omnium excretionum causæ res mordens aut aggrauans. Materia autem inutilis confluit impulsa vel attracta. Impellitur quando expultrix triste aliquid sentit, quòd duplex est qualitate & quãtitate. Et perinde rheumatici affectus proueniunt, quãdo pars robusta ad

infir

infirmiorem mittit excrementa.

Cauſa copiæ excrementi & qualitatis cerebri dyſcraſia eſt,ſiue primario affectu,ſiue per conſenſum gignatur. Nam continuò caput repletur habentibus cerebrum calidum,ſi nullam ſeruauerint victus rationem. Et frigidum cerebrum habentes facilè à cauſis frigidis offenduntur, offenſionisq́; tempore deſtillationibus & grauedinibus capiuntur. In cerebro humido excrementorum eſt multitudo, ſic caput plurimum à frigida intemperie, vel humida,vel ab vtraque fluxionem recipit: fluxionis autẽ generatio ſimilis generationi imbrium eſt, quoad magnum cum paruo conferre licet, vt ait Ariſtot.2.de par.animal.vel aſsimilis eſt aquæ, quæ in meta diſtillatoria fit,vt vult Auicennas.

Cauſa in parte recipiente, vel eſt caliditas aut dolor ex quibus fit attractio, vel imbecillitas,pars autem imbecillis dicitur,quæ vim excretricem vicinis omnibus imbecilliorem obtinet, quòd illi contingit neceſſariò, vel ob meatuum ametriam, vel ob intemperiem:pars enim recipere maximè idonea eſt, aut imbecillior, aut rarior & ſolutior, aut attrahendum promptior, aut immobilior, vt tradit Galen. Sed cur partis ſuſcipientis imbecillitas fluxionis cauſa eſt? An quia imbecilla membra ſolent plurima ac praua excrementa gignere, & nonnunquam noxiorum humorum copiam præ-

ripe

ripere, vt Hippocrati & Galen.placet.

Cauſa vtrique parti communis videtur virtutis regentis imbecillitas,ſiue illa virtus ſit aggregatum ex quatuor facultatibus naturalibus,vt tenet communis opinio,ſiue quinta virtus,vt ſentire videtur Auerrho.quam diſcretiuam vocat,hancq́; collocat ante expultricem , ſed de hac vi,nos ſatis ſcripſimus libro primo de medica theoroſi.

Digno. fluentis ſubſtantiæ morbi facillime depræhenduntur , quoniam oculis maximè patent, fluxionis ex capite nota eſt irritatio in vua , vel aſpera arteria. Si humor in nares deſtillat , tenuis per eas pituita profluit , frequentia ſternutamenta fiunt,& capitis grauitas ſentitur. Si in fauces , has exaſperat,tuſsiculam mouet. Si in pulmones confluit,præter ſternutamenta & tuſsim , adeſt capitis grauitas. In catharrhis & coryzis bronchoſa vox efficitur , multitudine ſuperfluæ humiditatis.Sicut clangoſa fieri contingit pharynge & trachia arteria vehementer ſiccatis.Granula rheumatice ſemper ſunt nuntia cauſæ,vt canit Aegidius.Humores noxam inferentes facilè depræhenduntur , coloribus , ſymptomatis , & medicaminum quæ admouentur experientia. Ad hæc etiam confert victus ratio,anni tempus,regionis conſtitutio,ætas , corporisq́; habitudo.

Præſag. Quibus nares natura humidæ & genitura,

tura, minus integra ſanitate fruuntur. 6. aphor. Omnes natura humidi vel ſecundum cerebrum tantùm, vel ſecundum totum corpus, ſani penitus eſſe non poſſunt, ſed ex parua occaſione continuò deſtillationibus capiuntur. Et ſi ſuperfluitas ad inferiora per palatum deſcendat, partes ſubiectæ offendũtur, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, vẽtriculus. Inde fiunt tuſſes dypſnœæ, anginæ cruditatesq;, & ventris profluuia, & dyſenteriæ, quando quod deſtillat ſalſum eſt. Multa in cerebro humiditas vel ipſum obſtruit: vnde capitis grauitates, epilepſia, & apoplexia fiunt, vel fugit ad ſenſoria, & ſenſibus nocumentum facit, vel ad guttur & deſtillationes facit, vel ad partes inferiores, & varios efficit morbos. Si verò per totum corpus humiditas ſit, fiunt putridæ febres, & putrefactionum morbi, vt ait Philotheus. Lacrymæ, narium humiditas, ſternutamentum, aurium ſordes, ſaliuæ excreatio, non eadem omnibus ratione fiunt. 6. epi. nam aliqua ex his ſanis, aliqua ægris, nonnullis vtriſque accidũt. Duo canales qui per palatum in os totius cerebri excrementa eructant, ſoli expurgando cerebro ſufficiunt, quandiu omnino rectè valet. 8. de v. par. Craſſa per nares & palatum, ſubtilia per cranei ſuturas expelluntur. 9. eiuſdem. Malignę deſtillationes tenues ſunt. 6. epi. Valde ſenibus deſtillationes fiunt, ob raritatem & venarum colliquationem.

nem. 3.apho. 13. In his non maturantur raucedines & grauedines. 2.apho. 4. Qui deſtillatione à capite laborant, his lien minus tumens efficitur. 6.epi. Membra per motum recipiunt influxiones à cerebro prouenientes vt ex motu vocis angina, ex manuum motu paralyſis, ex equitatione dolor ſpinæ. Moſes 3.apho. Qui caput habent humidũ & rheumate abundans, in acutis vocibus feſtinanter obmuteſcunt. Sic homo quẽ prior videt lupus obmuteſcit, teſte Platone in politia. Grauedini & raucedini febris ſuperueniẽs ad earum concoctionem non inutilis. 6.epi.

Metho.m. Contenta in capite promptius euacuãtur per palatum vel per nares vel per vtrumq; 3.ar.p. per gargareonem & aures. 2.ad glau. tamen à natura aliena eſt expurgatio per aures. 3.aphor. com.24. Oportet ad id quod ſuperuacaneũ trãſmittit omnem curam conferre, & de parte affecta tantiſper eſſe ſolicitum, ne quæ cõfluant promptè recipiat, id quod fiet aſtringentibus repellentibus, & ex parte quæ tranſmittit temperiei mediocritate. Si ex minus momentaneis tranſlatio facta eſt, quod ſuperfluum eſt, rurſus ad ea reuelles, ſin ex his quæ maioris ſunt momẽti, ambobus ſimul conſules, eum ſemper ſubmouẽs affectum, qui fluxionem excitet. Influxus materię bene tamperatę ſolam euacuationem deſiderat, vitiatæ verò euacua-

tion

tionem alterationemq́;, vt in rheumaticis affecti-bus. Poſtremò conſiderandum an cauſa & deſtil-lationis materia contraria requirant remedia, vt ſi materia eſt calida à frigore comprimente deſtillãs, aut frigida à calore liquante. In hoc pugnantium indicationum complexu, vrgentioris maior eſt ha-benda ratio, altero tamen nõ neglecto. In deſtilla-tione phlebotomia cõuenire nõ videtur, quia ma-teria eius nõ eſt in venis. Alm. tamẽ & Meſueus cõ cedunt in catarrho calido, vel febri cõſociato, & ſi in oculos aut pulmones cõfluat per ſanguinis miſ-ſionem, purgationem, & ea quæ caput roborant, qui plane deplorati non ſunt, omnes ſeruãtur, vt ſcribit Galen. 5. ther. Apparant materiam calidam ſy. violatus de iuiubis, myrtinus, roſatus ex roſis ſic-cis, ſy. capil. ven. ſy. contra catarrhum calidũ M. fri-gidam verò ſy. de hyſſopo, de liq. mel. roſ. ſy. de ſte-chade, ſy. de cortice citri, aqua mulſa. materiã item calidam purgant atramẽtum calami dulcis, man-na, diaprunum ſimplex, elect. de ſucco roſ. ex pſyl-lio, roſatum M. pil. aſſaieret aggregatiuæ, aureæ fri-gidã deturbant à capite pil. cocciæ, agaricus, tro. ab his vtendum aurea Alex. vel achariſto, adriano, diapraſsio N. A purgatione ſumat theriaces rec. ℥. j. conſeruę roſ. ℥. ß. Auertunt frictiones, ligaturæ, ſicyæ, errhyna. Aetius iubet plantas pedum cum pice in oleo plurimo diſſoluta conſtanter fricare.

In manu

In manu dextra duo medij lino colligati deſtillationes arcent, ſic pollex in pede præligatus, & canina cutis cuilibet digito circundata, ex Plin. Catarrhum ſiſtunt & incraſſant lutum ſigillatum, bolus arm. loch de papauere & hypoglottrides quę recipiunt diatrag. frig. ℥. ij. boliar. imparati ʒ. j. terræ ſigil. ℈. j. cum ſy. de papa. vel myrteo f. maſſa, ex qua formentur, teneat in ore, confectio deiacur M. pil. de cynogloſſa, pil. de papauere, & diapapa. & eiuſdem. Errhynum ex mãna ſiccat catarrhum, & pul. ſtomachorum gallinarum potus, fumus ſandaracæ, tro. ſtella Auic. Ad catarrhi impetum cohibendũ. ℞. ſe. myrti coriand. imparatorum colliculi glãdis, ſpodij añ. ℈. j. conus cupreſsi, coralli albi & rub. añ. ℈. ß. maſti. ʒ. j. ß. cum ſucco cytoniorum f. pil. ſex pro ʒ. ſumantur à cœna per duas horas, fluxiones ſuſpendunt. ℞. reſinæ ℥. ij. ladani ℥. ß. myrrhæ maſtic. añ. ʒ. ß. ſandaracæ, id eſt, vermicis ʒ. iij. gummi ſoluantur in lixiuio cum aceto confuſo, & coquantur ad bonam viſcoſitatem & cum ʒ. vj. ceræ albæ. f. empl. vertici. An in catarrho calido à materia tenui empl. rubrificans, capiti admoueri debeat, vt Gale. conſulit. 5. ther. hoc nõ videtur ex vſu, quod etiã improbat Trall. Aet. & Auic. licet Arcul. placito Galeni adhæreat. zuccharum ſuffitu deſtillationes ſanat. Stechus.

In catarrho frigido paſtillus ex ladano, vel ex

melanthio fricto, odoratu vel olfactu confert. Item ſacculus ex milio aſſo cum ſulfure, & modico calami aromatici & ſandarata infricatum tonſo capiti rheuma intercipit. Ad idem. ℞. gary. macis corticis citri ſicci añ. ʒ. j. fiat pul. pro coronali. In cauſa callida fieri poſſunt garg. ex ſy. de papauere & diamoron cum aqua roſ. vel plant. In frigida verò, ex vino in quo elixata ſint nux moſchata, conus cupreſsi, vernix, myrrha, olibanum, gramen.

Remedia ad materiam in cerebro pituitoſam. ℞. ſpicæ nardi pulueratæ ℈. j. cum theriaca formẽtur pil. ij. ſumat eas à cœna duabus horis. ℞. ambari grana tria. ſyr. de calamento ℥. ij. cum aqua maioranæ fiat potio, quam ſumat in aurora. ℞. pulueris moſchi grana duo, aquę maioranę ℥. iij. fiat errhynum. Confert etiã eſſe ſex vel octo auellanas aſſas poſt paſtum, augmentum efficiunt in cerebro. 2. cano. ℞. ſotiræ magnæ Auicen. ℈. ij. aquæ roriſma. ℥. j. ß. detur in aurora. Ad idem valet diambra, & myrob. chebulæ conditæ. Aſpergatur vertex puluere chary. viſum etiam iuuat, vel thuris ʒ. ß. ſanda. ℥. ß. macis ʒ. j. f. pul. pro vertice, deſtillationẽ arcet. Ad omnes ſenſus vigorandum, ambari ℈. j. xyloal. gr. v. f. pilulæ cum vino aromatico, octo pro ʒ. ſumat duas omni veſperi per duas horas ante cibum. Aliud agarici ʒ. ß. pul. diambræ ℈. ß. cubebarum xyloaloes añ. ℈. j. cum aqua iridis fiãt tro. ſiccati in

ſolę

ſole, commanſi ieiuno purgant caput & roborant. ℞.ladani puri ℥.j.nigellæ ro.℥.j.ſs.ambari moſchi añ.gr.iij.torrefiant omnia ſuper patella ferrea, & ligentur in ſerico rubro, & ſub forma paſtilli ſæpe odorentur vel olfaciant. Arcet defluxum. Ad antiqua rheumata conſumendum.℞.ladani ℥.ſs.ſtyracis calamitæ ʒ.ij.ſandaracæ ʒ.j.ambari ℈.j.conus cupreſsi maſtich. corallorum amborum ſpodij añ. ℈.ij.reſinę ʒ.vj.ſoluatur ladanum cum reſina in vino veteri & coquantur ad viſcoſitatem, fiat cæratũ pro coronali. Ad idem confert empl.ſiccans cerebrum, lib.de paratu facilibus. Craſſam pituitã purgant ſine moleſtia puluis catapuciæ ſumptus cum modico cinamomo ex ouo ſorbili vel cum iuſculo, doſis à ℈.ij.ad ʒ.j.plus minus, ex Plat. & Vig.

Appendix de narium malis. CAP. IX.

APpendix de narium morbis omiſsis. Simus naſus exiſtit cuius partes mediæ compreſſæ ſunt, ſed elatæ, quæ vtrinque adiacent. Simitas naſo, eiusq; & dentibus propriè attribuitur, pus narium nunquam album vt ait Zoar. Ad polypum, ſucci porrorum ℥.v.tartari ʒ.ij.ceræ viridis parum. fiat linimẽtum, quòd laudat Alexis. Aliud braſsicæ erraticæ aridæ q.ſ.fiat puluis, coniice, in triduo excidet. Cato de re ruſtica. Vnguentum ex ſpuma nitri & floribus

violarum cum aqua à Galeno pręſcribitur. Huc refer ſpectata remedia Vigonij. Ad polypum & cancrum vlcerata, item ad vlcera ſerpentia optimum eſt vnguentum Montag. conſ. 14. Ad vlcera antiqua narium, ex ſucco extremitatum hederæ arbore fiat collutio, Varig. Ad omne vlcus ducendum ad cicatricem ℞. gallarũ, ceruſæ añ. ℥. j. amyli tragachantæ añ. ℥. ß. cum adipe gallinæ fiat linimentum. Ad ozenas, ſeminis erices, nitri, myrrhæ, ſidiorum añ. ʒ. ij. croci, coſti añ. ʒ. j. trita inſufflato in nares. Aliud myrrhæ caſsiæ roſarum añ. ʒ. j. ß. tritis & cum melle permiſtis, illine narium intima. Ad vlcera narium, adipis vituli anſeris & butyri rec. añ. ℥. j. plumbi vſti ʒ. xij. roſacei ℥. ij. plumbum cum oleo ſubigito, & miſce liquabilibus. Ad fœtorem narium, amomi repurgati, myrrhæ roſarum aridarum añ. ℥. j. trita inſufflato narium intimis partibus, aut cum nardino diſſolue.

LIB



ANASCEVES MORBORVM, LIB. VI.



De linguæ & oris affectibus. CAP. I.



OS, inquit Apuleius, eſt animi veſtibulum, orationis ianua, cogitationum comitium, & ab oris exiguitate, μικρόστομος homo appellatur, ſed lingua Aetio eſt principium & finis interaneorum. Eſt vocis & loquelæ inſtrumentũ, & guſtus ſenſorium Galeno. lingua dicitur à ligando cibo, vt Varroni placet. Cibos enim conglobat, deprimit, ac tranſmittit in ventrem, quoniam in omnem partẽ mouetur liberè. Eſt autem munus eius duplex, primũ quod ſaporum vim perſentit, vnde guſtus ſedes indigitatur, alterum quod animi cõceptus enuntiat.

De vocis & ſermonis offenſa. CAP. II.



LIngua vocis & loquelæ inſtrumentum exiſtit, proinde de vocis & ſermonis læſione dicendum. Vox eſt omnium animæ actionum principaliſsima, quia co-

gitationis & mentis nuntia eſt. Actiones autem circa reſpirationem conuenientes ſunt quinque, expiratio, efflatio ſine & cum ſtrepitu, vox & loquela. Expirationem efficiunt vniuerſi thoracem contrahentes muſculi. Efflationem (quæ vehemẽs expiratio eſt) intercoſtales maximè. Strepentem hi qui in faucibus ſunt: vocem verò gutturis muſculi abſoluunt. At lingua articulatim vocẽ diſtinguens, loquendi vſum largitur, ad quam rem conferre videntur dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, mediocreq́; ipſius linguæ vinculum. Eſt igitur loquela organorum quæ ſermoni ſunt deputata munus, ſicut vox vocaliũ inſtrumentorũ. Sunt autem vocalia organa, arteria, larynx, pharinx, & in gutture epiglottis, ſiue ligula.

Vox quum voluntaria ſit actio, cauſam habet efficientem vim animalem, inſtrumenta muſculos & neruos, materiam verò aërem. Eſt enim vox aër percuſſus. Locus in quo fit, bronchij caput eſt, ex chartilaginibus quo reſonaret factum, vociq́; neceſſarius eſt mador faucium. Nec fieri poteſt vox, niſi tranſitus ſit anguſtior, hæc omnia in capite cõprehendit Homerus inquiens. Clamorem emiſit quantum caput huic capiebat.

Lęditur autẽ vox, quia vix, quia vitioſe, quia nullo modo fit. homo quẽ lupus prior viderit, obmuteſcit, & grauã virium iacturã facit, vt narrat Plato in

Poli

Politia. Contingit etiam vocem lædi defectu materiæ, vel desiderio virtutis animalis, aut vitio instrumentorum. Defectu quidem materiæ quæ est flatus, quem efficiunt commisso thorace inter costales musculi: vnde his nihil agentibus animal vocem amittit, etiam nullo in propriis vocis instrumentis apparente affectu. Sic dissectis musculorũ intercostalium fibris, perit vox. Item per vehemẽtia thoracis vulnera, animal semispirans ac mox semiuocale euadit. Cuidam vox amissa fuit, affectis ex prolapsu intercostalibus musculis, quãuis materia ad guttur perueniret, sed eius quãtitas sufficiẽs non accedebat. Virtutis animalis desiderio vox infirmatur aut perit, nam vbi virtus ad vocalia organa descendere prohibetur, aphonia incidit. Mutum quoque animal redditur incisis aut laqueo interseptis, neruis recurrẽtibus, aut musculis qui epiglottida mouent, aut aspera arteria, intercepto etiã neruo ex sexta coniugatione ad laryngis musculos perueniente. Nec dissimili ratione vox offenditur ab angina, gulæ tumoribus vertebrarum ceruicis ad interiora luxatione, & in apoplexia, comitiali, sopore, catalepsi. Demum instrumentorum vitio vocis offensa contingit, vt ex musculis guttur mouentibus præcipui sunt, qui ipsum aperiunt & claudunt, sic ex neruis vocalibus, recurrẽtes, quare per vulnera refrigerati vocem impediunt. Itaque

perit vox, ſi vel claudentes, vel aperientes guttur muſculi immobiles reddantur: vbi verò difficulter mouentur, vel palpitant, vel tremunt, vel aliter afficiuntur, pro affectionis modo, vox ipſa læditur. Præterea vox in acumen & in magnitudinem vitiatur, vbi fauces à ſuis muſculis contendi & contineri non poſſunt. Inſuper vitiato palato vox culpata redditur, eſt enim obiectum gutturi palatum tanquam tintinnabulum, ſine quo vox neq; canora, neq; ſuauis eſt. Vox rauca efficitur quum membrana faucibus, gutturiq; continua, multa humiditate rigatur. Ob deſtillationem imbutis faucibus branchus fieri ſolet. Pulmonis ſiccitas vocē canoram reddit, ceu humor fuſcam & raucam. Vox infantium intercipitur ſuppreſſa aluo, ſtertunt ob pituitam in ventre collectam, proinde vomitu & alui ſolutione curantur.

Præſag. trauli ſeu balbi, ab alui profluuio maximè capiuntur. 6. apho. 32. Inde trauliſmus. Ancyloglosſi & mogilali apud Aet. Quorum caput humidum eſt, & rheumatiſmis abundans, in acutis vocibus feſtinanter muteſcunt. Duæ ſunt circa vocem paſsiones, clangor & reſonatio. Circa dialectum, id eſt, literarum expreſsionem etiam duæ, pſelum & traulum, vt ſcribit Philotheus in com. Cœloſtomi ſunt quibus vox eſt interrupta, & conciſa, pulmonis aut pectoris vitio: eſt enim cœloſtomia,

mia, quum vox quaſi in receſſu oris auditur. Trochoreus.

Method. m. harum affectionum curatio fieri non poteſt, niſi per cauſarum efficientium ſublationem.

Ad linguam reſolutam. CAP. III.

AD linguam reſolutam venæ ſub ipſa ſecentur, & ſicya ſub mento ponatur, & quæ pituitam per os detrahunt, vt collutiones ex ſinapi, & linguæ exercitia imperentur. Illitiones item acres, epithemata & ſinapiſmi occipitio ac collo vniuerſo admoueantur. ℞. ſeminis pæoniæ decorticati numero 30. ſumptum ſtatim curare ferunt. Errhynum laudatur ex benedicta & ſucco rutæ ſylueſtris. Aphronitrum cum pane mixtum ex æquo, commanducatum ſanat, ſemen naſturcij & caſtoreum linguæ affricatur, mox colluitur ſequenti decocto, quod recipit caſtorei, piperis, pyrethri, euphorbij, aniſi, maratri, gary. xyloaloes, ſaluiæ, baccarum lauri añ. ℥. ß. terantur, & ex vino albo fiat decoctio, hypoglottides ex ſaluia caſtoreo & melle, vel è nuce moſchata condita vtiles ſunt. Glaucium in cote cum aqua leuigatum inunctum linguæ confeſtim ſanare aiunt. Confectio anachardina linguæ illita reddit eam mobilem, & mox loqui faciet, vt ait à Grado. Septi-

cum ex ventriculis cantharidum cum fermento vel ſepo ceruici admotum veſicas excitabit, quibus ruptis ſtatim loquetur, ſi credimus Myrep.

Ad batrachium. CAP. IIII.

AD batrachium ſiue ranulam, qui eſt tumor inflammatorius ſub lingua erumpens, fac incidere linguæ venas, & occipiti appone ſicyam cum ſcarificatione, & da crebro gargariſandum diamorum. Gallas terito, & irrigato cum melle, intimaq́; cum his inungito, vel ſemen mali punici triti cum melle, illine, ſalem alicam & folia oleæ tenera trita impone. Abſinthium etiã cum melle ſalubriter imponitur.

Ad malam linguæ puſtulam. CAP. V.

AD malam linguæ puſtulam, liberidas inceſſas cum melle collige & impone, vel oleo, in quo ſcorpius frixus ſit, adline. Sapphirus cum lacte illitus, omnes externas vlcerationes ſanat, cũ lacte potus, omnes internas fixurasq́; linguæ inſperſus ſanat. Ex decocto radicis pẽtaphylli collutio, linguæ dolori ſubuenit.

Ad reliqua linguæ mala. CAP. VI.

AD reliquas linguæ affectiones, aſperitas leuigatur menta tuſa & contuſa vel muccagine ſeminis lini infricata. Benefaciunt etiam

etiam adeps gallinæ, muccagines ſeminum cytoniorum, pſylli, tragachanti, gummi arabici. Grauitati linguæ ſuccurrit hieralogodium Nicolai, hiera picra Auic. thus commanſum cum origano, acorus conditus, confectio anacardina, oleum chryſomilorum M. Eſus braſsicæ alleuat eius grauitatem à phlegmate ortam. Serapio.

Ad labiorum vitia. CAP. VII.

AD labiorum vitia, fiſſuras labiorum, linguæ, palati, atque oris exulcerationem, medicatur linimentum quod accipit tragachantæ ℥.j. cum aqua roſarum fiat muccago, & cũ farina amyli fiat muccago, ex eaq́; illitio. Aliud componitur ex amylo puluere litij cum latice roſaceo. Ad labiorum & omnium partium rhagadias. ℞. lithargyri argenti, myrrhæ, zinz. añ. ℥.j. cum cera alba & melle fiat illitio. Ad labiorum fiſſuras oui interna pellicula, aut oſsis palmarum membranula, aut araneæ tela imponitur. Vel oſtreorum cinis labris inſpergitur. Aliud ad oris & ſedis rimas. ℞. thuris, amyli, terræ aſteris añ. ℥. ß. fiat puluis, rimis inſperge. Ad intertriginem. ℞. ſeui capræ liquati & colati ℥.ij. pulueris gallorum ʒ.ij. miſce & illine calcanei rimas. Parygron ad caloſas calcaneorum rimas, accipit lithargy. ceruſæ añ. ℥. j. ß. muccag. ſeminis lini olei añ. ceræ ℥. iiij. adipis

pis ſuilli ℥.vij.colophoniæ ℥.viij. pernionibus, & caloſis rimis competit.

Ad ſaliuam redundantem. CAP. VIII.

AD ſaliuam redundantem, corpus purgari debet ſyrupo roſarum carthartico, vel aliis hydragogis clementer purgantibus. Abſtineat à iuſculis & cibariis humidis & frigidis, vtatur ieiunus roſata nouella, vel triphera minore. De topicis coriandri ſemine, aut orizæ farina linguam illine, oriza etiam comeſta confert. Item os caluæ irrigatur vino aſtringente tepido, aut galla trita cum ſolano & aceto raſura etiam eboris ſumpta conferre poteſt.

Ad oris partium inflammationem. CAP. IX.

AD oris partium inflammationem, materia ſanguinis miſione vel chologogis purganda. Mox in ore ſequens decoctũ frequenter contineat tepidum, quod eſt anodynum, & ad ſuppurationẽ feſtinam ducit. ℞.caricarum pinguium palmularum añ.numero, iiij.paſſularum enucleatarum ℥.j.iuiubas xx. ſebeſtem rec.numero iij.radicum bugloſsi rec.℥.ij. ordei mundi cõtuſi, furfuris añ.m.j.bulliant omnia ſimul in iuſculo gall.aut carnis veruecis ſine ſale ad conſumptionem debitam, deinde exprimãtur, &

cum

cum modico zucharo parum bulliant. hoc remedium ſaluberrimum eſt, etiam ad parulidas. Eſt enim parulis inflammatio in aliqua gingiuarum parte ſuſcitata, quæ niſi diſcuſſa fuerit, in ſuppurationem conuertitur.

De gargaris affectibus. CAP. X.

GArgar ſeu gurgulio, columella & vua, cum particulæ, tum affectus nomen eſt. 6. τῶν τόπ. Eſt enim caruncula, quam gutturi pro tegumẽto natura addit, quæ voci ad magnitudinem & pulchritudinem cõfert, vt ait Aphro. 2. probl. eaq; aër ingrediens ſcinditur, & vehementia eius impetus frangitur. 2. de vſu par. Columella vitium gargaris eſt, quum in longum per fluxionem adducitur. Lorum eius affectio eſt, quum ex ſuffitu nimirũ ignitus gracileſcit, & loro ſimilis propendet. Σταφυλὴ, id eſt, vua affectio eſt, quum vuæ acino ſimile ſummum gurgulionis apparet. 6. κατὰ τόπ. His malis interdũ conſociantur inflammationes, abſceſſus, exulcerationes.

Cauſa, ſi ad gurgulionem fluxio deriuetur, aut vuam parit, aut alias in tumorem ipſum attollit. 3. de ca. ſy. Loro ſimilis fit, propterea quòd alimentum non ſentit aut quum laxitatem patitur.

Digno. facile dignoſcuntur viſu, ſimul & tactu,

partes

partes enim in ſuperficie conſtitutæ vnà cum affe-ctuum ſuorum proprietate, facile ſenſibus depræ-henduntur. Quando vua ſine dolore tumeſcit, ex pituitæ deſtillatione euenit: quũ dolet, phlegmo-ne infeſtatur.

Præſagia, vua & lorum raro accidunt, columella frequenter, vt retur Aet. Præciſa vua celeriter iugu-lat. 4. r. a. Gurgulio ſi cum tumore rubeſcit, ſine pe-riculo præcidi non poteſt, quia inflammatio, ſan-guiniſq; profuſio ei accidit. Si pallidior ſit, & ima eius pars craſſa & rotunda, & ſumma tenuis videa-tur, intrepidè præcidi debet. 2. progn. Vuæ vehe-mens inflãmatio terrere debet, teſte Celſo. Gurgu-lio funditus exectus vocẽ obturbat, pulmones ac pectus refrigerat, lib. de diff. m. & 11. de vſu p. Cor infirmat, vt ait Zoar. Tabe conſumuntur quibus gargar abſciſſum eſt. Aphro. hoc nõ perpetuò ve-rum, plures enim vidi obeſulos, quibus gurgulio penitus erat præciſus.

Method. m. In harum partium inflammatione, prima præſidia fluorem reprimunt, ſi mediocris ſit influxus mediocriter aſtringentis potentiæ, hoc eſt auſterum remedium eſſe debet. Si vehementior influxus extiterit, acerbè. 8. τῶν τόπ. Ad inflam-matam columellam Areteus vti iubet ſanguinis miſsione, purgationéve, & vinculis vt in angina, & ſicyis in occipitio applicatis, localia inſpiranda

ſunt

ſunt per calamum aut per oblongum canalem.

Ad laxatam columellam, primùm fluxio auertenda & deriuanda, mox repellenda eſt gargariſmis aſtringentibus, ex aqua roſarum plantag. & aceto. Vel ex ſucco punicorum cum malicorio contuſorum, aut ex radice gei, ex aqua vel vino pista. Retrahitur fluxio & ipſa vua, ſicya longi orificij vertici raſo hærente, & ſubinde admota. Item vua ſtatim recurret, ſi altera manu ſyncipitis capillos diſtendas, & alterius pollice pice liquida infecto verticem illinas. Emplaſtrum ex galbano & opoponace & calamento vertici & occipitio imponitur. Sed circa initia laudat Meſue emplaſtrum ex acacia cum aceto, & gallis vſtis factum. Vua ſucco braſsicæ contacta potenter ſubleuatur, vt adſtruit Marcel. Cinis radicum caulium applicatus fluxum reſiccat. Dio. fiat garga. ex oxycrato vel aceto, cum diamoro & aqua roſacea vel plant. vel gei, deinde ſubtiliſsimi pulueres ſufflatu iniiciuntur, vel pinna illinuntur, ne fiat contuſio. ℞. balauſtiæ gallæ vſtæ malicorei an̄. ʒ.ij. corticū myrobal. citri. ʒ.j. camphoræ ℈.ß. fiat puluis tenuiſsimus. Galla trita cum aceto imponitur. Infantium vuas eleuant gallæ aduſtæ cum aceto illitę in ſyncipite. Ad relaxatam citra inflammationē præclarè facit ſuccus Cyrenaicus tritus & adhibitus, aut ipſum laſer, vt conſulit Scribonius. Cinis anethi vuam in faucibus le-

uat,

uat, Plin. Ad valde laxatam & tumentem. ℞. piperis ʒ.ß.aluminis ſciſsi gallarum an̄.ʒ.j.contritis vtere. Ad procidētem & ſuffocantem, nitrum tritum digito excipe,& adfrica,deſtillabit inde plurima pituita,eaq́; cruenta,& ſanabitur,vt refert Aet.

Amuleta. Electum flauum appenditur ad colli dolores,ad tonſillas,ad febres, & cōtra incantationes,ex Plinio. Aſſa fœtida collo ſuſpenſa confert. Zoar. Platani pilulam lino traiectā ſuſpende collo.Marcel.Radix portulacæ,ſiue peplij filo ſuſpenſa è collo,impatibiles vuæ morbos liberat,ſi Plinio credimus.

Ad aphoniam. CAP. XI.

Remedia ad aphoniam ſubito factam. ℞. garyophy. nucis moſchatæ, caſtorei an̄.ʒ.j. fiat puluis, de quo bibat ex vino calido. Aliud ad aphonos. ℞. macis,croci,caſtorei an̄.ʒ.j.fiat puluis,ſumat ʒ.j.ex vino odorifero. Ad vocem amiſſam ſtyracis glebulam inſtar ciceris ex aqua, dare iubet Galen.& ſtatim loquetur. Succus herbæ paralyſis potus, opifer eſt. Item pulegium ex aceto tepido potum,& naribus applicatum loquelam amiſſam ſtatim reſtituit, vt aiunt. Ad idem æger ſorbeat liquorē Cirenaceum cum aqua calida diſſolutum. Vocem clarificat & repurgat butyrum crebro comeſtum, allium aſſatum,

tum, galbanum pro pilula ſumptum. Irraucientibus conferunt ſy.de glyc.de iuiubis, diapenidion diairis, diatrag. theriaca. Opitulatur etiam raui & rauiſcellis collum vnguento muccilaginoſo calido perungere, dein fotale ſuper imponere. Troch. Ad raucedinem pedes vituli bouis, hœdi veruecis, elixi vtiles ſunt, & ſorbitiones ex iuſculo cauliũ cum zucaro, ſalubria etiam iuſcula fiunt ex amygdalis, ſtrobilis, cremore hordei & amylo, & furfure, ciceribusq; albis. Vinum in quo herba gentianæ macerata ſit ſumptum raucedinem ſanat. Conſerua florum ſambuci cocciſſantibus prodeſt. ℞. diairis ℥.j.ß.aquæ hyſſopi ℥.ij.ſumat mane, & veſperi, vel ℞. cubebarum ℈.ij.bibat ex ptiſana. Tragachantum vino madefactum & epotum vocem claram reddit. ℞.iridis hyſſopi añ.ʒ.j.praſsij ʒ.j.ß.croci ʒ.j.ß.ſucci liquiritiæ puri ʒ.j.rad.liq. raſæ ʒ.ß.zucari lucidi ad pondus omnium fiat puluis. huc pertinet loch de caulibus, loch ex vernice & melle factum. Acetum ſcillinum cum vernice gargariſatum. Razes ait gargariſmũ ex ſanguine eritij cum melle & aqua calida, curare raucedinem. Hypoglottides ex vernice, verina, vel ſtyrace ſola, in ore retentæ conferunt, & pilulæ de croco M. ſuffitus ex radicibus tuſsilaginis. Aliud valde ſiccans ex ſulfure fit, vel ex ſandaraca Græcorum, aut arſenico, quòd probat Gal. & Sauanorola.

Ad ſermonis offenſam à cauſa calida & ſicca, fiat gargariſmus ex lacte mulieris cum oleo violato, amygdalino, vel de ſemine cucurbitæ ſatiuæ. Mox illine colli vertebras ex adipe gall. ſuis, veruecis ſine ſale. Embrocha cõuenit ex viola, nenuffare, hordeo, &c. In cauſa frigida purgatio fiat per hydragoga, vel phlegmagoga, lingua fricatur conſerua anthos, ſaluiæ, ſinapi, pyrethro. Gummi hederæ diſſolutum cum melle, linguæ illitum ſtatim ſermonem reſtituit. Item benefacit vinum in ore retentum, in quo radices buglosſi ſint elixatę. Quidam ſuccum origani auribus infundunt. Loquelam impeditam ſanare aiunt ℥. ß. ſeminis ocymi piſti cum modico vino potam. Item rutę decoctio pota. Modicum olei vitreoli cum pauca aqua roſacea potum, ſermonem amiſſum reſtituere aſſerit Eunomius. Succus rutæ ſyluestris naribus ſæpe infuſus deperditam loquelam reuocat. Idẽ pollet ſuccus betonicæ potus, & dictamũ ex vino ſumptum. Vocale inſtrumentum reſolutum curatur vniuerſalibus & topicis paralyſi dicatis. Si contingat à catarrho vertici imponatur ſicya, nam ſubito fluxum arcet. Sciendum quod neruus mouens linguam oritur à ſeptimo pari neruorum, ſed neruus dans ipſi ſenſum oritur à tertio pari. 4. de lo. aff.

FINIS TOMI PRIMI.

ANASCEVES MORBORVM TOMI SECVNDI, LIBER I.



De dentium affectibus. CAP. I.



DENTES naſcuntur homini poſtquam natus eſt ſeptimo menſe. Augentur ferè per totum vitæ curriculum, & quantum augentur, tantùm in ciborũ leuigatione atteruntur. Alteratio verò quæ in ore agitur per dẽtes, mutat alimentum in aliam ſpeciem manifeſtè. Itaque dentes vnà cum lingua diiudicant ſapores, & ad cibi neceſsitatem, & locutionem homini adnexi ſunt. Sunt autem in vtraque maxilla ſexdecim, & ſoli ex oſsibus tãtùm modò mollium

cerebri neruorum participes ſunt. Ob id ſentiunt ex ſententia Galeni, apud quem dentium differentiæ tres ſunt. Inciſorij octo. Canini quatuor, maxillares ſeu molares viginti. Adde quod quibuſdam dentes non ſunt diſcreti, ſed vno ex oſſe conſtant, vt tradit Herodotus lib. 9. ſeu in Calliope. Et de Pyrrho epirota Rodoginus, qui Herculē fuiſſe triplici dentium ſerie refert. Nec inutilis eſt ſimulata dentium ex ebore ſtructura exēptilis, etenim non tantùm hæc ad ornatum facit, ſed etiam cōfert ad elocutionem & ad ciborum commanducatum.

Dentes porrò duabus affectionibus contrariis obnoxij ſunt, inopiæ, ſcilicet, & redūdātiæ alimēti, quod ipſis ſuppeditatur. Inopia aridiores, tabidiores, & ob id tenuiores eos efficit. Redundantia verò conſimilem in eis excitare affectionem poteſt, qualis eſt circa carnoſas partes phlegmone. Inde dentium dolor, eroſio, liuor, vacillatio, ὀδονταλγία, αἱμωδία, ὀδαξισμὸς, ὀδοντοφυΐα, & cætera dentium vitia. Quibus rariores fuerint dentes, haud ita diu viuere opinatur Ariſtoteles 34. probl. 1. Auguſtus vt narrat Tranquillus dentes habuit raros, paruos & ſcabros, annis tamen vixit ſeptuaginta ſex, propterea ex dentium raritate non ſemper vita breuis coniectatur. Si dentes ſuperiores paululum intus vergant, celerrimè cadunt, ſi extra, celeriter, nam loquendo, edendoq; quum non rectè ſibi inuicem

occur

occurrant, mutuò ſeſe debilitant, ſanè non minus dentium incommodo homo carere poteſt, quàm ſenio, aut morte.

De dentium dolore. CAP. II.

DEntium dolor vel eſt in dentis ſubſtantia, aut in neruo ad radicem ſubſtracto, vel in gingiuarum inflammatione. Doloris cauſa eſt dyſcraſia calida vel frigida, nuda vel cum materiæ influxu, & continui ſolutio, forantur dentes ab humorum acrium & erodentium influxu. Liuidi quoque redduntur ex vitioſorum humorum influxu. Si verò mobiles ſint, abſque ictu pręcedente, veriſimile eſt neruos radicibus eorum adnatos præ nimia humiditate laxatos eſſe. Difficilis quoq; dentitio contingit ex cerebri nimia humiditate, & caloris inopia, ſtridor etiam dentium incidit interdum ex cerebri humiditate. Dentium dolor vt ait Valerianus, in maximis tormentis dinumerari poteſt.

Metho.m. dolor ex cauſarum ſublatione curandus. Eroſio reſiccantibus influentem humorem, qui ſi paucus fuerit per localia exiccantiaq; auxilia abſumetur: ſi verò multus, vniuerſi corporis prouidentia eſt habenda, quòd quidem ſi ob vniuerſum corpus affectum ſit, huic etiam eſt proſpiciendum. At eroſos ob mollitudinem dentes, duriores per

austera & acerba reddendi sunt. Liuidi similē cum foratis curationem desyderant. Mobilibus siccantibus remediis est opus. Prominentiores lima atterantur oportet, vt Gal. scribit. 5. τῶν τόπους. Ad dentium dolorem forficem remedium optimum esse dicit Marcellus, à quo plurimum mea distat opinio.

Remedia. phlebotomia & purgatio laudatur ab Almāsore, partim ad plethoram, partim ad cacochymiam & rheumatismum. Qui fœliciter reuellitur per sacculum adusto cumino & sale semipleno cum milio, & occipiti admoto. Item per caricas cum semine sinapis tritas, & panno inductas cubito alterius partis in qua dolor est, impositas. Aut per detim allij pistam & in pulsibus circa manum eiusdem partis adalligatam. Vel per causticum ex calce viua cum sapone molli incorporata compositum & applicatum.

In causa calida, conueniunt collutiones ex aceto calido, vel ex decocto radicū lapathi, vel ex decocto filicis ex aceto acerrimo, succus vel puluis calendulæ denti salubriter imponitur. Zazena M. denti illita laudatur. Collutio fiat ex aceto in quo opium instar ciceris sit elixum, vel sequenti decocto. ℞. opij grana ij. hyoscyami gra. j. mandragoræ grana iij. aceti ℥. iiij. aquæ ros. ℥. ij. fiat decoctio. ℞. opij hyoscyami albi añ. cum aceto fiat pilula, vel ex

ex cera cum opio fiat, quam ſub dente contineat. ℞.ſeminis apij grana.ij.opij hyoſcyami gra.iiij.cum vino albo,vel cum ſyrupo de papauere fiat pilula, denti imponenda.huc refer pilulas de cynogloſſa, quæ rheumatiſmum & fluxione laborãtes ſanant, & cataplaſma Bertrucij. Aliud. ℞. maſtiches ceræ añ ʒ.j.opij grana iiij.croci granum vnum, applicatur ad tẽpora,ſed cautio eſt, narcotica enim fallacia ſunt. Quidam nanque in dentis dolore impoſito oleo opiato,ſopore perpetuo extinctus eſt, vt narrat Alex.B.

In cauſa frigida. Origanum cum nitro tritum, & gingiuis ſuperaſperſum ſtatim dolorẽ mitigat. ℞.piperis albi & longi,cubebæ,ſtaphis agriæ, corticis mori & mandragoræ añ.ʒ.j.pyrethri ʒ.ij.contundãtur, & ex vino albo fiat decoctio, de qua calida teneat in ore. Vel abluat dentes ex aqua vitæ. ℞.aluminis rochæ boliarmeni añ.℥.j.vini albi lib. ij.fiat decoctio in phiala ad conſumptionem tertiæ partis, teneat in ore. Berax pulſationem dentium mirè ſedat. Idem præſtat tincar. Serap. Collutio ex lacte aſinino vel capræ remedio eſt. Ad idẽ valet collutio ex aceto, in quo decoctum ſit pyrethrum. ℞. vernicis ℥.ß.vini albi lib.ß.bulliant ad conſumptionem tertiæ partis,actu calida colluantur dentes. Vernicis fumus arcet rheumatiſmos,& eius iuuamentum in ſedando dolorem dentiũ ma-

ximum eſt,nec habet compar, & vitium gingiuæ tollit,teſte Auicen. 2.cano. Refrigerati & fluxione infeſtati,colluuntur decocto radicum graminis,& ſanantur. ℞.aquæ vitæ ℥.ij.aceti albi ℥.ß. anthos abſinthij añ. p.j. mellis ʒ. vj. vernicis ammoniaci, theriacæ añ.ʒ.j.croci grana.ij.bulliant ſimul vnica ebullitione,dein colẽtur,& cum bombace imbuta hoc liquore calido dentes fricentur congelati, deſiccat rheuma,dentes firmat & dolorem ſedat.

Amuleta.dens hominis appenſus dolores dentium emendat. Razis. Apij radix collo appẽſa ſedat dolorem. Auic.Seitarag radix adalligata collo. Serapio. Acus quæ pupugit oniſcos, tactu ſanat dolorẽ. Kiranus. Roſtrum pici collo adalligatum. Idem. Lepidium ligatum brachio partis dolentis. Plinius.

Ad eroſionem dentium. ℞. ſalis armeniaci, ſalis gemmæ añ.lib.ß.aluminis zucarini ℥. iij. leuigata omnia extillentur in aquam, qua eroſio dentis fricetur. Peucedanum dentibus perforatis impoſitũ dolorem protinus ſoluit, Aegineta teſte. Cauos cinis murini fimi impoſitus eos ſanat,& os corroſum reſtituit,ſi credimus Marcello, vel. ℞. coralli rub. maſtichæ añ. ℥.ß.fiat puluis quo dentis cauitas repleatur,arcet enim corroſionem. Ad vermes dentium borax. Serap. ſuffitus ex ſemine porri Auic. Ad cauos ne penitus exedantur aut decidant.

℞.gum

℞. gummi ederæ inſerito cauitati, gummi quoque cupreſsi inſertum prodeſt.

Ad commotos. ℞. aluminis fiſsi mannæ thuris añ. trita inſperge. Vel ſidiorum, gallarum, pyrethri, maſtichę, croci, thuris añ. trita inſperge. Ab ictu cõmotos lacte aſinino crebro dentes collue. Myrep. Decoctio ſcobis cornus ceruini ex vino illita dentibus mobiles confirmat & roborat. Ad idem. ℞. coralli albi vel rub. ℥.j. maſti. ℥.j. fiat puluis inſperſus breui eos firmat. Stomacace, eſt oris vitiũ, quo omnes dentes vacillant, & niſi ſubueniantur extra compages ſoluti excidunt. Dens putris eruitur citra dolorem, capſula ex gummi arboris mori impoſita. Vt dens ſponte decidat, impone oculum vitis albæ repurgatum ceraq; munito. Myrep.

Dentes illæſos ſeruat radix herbæ pentadactyli quotidie commanducata. Vt nunquam doleant, collue os bis in menſe ex vino, in quo decocta ſit radix tinthymali. Idem. Succus cepæ dentibus illitus. Macer. Collutio ex vino myrrhato arcet cariem. Auicen. Lac nocet dentibus, gingiuiſq;. 3. de alim. Vt dentes non putreſcant nec vacillent, ieiunus ſub lingua mane ſalem aſsiduè contineat. Marcel. & Plinius. Præterea dentibus conducunt oxymel ſcillinum, oleum philoſophorum & frumentaceum. Zazena, Muſa ænea, mithridatium, aurea Alex. diapraſsium.

De affectibus gingiuarum. CAP. III.

Παρουλὶς est inflammatio in aliqua gingiuarum parte suscitata, ἐπουλὶς carnis est eminentia iuxta dentium aliquem in gingiuis facta.

Ad parulidem. ℞. caricarum pinguium palmularum añ. numero iiij. passarum enucl. ℥.j. iuiubarum numero xx. ordei mundi leuiter contusi, furfuris añ. m. j. radicum buglossi ℥.ij. bulliant simul in iusculo pingui carnis sine sale, ad consumptionem debitam, dein exprimantur, expressioni adde zucari ℥.ß. & iterum parum bulliant. de hoc liquore actu calido teneat in ore. concoquit & sedat dolorem.

Epulis curatur reprimentibus, veluti sunt ærugo rasa, galla, sori, alumen. vel ℞. pulueris gallarum, aluminis vsti añ. ʒ.ij. fiat puluis qui adapplicetur.

Ad vlcera corrodentia & maligna gingiuarum valet puluis de bryonia, puluis Monta. in antidotario. Acetum scillinum illitum.

Ad gingiuas fluxione infestatas. ℞. panis vsti origani añ. ℥. ß. salis ℥.j. leuigata accommodato gingiuis. Cruentas & defluxione tentatas sale vsto attingito.

Ad gingiuas fluxione tentatas & copiam saliuæ, benefacit collutio cum vitriolo, vel alumine, aut mastic

maſtiche, & aceto ſcillino. Anthera etiam puluerata, & infricata ſanat. Idem præſtat puluis coralli.

Ad carnem generandum in gingiuis comeſtis. ℞. ſeminis roſarum ʒ. j. calami odorati veteris aut indici ʒ. ß. fiat puluis & inſpergito. Aliud. ℞. florum roſarum ℈. ij. calami odorati ℥. j. ß. ſidiorum ℈. j. aluminis ſciſſi cyperi añ. ℈. ß. trita inſperge.

Ad incremẽtum gingiuarum corroſarum. ℞. farinæ orobi ℥. j. cum melle fiant trochiſci, quibus ſiccatis in furno & poſtea pulueratis, adde ſang. dra. libani añ. ℥. ß. roſarum, iridis añ. ʒ. ij. fiat puluis. & inſperge. Mirum gingiuarum incrementum ex vomitu acidi humoris factum dicit Cardanus: vnde colligit gingiuas increſcere ex collutione aceti mixti cum ſua fece.

De angina & ſynanchicis. CAP. IIII.

MOrbi genus peſtiferum arctumq́; in faucibus eſſe conſueuit, cuius quatuor ſunt differẽtiæ, prima vbi fauces inflammantur. Secunda vbi nulla pars videtur inflãmata, laborans tamen ſuffocationis periculum in gutture ſentit: Tertia vbi extrinſecus circa fauces inflammatio apparet: Quarta vbi gutturis partes externæ tum internæ ſimiliter affectę ſunt. Additur raro viſa Galeno, quæ fit luxatis intro primis ceruicis vertebris. 4. de loc. aff. & 2. epi. Synanche

fau

faucium inflammatio eſt, Paraſynanche adiacentium faucibus partium, inflammatio. Cynanchę muſculorum gutturis interiorũ vnà cum ambiente tunica inflammatio. Paracynanche exteriorum phlegmone exiſtit. 4. aph. com. 34. & 3. prog. 18. Synanche à ſuſpendij ſimilitudine nomen habet, quòd non aliter quàm laqueus præfocans interficiat. At cynanche à canibus dicitur, lycanche à lupis, hyanche à ſuibus, quòd frequenter hoc mali Cynas, Lycos & Hyas afficiat, vt ait Aurel.

Cauſa externa. alimenta vel medicamẽta acria, aut auſtera & acerba deuorata. Niuis potatio, exclamatio vehemens, laborioſi vomitus. Addit Aretæus plagas & oſſa ex piſcibus ad tonſillas impacta. Anginæ fiunt ex humiditate cerebri. 6. apho. com. 2. Anginę autumni ex millioſis humoribus ortum habent. Quæ Vere fiunt, ſunt quodammodo pituitoſiores. 3. apho. com. 2. Angina ex inflammatione muſculorum qui gulæ præiacent, & aliquando gulæ ipſius. 4. apho. com. 35. Anginæ occultæ cauſam Archigines refert ad affectum neruorũ, qui ad ſtomachum deferuntur. Cauſa viſcoſa fluxio, vel calida & ſalſa à capite. 4. r. a.

Digno. ſpirandi & deglutiendi difficultas maior & minor pro affectus magnitudine. Anguſtia in larynge percepta. Loquẽdi difficultas ob anguſtiã

&

& dolorem, potus aliquando ad nares reflectitur. Tumor calidus, aut frigidus intro, foras, sursum ad fauces, aut deorsum ad pectus pertinẽs, perspicuus, vel omnem sensum latens : reliquas notas require 4. de loc. aff.

Præsa. est morbus peracutus. 1. aph. com. 12. Est autem acutus ex loco patiente. 2. apho. com. 9. Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum. 6. apho. 37. Si angina ad pulmonem vertitur, in septem diebus pereunt, si verò hos effugerint, suppurantur. 5. apho. 10. febrienti sine tumore fauciũ, si strangulatio subito accidat, letale. 4. aph. 34. Angina celeriter enecat, quæ nec in ceruice, nec in faucibus conspicuum aliquid efficit, ex colore, calore, mole, &c. 3. prog. 18.

Method. m. Medicari in valde acutis si materia turget eadem die. 4. apho. 10. Compendiarium & præceps auxilium omnis angina requirit, ac magna solicitudine, & contentione opus est, etiam tum quum malum remittere videtur, vt monet Aetius, statim igitur à larynge materiæ impetus auerti debet ac repelli. Mox vbi fluxio consistit, materia deriuanda & dissipanda : quod si resolui nequeat, abscessus rumpendus, vlcus tergendũ & postremo conglutinandum.

Remedia, auersio fit per phlebotomiam ex humeraria, per sicyas scapulis affixas, frictionibus

violenter comprimentibus manuum condylos,ligaturis artuum dolorificis,ſuper talos & genu, ſuper brachia verſus cubitos, & ſupra cubitos verſus humeros. Ad hæc ſubmergere pedes & crura vſq; ad genua,& brachia vſque ad cubitum, in hoc decocto calente mirum in modum reuellit. ℞.roriſmarini ſaluiæ abſynthij florum chamęmeli meliloti añ.m.j.ſquinati ℥.j.fiat decoctio in aqua cæleſti & vino albo. Clyſmi conueniunt,& cathartica cacochymiæ accommodata,hyelata tamen,nam valẽtioribus humores agitare prudẽter metuit Auic. 9.tertij. Verùm ſi à pituitoſo humore incidat,Almanſor ſtatim inter initia materiam purgat pilulis cocciis,& acriore clyſmo. Sanguinis miſsio parca, & pluribus interpoſitis vicibus fieri debet,ob animi deliquij & ſuffocationis metum,ſed lata & non anguſta inciſio conuenit,ne ſanguis tanquam percolatus,manẽte ipſius craſsiori parte exeat.Repellentia foris non ſunt adhibenda,quia materiam intro ad partem inflammatam protruderent. Aliqui tamen admouent lanam ſuccidam roſaceo & oleo chamæmeli imbutum. Gargariſmatis igitur vtendum frigidis & aſtringentibus, vt aceto cum roſacea, omphacio,ſyrupo punicorũ,diamoro ſimpl. diacario cum aqua plantaginis, diacodio. Inſtanti anginæ ℞.aquę hordei ℥.iij ſucci putaminum nucum ℥.j.fiat gargariſmus,mirè impetus catarrhi ſuſpen

ſpendit. Mirè etiam iuuat atramentum caſsiæ nigræ cum aqua plantaginis gargariſatum. Poſt retrahentium vacuantium & repellẽtium vſum, malignis anginis auxilium præſtat, venarum ſub lingua ſectio. 4.r.a. & ſicyæ cum cutis inciſione collo affixæ, vt Manſori placet. Ad materiã laryngi impactam concoquendum & diſsipandum. ℞.aquæ altheæ extillatæ lib.j. ſyrupi de betonica ℥. iij. in penuria ſy.adde conſeruam betonicæ, vel ſtecadis, & gargariſet. Aliud. ℞.muccaginis ſeminũ maluę, & ſeminum caulium añ.℥.ij.caricarum pinguium ℥.iij.glycyrrhiſę raſæ & contuſæ ℥.ij.butyri recentis ℥.j.bulliant ad ignem, hoc liquore ſæpe vtatur gargariſando, & lambẽdo.℞.olei chamæmeli violati amyg.dulc.adipis gallinæ añ.℥.j.miſce, & illine locum & ſuperpone lanã ſuccidam. ℞. nidum hirundinis integrum cum oleo chamæ.& amygdalarum dulc.fiat emplaſtrũ quod gutturi applicetur. Alexis laudat oris collutionẽ ex vino albo, in quo duę vel tres guttæ olei de vitriolo admixtę ſint. Ait etiam hoc epithema ſuper loco adfecto admotum in tribus horis perſanare anginã.fit enim ex aquæ ſcabioſæ lib.j.aquævitæ ℥.miſce. Aliud. ℞. cineris hirundinis ℥. j. cum melle roſato & farina amyli fiat loch, deglutiat lambendo vel applicetur gutturi. Si autem angina reſolui nequeat, ſuppurantibus eſt coquenda, emplaſtro ex farina ſeminis lini

& fœnugręci, deinde abſceſſus eſt rumpendus forti vociferatione, vel deglutito duriore fruſto panis, vel immiſſo altius digito vel ſcalpello, tuncq́; inclinato capite, ne in pulmones ruat pus.

Amuleta, vt pæonia ex collo ſuſpenſa comitiales ſanat, hoc pacto ſuccus cyrenaicus columellam phlegmone affectam iuuat, teſtis Galen. 6. S. Scribonius nō modo cyrenaicum, ſed etiam ſyriacum ad anginam præſcribit. Aſſa fœtida collo appenſa valde confert, vt aſſerit Zoar. Eum qui per guttur lupi bibit in ſynancha certiſsima ſalute euadere, vir doctus ſcribit Io. Agricola. Ad anginam ſi quis grillum manu contriuerit, & ad tonſillas vel ſuas vel alterius tenens ter adplicuerit, tactu illo tumorem ſanabit, ſi credimus Marcello.

An in anginis laringotomia, ſiue arteriæ aſperę diuiſura ſit ex vſu? Equidē opinor inciſionem quā explicat Paulus ſalubrem fore, quò præfocationis periculum effugiamus, ſanè extremis morbis extrema remedia optima ſunt. Itaque Aſclepiades vltimum auxilium poſuit, dequibus metus eſt, ne ſtrangulētur, ſuperiorem gutturis partem incidere, vt teſtatur Herodotus. Eiuſdē ſententiæ eſt Aliab. Auenzoar autem ſub gutturis capite in aſpera arteria tres fiſſuras inſtar foraminis naris, vel lupini in capra fecit, experimenti gratia. Conſtat autem quod inter ſemicirculos cartilagineos, & ſigmoideis art

deis arteriæ aſperę vulnuſculum ex tranſuerſo fieri debet, ſed de his diſputat Conciliator differ. 189. Areteus verò omnino negat aſperæ arteriæ ſectionem vtilem fore, quoniam caliditas inflammationis maior ex vulnere efficietur, ſtrangulatumq́; adaugebit, commouebitq́; tuſsim. Et ſi periculum id euaſerint, vulneris oræ in vnum coaleſcere nequeunt, quia cartilagineæ, & inter ſe inglutinabiles.

De reſpiratione naturali & tranſpiratione. CAP. V.

SPirationem reſpirationem've Gale. vocat quum ambiens nos aër per guttur attrahitur, & rurſus foras emittitur. Eius partes duę primę, inſpiratio & expiratio, & duæ per accidens interiectæ quietes. Inſpiratio eſt aëris ingreſſus: expiratio contra eſt exitus: hæc autem duplex eſt, cum & ſine ſtrepitu. Quæ cum ſtrepitu eſt dicitur efflatio, ſeu vehemẽs expiratio. Reſpiratio ſecundum Galen. eſt actio ſeu motus voluntarius, cuius cauſa eſt vis animalis, ſed Auerrhoi eſt motus naturalis, vel miſtus ex naturali & voluntario, qua de re conſule Forliuium 2. art. p. Certè anhelationis motus verè miſtus dici nequit. quippe à ſola naturali vi aliquando proficiſcitur. Nec valet argumentum, anhelitus ab vtraque

poteſt fieri, ergo miſtus eſt, ſicut denſatio tam à frigore quàm à calore poteſt euenire: ergo miſta affectio eſt, nam voluntaria actio in mẽbris mera nulla eſt, habet enim inſtrumẽta naturalia. At naturales duplices: aliæ meræ, vt concoctio: aliæ cohærentes voluntati, ſed nõ ſemper, vt anhelitus, quare, vt inquit Scaliger, miſta actio non debet dici, ſed potius indifferens.

Cauſæ continentes tres ſunt, facultas arbitraria, inſtrumenta & vſus. Inſtrumenta quoque tria ſunt, nam alia ſpiritus commeationi iacent, vt nares, os, pharynx ſeu fauces, & aſpera arteria. Cuius ſumma pars larynx, id eſt, guttur appellatur. Alia excipiunt animam, vt pulmones. Alia hæc mouent vt thorax muſculis agitatus, & ſeptum tranſuerſum, iſthuc reſpirationis inſtrumentum dicitur, ſcilicet, præcipuum. Quum enim ſecundum naturam ſe habet homo, ſolum ſufficiẽter pectus mouere poteſt, neque intercoſtalibus neque ſuperioribus muſculis indiget, quum verò imbecillum eſt, omnes ſenſim mouent, videlicet ſuperiores, octo abdominis, & coſtales, quorum extimi expirationem, intimi inſpirationem perficiunt. An pulmo ſit proprium reſpirationis inſtrumentum? vt innuit Ariſtot. 3. de part. & Auer. 2. coll. diſputat Concil. diff. 99. Os non eſt reſpiratorium niſi homo re præter naturam afficiatur, vt Gal. dicit 2. de v. part.

Vſus

Vſus autem duplex eſt. Maior inſiti caloris eſt cuſtodia, calor enim per immiſſum ſpiritũ refrigeratur, & peremiſſum purgatur fumido vapore. Minor eſt animalis ſpiritus nutritio. Nec aëris ſubſtãtia opus eſt cordi, ſed qualitate, verùm reſpiratione deficiente cordis temperamẽtum ſoluitur, & animalis ſequitur interitus. An ſpiritus nutriatur aëre, require apud Tauergam & reliquos gloſſematarios, ſed Manardus autumat ex aëre quantumuis ſyncero ſpiritus nutriri, & reparari ex odore, non ſolùm ſpiritus, ſed ſolidiora membra.

Inſuper tranſpirationem Gal. vocat aëris ſecundum totũ corpus introitum & exitum, lib. de diff. ſy. Trãſpiratus, perſpiratus, perſpiratio've, eſt aëris attractio à calore naturali in arterias per cutem. com. in polyb. Tranſpirationem cor per arterias efficit. 4. de loc. aff. & lib. de ca. morb. Vnde tranſpiratio reſpirationis vicem quandoque ſupplet, præſertim in habentibus frigidam temperaturam, vt ait Auer. 2. coll. quod pateſcit de animalibus quæ in cauernis latitant, & de hiſtericis mulieribus. 6. de loc. aff. Attamen quod aër per cutem ad cor peruenire non poſsit ſcriptum relinquit Gale. 10. ther. Neq; verò exigua eſt tranſpirationis vtilitas, ſi naturalis calor conſeruetur reſpiratione & tranſpiratione, quibus læſis vnà læditur, & alienus ac præter naturam in corpore excitatur. Quo fit

vt transpirationis prohibitio putredinis occasio sit, quæ non incidit vbi difflātur corpora, emissis foras quotidie vaporosis fumosisq; excrementis,& attracta intro aërea substantia refrigerante atque ventilante naturalem caliditatē. At ægrè transpirant quæ crassa,glutinosa,& frigida sunt.nam quod habile est in habitum resolui,tale humidum est,ob id puerorum substantia facilimè digeritur ac dissipatur,propterea quia est humidissima & calidissima. Ecōuerso transpirationem prohibet aëris humiditas,frigiditas,& stegnosis, de qua disseruimus in nostro de salubritate volumine.

De omni respirationis offensa. CAP. VI.

DIfficultas spirandi dum modica est,neq; ex toto strangulat,dypsnœa appellatur: quum vehementior est,vt spirare Aeger sine sono, & anhelatione non possit, asthma dicitur, quum accessit id quoque,nec nisi recta ceruice spiritus trahitur, orthopnœa nominatur, vt tradit Celsus. Est insuper apnœa, id est, nō spiratio,verùm impossibile est vt animal omni spiratione priuatum in vita seruari possit.Sunt igitur quatuor differentiæ, dypsnœa debilis actio, Asthma & orthopnœa deprauata. Apnœa deperdita.

Violenta autem spiratio duplex.Simplex,quæ alter

alterutram totius reſpirationis partem occupat. Et compoſita, quæ in pluribus conſiſtit. Differentiæ ſimplicis ſumuntur à quantitate aëris inſpirati, vel ſpatij per quod currit thorax reſpirando, ſed reſpiratio inæqualis duplex, in vna motione, id eſt, inſpiratione & expiratione, vel in pluribus. Prior quadruplex eſt, facta initio citius, in fine tardius, vel econtra. Interrupta in medio breui quadam quiete. Offendens ſpiritus & intercidens reſpiratio. Ob muſculorum thoracis conuulſionem, vel caloris copiam cogentis ægrum continentur inſpirare, & expirare. Ad ſimplices differentias pertinent efflatio, ſonora, & ſtrepens. Ad compoſitas verò ſonitus ille ſpiritalium partium qui anhelando hoc eſt inſpirando & expirando fit, oregmon à Neotericis vocatus, qui forſan ὀρυγμὸς, id eſt, fremitus eſſet nuncupandus, μύλειν hoc eſt myſſare, eſt labiis occluſis ſonum naribus elicere.

Cauſa dypſnœæ, virium imbecillitas, aut viarum ſpiritus anguſtia, aut vehemens in corde ac pulmone calor. 4. de loc. aff. Dyſpnœa ex impoſito præcordiis refrigerante medicamento. 10. ther.

Aſthmatis cauſa excrementum aut anguſtia eorum quæ ſunt in pulmone ventriculorum, quæ fit repleto viſcere ab his quæ deſuper veniunt fluxionibus. 3. aphor. com. 26. vel à tuberculis aut à gibbo. 6. apho. com. 46. Aſthma & orthopnœa pro-

priè nominantur, quæ non ab abſceſſu, ſed à craſ-ſis & lentis fit humoribus. 7. τῶν τόπ.

Orthopnœæ cauſa anguſtia magnarum in pulmone arteriarum. Anguſtia verò ſequitur viſceris inflammationem vel crudum tuberculum vel obſtructio ex liquidis & craſsis viſcoſisq́; humoribus, ſcilicet, cumulatis in aſperis & nõ leuibus arteriis. 4. de loc. aff. Pituitoſus viſcoſusq́; ſuccus bronchia obſtruens pulmonis. 10. S. Calida, nitroſa, acrisq́; ex capite fluxio. 4. r. a. com. 31.

Apnœæ cauſa paralyſis neruorum inſtrumentorum ſpirationis. 2. de ca. ſy. fit etiam per diſpoſitiones omnium partium communes, vt in apoplexia, comitiali, ſopore, catalepſi. 4. de loc. aff.

Rhogmos in vltimo pectoris eſt reſonans ſtridor, vt inquit Aurel. cauſa ſputum quod non expurgatur, ſed ob nimiam plenitudinem feruet in gutture. 2. progn. Ex multa frequentiq́; ſpiratione ſputum incoctum viſcoſumq́; factum non procedit, ſed in pulmonis meatibus retentum ſtertorem efficit. 1. r. a. ῥέγκω ſterto. rencosq́; anhelos vulgus vocat. Si cùm ſpirandi neceſsitate coniunctus ſit ſtertor, certũ eſt humorẽ in cartilaginibus pulmonis contineri: ſi verò ſine ſtertore ſit, in his nõ eſſe, ſed in venis, arteriis, ac in ſubſtãtia pulmonis. 4. de loc. aff. Stertor accidit profundè dormiẽtibus apoplecticisq́;. 6. apho. com. 51. ſtertere maximè ſolent,

lent,qui ſonum gutture prominente capiunt.com. 3.de articul. Inferior maxilla non diſcedit à ſuperiori,niſi aut ebrius,aut valde ignauus,aut defeſſus ſit is qui dormit, ſtertor quoque propter hæc fieri ſolet,relaxata quidem inferiore maxilla, & ſupino iacente homine. Itaque ſupinum iacere & hiare cum ſtertore, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſunt ſigna. 2. de motu muſcul. ſtertoris in ſomno cauſa,vti refertur apud Auicennam prima tertij, eſt operculum oris cannæ pulmonis, quare ſpiritus non egreditur niſi in voce humiditatis. Ad ſummam dyſpnœarum omnium cauſa triplex eſt, neceſsitas,id eſt,vſus auctus vel imminutus, inſtrumenta inobedientia,& virtus offenſa,id eſt,de dyſpnœa. Cõſtat autẽ quod nullo inſtrumentorũ ſpiritaliũ affecto,fieri minimè poteſt vt ſpiratio lędatur.

Digno. Qui citra febrem densè reſpirant,dicuntur aſthmatici,id eſt,anheloſi. Eoſdem ob ſymptoma aliud orthopnoicos appellant, quod thorace recto ſpirare cogantur metu ſuffocationis. Minus eſt autem quod hi inſpirant,quàm pro vſu reſpirationis,etiam ſi thorax ipſis plurimum dilatetur. Ex quo manifeſtum fit internam capacitatem coarctatam ipſis eſſe præter naturam, id quod Aegri etiam haud obſcuro ſenſu percipiunt. Id etiam contingit purulẽtis, ob collectum inter thoracem & pulmones humorem, & peripneumonicis, ob

pulmonis inflammationem. Reſtant adhuc duæ affectiones,quæ anguſtiam faciunt in viis par quas aër inſpiratur, quum aut humorum craſſorum & viſcidorum multitudo pulmonis bronchiis fuerit impacta, aut tumor abſceſſu ſimilis in ipſo conſtiterit.

Præſag. tribus præfatis dyſpnœæ cauſis conuenientibus,proximum mortem timere oportet,vbi verò duæ fuerint,difficile eſt ægrum ſeruare. 4. de lo.aff.Dyſpnœa diutius trahi poteſt.Aſthma & orthopnœa acuti morbi eſſe conſueuerunt,vt ſcribit Celſus.Aſthma in pueris fit à rheumatiſmo,& cito eos interficit. 3. apho. com. 26. Nos tamen cum Dei Optimi Maximi auxilio Franciſcum Chriſtianiſsimũ Galliarum & Scotiæ Regem in infantia aſthmate laborantem, perſanauimus. Senibus aſthma hyeme familiare eſt,vt inquit Gariop.Qui gibbi ex aſthmate aut tuſsi fiunt, ante pubertatem moriuntur. 6.apho.46. Quum ſputum incoctum viſcoſumq; factum non procedit, ſed in pulmonis meatibus retentum ſtertorem efficit, magna ex parte mortiferum eſſe conſueuit.primo.r.a.

Method. m. affectus prædicti motricis potentiæ ſunt ſymptomata,motu difficili deprauato, vel deperdito, nam reſpirationẽ per thoracem cerebrum efficit,vti tranſpirationem cor per arterias. Horum autem ſanatio, in cauſarum ſublatione

con

consistit.

Curatio astmatis & orthopnœæ aliquid commune habet, aliquid priuatum, & alteri tantùm proprium. Commune quidem vtrisque est, vt absumatur redundantia humoris affectiones gignentis, sed proprium affectioni viscidorum humorum est, vt per attenuantia & extergentia pharmaca dissipentur, modò non calfaciant, aut valde refrigerent, de quibus scillinum acetum & acetũ mulsum maximè opitulantur. Ei verò quæ propter tumorem accidit, vt per attenuantia & exiccantia eadem consumptio fiat, qualia sunt aromata quæ & tenuium partiũ sunt, & resiccatoria præter hoc quod calfaciunt, quæ curatio rursus omnibus in profundo abscessibus communis existit, vt docet Galen. 7. τῶν τόπ.

Accessionis tempore cathartico materia non est agitanda, ne largius in pulmones fluat, & suffocet, sed blande sputum prouocare oportet, potu ptisanæ communis, vel aquæ ordei in qua elixata sint passulæ, caricæ, strobili, hyssopus, iris, vel aqua ordei pota cum penidiis & tragachanta gummi & succo rad. dulc. vel ℞. ammoniaci puri ℥.j. dissoluatur in aqua calida, colaturam tepidã potet cum oxymelle, vel sy. acetato. Insuper in vehemẽti exacerbatione, dissolue parum de moscho in aqua calida, in qua elixum sit semen ocymi, & anhelus per

infundibulum ſuffiatur, mox aquam bibat. In magna ſiccitate reſolue moſchum in ptiſana, vel in decocto tragachantæ & gummi calido, & ſuffumigabis, poſt da aquam in potu, vel iulep violatum iuiubinum aut adiantium. Cum his reuellenda eſt materia ad aſperam arteriam ruentem, & ſuffocationis periculum afferentem, per frictiones & ligaturas extremorum dolituras, per ſicyas inanes & cũ ſcarificatione, in natibus & ſcapulis. ſed Arcul. thoraci & ſpondylis affigere iubet, ad anhelitum dilatandum. Errhyna & apophlegmatiſmi in paroxyſmo non placent Graduenſi. cauſtica laudantur in coronali vel inio, aut ſecundum aures, vel in humeris affixa. Affiguntur autem ad latus muſculi delchoidis, inter eum & muſculum extendentem vuluam, & verſus muſculi delchoidis finem, vt decubitum nihil impediat. Itaque cauterium veſicas excitans poſt aures admotum, aut radici manus, ipſiq; palmæ, humorem illum defluentem vi magna reuellit. In maxima anhelationis difficultate opitulatur plurimum ſi anhelo exhibeatur gutta vna ammoniaci diſſoluti cum modico oxymellite ſimplici. Vel ℞. oxymellis ſimpl. ℥. ij. ammoniaci puri guttæ iiij. miſce, & propinetur. Anhelitus ablatio ſternutatione iuuatur. 5. apho. com. 35.

Apparantia in cauſa calida ſunt ſyr. violatus adiantinu, iuiubinus, de papauere, diluti ex deco-

cto

cto radicis dulcis & passarum vel cum aqua tussilaginis.

In causa verò frigida.syr.de hyssopo,de prasio, de thymo,de calamento, oxymel simplex & compositum & scilliticum, qui diluuntur cum duplo aquarum fœniculi,hyssopi,& similium phoracicorum. Huc refer spectatas decoctiones Mansoris, Arnaldi, Sardi, Clementini, Vigonij. Deturbatur materia minus rebellis manna,cassia, hiera simpl. cum agarico. Ad crassam & viscosam conueniunt pilulæ de agarico,cocciæ. ℞.agari tro.℈.ij. pil. elefang.℈.j.cum syrupo de hyssopo f.pil.vij.sumat in aurora. ℞.atramenti cassiæ ℥.j.succi ireos depurati ℥.ß. cum aqua hyssopi fiat potio. Ad idem ius galli optimum est, recipit autem hyssopi radicis dulcis , adianti rec.añ. m.ß. passarum enucleatarum ℥.ß.in ventre galli veteris & flagellati posita elixantur in aqua sufficienti , in fine decocti , adde thymi ℥.j.sumat ℥.v.actu calidas. ℞.electuarij Regum.M.℥.iiij.diapenidion ℥.j.misce,teneat in ore, pectus detergit.℞.loch de pino ℥. j.ß. boliarmeni ʒ.j.cum syrupo de hyssopo fiat confectio solida sine igne,de qua subinde in ore contineat,arcet catarrhum & materiam in pulmone exiccat & consumit.℞.succi caulium,mellis añ.lib.ß.bulliat mel semper despumando ad succi consumptionem.in fine adde pulmonis vulpis præparati ℥.ß.f. elect.

sumat

ſumat ʒ.iij. mane, & in ſero ʒ. ij. per horam ante cœnã. Aliud. ℞. pul. pulmonis vulpis pręparati, ſucci rad. dulcis, cõſeruæ capil. vene. ſe. fœniculi dulcis añ. ℥. ß. cum ſyrupo myrtino vel melle roſato fiat electarium. ℞. pulueris radicum altheæ ℥. iij. mellis cocti & deſpumati lib. ß. penidiarium ℥. ij. miſce fiat loch, quo vtatur frequenter, loch ſanum & de pino efficacia ſunt, huic malo diabutyrum fauentini erit remedio, & electarium ſulphuris eiuſdem.

Inſuper hoc malum ſuffitus vel ſanãt vel emendant, fiunt autẽ ex ariſtolochia vel ex auripigmento cum fimo bubulo ſiccato. Aliud. ℞. thuris ℥. j. vernicis ℥. ß. ſandarace ʒ. ij. zinz. ʒ. j. fiat pul. Aliud Aetij quod anheloſas & ſuppuratas & pleuriticas affectiones ſanat. ℞. ſtyracis, terebinthinæ, maſtichæ, ſandaracæ añ. ℥. ß. ſciẽdum quod plus officit auripigmentum ſuffitum quàm ex mero potum, vt innuit Galen. lib. de facile parab.

Ratio victus ſit cauſæ contraria. Iuſculum caulium & hyſſopi cõuenit, colatura furfuris ſorbitiones ex lacte amygdalarum dulcium, ex cremore hordei cum zucharo & butyro, cremor cicerum alborum, lomentum fabarum, caro columborum, capi, gallinæ, elixata cum croco, lac, oua ſorbilia. De fructibus paſſæ, palmulæ, caricæ, ſtrobili, amygdalæ.

Vini potus orthopnœæ & aſthmati competit

tenuis temperaturæ, dilutus ex aqua ſaccharacea, ſed omnis potus modicus eſſe debet in his, qui alicubi abſceſſum habent. Multus contra in illis quibus viſcidis & craſsis ſuccis ſunt obturata brõchia: humectatione enim multa opus habent, quò craſsi & lenti humores efferantur facile, vt 7. κατὰ τόπ. ſcribit Galen. Conſtat autem quod largior potus vias ſpiritus humectat, non quod per arteriam in pulmonem totus illabatur, vt explicat Macrobius, ſed quod ipſius exile quippiam percolatur perpetuò per eãdem arteriam in pulmones. 7. de v. part. Multus tamen potus incommodat, quia referto potu ventriculo diaphragma comprimitur. Ob id præſtiterit parum potus & ſæpius anhelis offerre.

Ad reſpirandi difficultatem exhibeatur ammoniaci ℈.j. cum oxymellite, vel formẽtur pilulę tres, quas deglutiat cum oue ſorbili, & ſtatim liberabitur ex Roſarij & platearij ſententia.

Ad omnẽ dyſpnœam à cauſa non calida. ℞. croci ℈.j. moſchi granum medium, vini albi aromatici calfacti cyathum ß. bibatur calidum. Ad orthopnœam trochiſcos de arſenico ſuffumigat Myrep. Ad dypſnœam & tuſsim. ℞. foliorum viridium bardanæ & tuſsilaginis añ. ℥.iij. cõtundantur, contuſis inſperge lenniæ ſphargidis ʒ.ij. & patiens ore hiãti fumũ hauriat mane & veſperi. N. Alex. Ad aſthma difficile Varig. propinat bolum armenum cum vino

no tenui dilutum. Ad anhelos & ſuſpirioſos. ℞. ſucci ocymi ℥. ß. croci ℈. ß. fiat potio. mirè confert. Rhogmo acetum ſcillinum opitulatur. Auic. teſte.

De tußi & tußicula. CAP. VII.



TVſsis & tuſsicula differunt ſecundum Oribaſiũ: illa enim in alto naſcitur, hæc verò in faucibus. Βῆξ id eſt tuſſedo, eſt motus expultricis vehementiſsimo ſpiritu expellens humores meatus obſtruẽtes, ad expurgandas eas quæ ſunt in pulmone aſperas arterias, vti ea quæ in gutture infeſta ſunt homo propellat. Eſt motus motricis potentię deprauatus, accidens tamen eſt naturale, nam vt alias multas natura hominibus ſalutis gratia ingenitas indidit paſſiones, ad eundem modũ tuſsim, vt ea quæ in gutture ſunt moleſta propellerent. Scholaſtici diſputant, an tuſsis ſit malus motus, pulmonis'ne, ac pectoris ſit paſsio. Eius differẽtiæ ducuntur ab eſſentiæ ratione: vnde fit tuſsis continens aut interpollata, vehemẽs & exigua, laborioſa vel mitis. A tempore recens & inueterata, hæc pertuſsis à Seneca nominatur: eſt inſuper quædam diurna & alia nocturna. A cauſa vel humida eſt, vel ſicca.

Cauſa inſtrumentorum pneumaticorum affectus proprius, vt dyſcraſia nuda vel cum materia, arteriæ aſperæ inæqualitas. Inflammatio pulmonis vel

vel lateris. Empyema, Animacula, vermis, calculi, grandines, calli. Quod adnotarunt Alſaharanius Zoar. Trall. Beniuenius, Aegineta. Per conſenſum verò deſtillatio à capite, inflammatio hepatis, hydrops, lumbrici, acris humor, vuæ tumor.

Dignoſtica, dyſcraſia ſine materia tuſsi ſicca arguitur. Materialis verò omnibus obuia eſt cognitio. In calida tuſsi frigidiorē aërem attrahere affectant, cuius attractione oblectantur magis quàm aquæ gelidæ ſumptu. Cōtrarium in frigida euenit. Tuſsis ab intemperie frigida per crebras inſpirationes irritatur, & per ſpiritus compreſsionem impeditur, & interdum ſanatur. Tuſsis cum titillatione partium ab vtraque palati parte, oſtendit fluxum à capite ad aſperā arteriam, item ad pulmonem deferri, vt ait Aetius.

Præſagia. Boues tuſsi non vexantur, quia humoris materia his extra ſaliuari fluxu effertur. Tuſſes nec aquoſos, tenues've humores, nec craſſos expurgare poſſunt. Nā qui aquoſi ſunt, & exquiſitè tenues, aërem qui tuſsiendo extra emittitur, circunfluunt. Aër enim tanquàm manus quædam exiſtit, quæ ſurſum craſſos humores ſecum ferat, ſed craſſitiem talem eſſe oportet, vt ab aëre ſurſum ferri poſsit. Tuſsim vetuſtam teſtes ſi tumeant, ſedant, & ècontra quandoque teſtes per tuſſes tument. 2. epi. Tuſsis ſicca teſtes ſi tumeāt diſcutitur. 6. epi.

Tuſſ

Tuſsientium qui manibus laborant, melius tranſi-
gunt, inibi, per conſenſum id contingit: nam ad manus à ſuperna thoracis parte nerui progrediuntur. Teſticulorũ cum thorace affinitas. 6. epi. Tuſſes laborioſæ læſa pertingunt, articulosq́;, ibidem. Pueri qui cum tuſsi dentiunt, diutius durant, lib. de pueri dentitione. Plurimum aluus cita tuſsiculas ſiccas diſcutit, ibidẽ. Tuſſes ſiccæ leuiter irritantes in febribus ardentibus non valde ſiticuloſæ ſunt, nec linguæ aridæ. 6. epi. & 4. apho. Senibus ſpirandi difficultas, diſtillationes cum tuſsi. 3. apho.

Method. m. Dyſcraſiæ ſine materia, ſola alteratione ſanantur. Aſperitas membranæ per lenientia & mordacitatem arcentia ſanantur.

Arteriaca dicuntur quòd medeantur affectibus qui in tunica arteriæ, vel in muſculis qui in larynge habentur, proueniunt, quarum tres differentiæ. 7. κατὰ τόπους.

Bechica maximè commoda ſunt, quæ in ore vel ſub lingua contineri citra nauſeam poſſunt, vt eorum exile quippiam percolatur per arteriam in pulmonem. ex his fiunt hypoglottides eclegmata, linctus've, quas ſupinus quàm diutiſsimè in ore continere ægrotans debet. Influit enim ſic ſenſim & paulatim de medicamento aliquid ſenſibiliter & manifeſtè in arteriam. Quæ in thorace cõtinentur ſuperfluitates promptius euacuantur per guttur,

guttur,ſimul cum tuſsi. Tenues & viſcoſæ quia per tuſsim expurgari non poſſunt, alterandæ ſunt, tenues,videlicet,inſpiſſandæ, craſſæ verò & viſcoſæ extenuantibus & incidentibus. Item oportet ad id quod ſuperfluum tranſmittit omnem curam conferre, & de parte affecta tantiſper eſſe ſolicitum,ne quæ confluunt prompte recipiat.

Auxilia. Ad tuſsim calidam ſunt ſy.violatus, roſatus,iuiubinus,de papauere. Candum ſiue zucharum lucidum cum muccagine, ſem. pſyllij, in ore detentum, vel cum muccagine ſem.cytoniorum. Opitulatur etiã diatragaganthum frig. & penidiæ. Pilulæ papaueris curant deſtillationem calidam & tuſsim puerorum. Recipiunt autem amyli,tragachantæ gummi,ſucci rad.dulcis añ.ʒ.j.croci ℈.ß. ſe.papa.albi ʒ.ij.cum ſyrupo papaueris vel glycy. fiant pilulę paruę. Clemẽs addit opij ℈.j.℞.zuchari lucidi ℥.j.boliarmeni ori.ʒ.j.fiat puluis, de quo ſumat ægrotans cochlear paruum quando it dormitum à cœna. ℞.zuchari lucidi, amyli añ.℥.j.cum oleo amyg.dulcium recens facto & aqua roſarum fiat eclegma.℞.ſem.portulacæ,lactucę,papaueris, zuchari lucidi,penidiarum,tragachantę infuſæ añ. ʒ.j.opij,croci añ.℈.ß.fiãt pilulæ,quæ arcent rheumatiſmum calidum. Materia verò acris & calida purgatur medulla calami dulc.manna, ſyru.roſato cathartico,electario roſato M.pilulis aureis.Pilulæ

ad tuſsim, aſthma, empyema & phthiſim Pent. recipiunt tamarindorum ʒ.j. ſucci liq. puri ʒ.ß. ſem. portulacæ, papa. albi & nigri an̄. ℈.ß. pil. de hiera ſimplici vel elefang. ʒ.iij. agarici tro. ℈.ij. cum mucil. ſem. pſyllij ex aqua violarum extracta formẽtur pilulæ ſex pro ʒ. datur vnica dietim quando it cubitum. Si verò tuſsis ſit nimis moleſta, adde opij grana iiij. & dentur cum diſtantia à cibo. Vnguentum reſumptiuum, violatum, croceum, mucilaginum, vnguentum pinguedinum, thoraci illitum tuſsim ſiccam emendat. Intolerabilem tuſsim ſaliua equi ex aqua calida per triduum pota, ſanat ſi credimus Valeriano. Ad tuſsim à catarrho & rauim vocis, globuli, ſiue hypoglottides N. Alexãdrini ſunt opiferi, ſed canon eſt, apud Trallianum & Meſuem, ante curare catarrhum quã ægritudines catarrales.

Ad tuſsim cum alui fluore. ℞. ſpodij, gummi arabici, boli armeni, myrti an̄. ℥.j. fiat puluis, ſumat ʒ.ij. omni die, vt guſtui ſit gratus adde zuchari roſati ſolidi ℥.ij.

Ad tuſsim frigidam ſalubria ſunt ſyr. de hyſſopo de liquiritia. capil. ven. ſy. de praſsio. Loc de caulibus, decoctum ſcabioſæ, quod accipit, radicis dulcis ℥.j. paſſularum ʒ.x. ſebeſtem, prunorũ dulcium, iuiubarum an̄. ℥.j. tuſsilaginis M.j. ſcabioſę M.ij. caricarum pinguium ℥.iij. palmularũ ℥.j. cum aqua

ſuff

ſufficiēti fiat decoctio colata cum penidiis & melle ſumat ℥.v.in aurora,vel quando it dormitū.℞.zinziberis conditi ℥.j.cum zucharo roſato veteri fiat conditum,de quo ſumat inſtar caſtaneæ quando it dormitum & ſuperbibat pauxillum aquæ tepidæ vel ptiſanæ communis. Aliud.℞.electarij trium piperum ʒ.j.ß. cimini ʒ.ij. cum ſyrupo de liquiritia fiat loch,ſumat ʒ.ij.ter vel quater in die per ſe,vel ſolutum cum vino.

Ad tuſsim antiquam cum dolore pectoris. ℞.amyg.dulc.zuchari añ.℥.ij.ſem. fœniculi ℥.j.tere,& exhibeatur cum iulepo.M.

Amuleta,ad anhelos berillus. Alb.dyſpnœæ lingua aquilæ in panno lineo appenſa, Kiranus. Ad tuſsim fimus corui alligatus Sext.pes corui ſuſpenſus. Raz.lapis ſpongiæ adalligatus.Nicolus.

De pleuritide ſeu coſtali. CAP. VIII.

Πλευρῖτις, id eſt, lateris compunctio. Exquiſita eſt inflammatio coſtas cingentis, vel muſculorum illi cōtinuorum in parte intrinſeca. Notha muſculorum extrinſecæ partis eſt inflammatio. Vera ſecundum Auicennam à ſpuria diſtinguitur ex qualitate fluxionis & loci paſsi. Magna ac parua dicitur ex quantitate inflammationis. Cocta cum ſputo. Incocta cum expuitionibus,nam ſputum eſt quòd conco-

ctum existit. Expuitio quod caret coctione. Itaque incoctam indigitant quæ est sine sputis coloratis, & quę omnino sine sputo est, proinde sicca & astricta cruda existit. Est autē sicca in qua nihil expurgatur. Ex quo liquet quid humida laxa've sit. Oppositorum est enim eadē disciplina. Pestilentialis quæ vagans est & perniciosa, si quidem pestis, epidemia perniciosa est. 1. r. a. com. 9. Mitissima pleuritis est in qua cruenta sputa eiiciuntur. 6. epi. com. 3.

Pluritis falso putata triplex. Nempe dolor lateris cum vehementi spirandi difficultate, ac interdum cum febre, à copia crudorum humorum, qui repente in vacuum thoracis locum, aut in pulmonē se ingerunt, membranam subcingentem distendunt, & vias spiritus intercipiunt. Nec costalis dolor qui à flatibus efficitur, pluritis est, vt sentit Auicen. 10. tertij. Est etiam dolor lateris cum febre, nihil à sicca pluritide differens, nisi per tussim, qui pleuritis non est, vt ait Gale. 5. de loc. aff. Igitur nō omnis πλευρᾶς πόνος vt scribit Trallianus, pleuritis nuncupandus est.

Causa externa, aquilonia tempestas. Interna verò fluxio, sanguinis, flauæ bilis, vel atræ, vel pituitæ. 2. de crisibus, & 2. de loc. aff. omnis inflammatio ex affluente fit sanguine bilioso, pituitoso, melancholico, aut ipso sanguine, & 6. aph. com. 33. Pleuritis fieri potest à sanguine, & vtraque bile, ac pitui-

ta.

ta. A catarrho pleuritis non fit, vt autumat Bertutius, à quo dissentit Hippo.lib.de loc.in hom.fluxio inquiēs de capite in thoracem pleuritidis causa est. Inibiq; pleuritidē à pulmonis siccitate fieri asserit, ex quo patet quòd de sicca inflammatione pleuritis quandoque prędicatur.

Digno. scientifica est pleuritidis & dysenteriæ agnitio, certis, videlicet, definitisq; notis comparata, vt ait Galen. 12. ther. sunt autem quatuor notæ secūdum Oribasium, quarum si vna desit, pleuriticus dici nō potest, videlicet, tussis, respiratio difficilis, febris & dolor acutus. Gal. verò numerat quinq; inseparabilia accidentia, primum est dolor lateris pungens. Alterum difficultas spirandi. Tertium tussis. Quartum febris acuta, quæ non fuit inseparabilis in Anaxione. In quo soluta fuit febris vigesimo die, & pleuritis trigesimo quarto die, vt narrat Hippo. 3. epi. Igitur aliquando exquisita pleuritis sine febri. Quintum pulsus cum tensione dura, pręse fert neruosum locum patientem, qua verò serræ similis est, inflammationis affectum, qua velox & frequens & magnus, ad inflammationem sequi febrem.

Afficiatur'ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, à pulsibus indicium petere oportet, nanque musculi minus, cingens verò membrana magis & tendit, & indurat arte-

riam. Inflammata interiore membrana decubitus in latere affecto minus eſt moleſtus quàm in oppoſito, quòd ægrotantibus pars inflammata pendeat. Exigua inflammatio in coſtarum medio fieri debet, ne in alteram partem dolorem afferat, vt magna in vtraque.

In ſpuria ſi exterior membrana phlegmone laboret facilius in oppoſitum latus reclinant, etenim in affectam partem decubitus compreſsionem affert, ſed in externorum muſculorum inflammatione, preſſo inflammato loco, extrinſecus dolere ſeſe fatentur, nec per ſputum purgatur. In hac enim nec tuſsis vlla, neq; vllum reiicitur ſputum, neque duriciem pulſus præſefert.

Fluxionis qualitas ex ſputis dignoſcitur, quòd enim ſputo reiiciũt, neceſſariò colorabitur excrementi quod in inflammata parte continetur colore. Aliquando ſpumoſum expuunt, ſed raro.

Sputa ſpumoſa & candida fluxum pituitoſum oſtẽdunt, flaua bilioſum impermiſtum. Rufa amaram bilem cum plurima ſeroſa humiditate commiſtam, pallida multo ampliorem humiditatem cum bile commiſceri ſignificat. Nigra atræ bilis fluxum indicant. Nigra excreant nonnunquam fluxione exaſſata, ſiue ſanguinea, ſiue bilioſa fuerit. Rubida plurimum ſanguinis, minimum autẽ amaræ bilis in eo, qui inflammationem efficit humore

con

contineri ſignificant. Sputum ſpumans, floridum, pallidum, nigrum quatuor humorum nota eſt. 6. epi. Temporis cognitio ducitur à materiæ alteratione, & à ſputis, prout verò febris quæ venoſi generis paſsio eſt, ab vrina.

Præſagia. bona ſunt facile perferre ægritudinem, bene ſpirare, & eſſe doloris expertem, & ſputum facile expuere, corpus totum æqualiter calidum eſſe, & non habere ſitim. Vrina, alui excrementa & ſomnos, & ſudores, hęc ſingula bona eſſe percipere, pleuritidis quę concoquitur pulſus omnem paulatim alienam à natura mutationem deponit. Quando ſputum ſtatim apparet, morbum facit breuiorem, quum verò nullo modo educitur aut crudum, indicat morbum in longius debere protendi. In ſumma ſaluberrimum eſt facilis ſpiratio, & ſputum quod celeriter facileq; ſcreatur cum cruore, vehementer miſto, & quod dolorem placat. Non eſt tamen ſecuritas in ſputo ſi virtus fuerit debilis, vt notat Razes. 4. cont. Certè vna ſalus pleuriticis, peripneumonicis tum ſynanchicis eſt virium robur. 1 0. ther.

Nec illud omiſerim quod vrinæ bonę in affectibus ventris & thoracis, pulmonis & neruorũ paruam ſalutis ſpem habent, licet multum valeant ad ſalutem. Contra ſi paruæ, amplificant ſimul ægri periculum. * prauæ

Præſag.mala.dolor ad poſteriora dorſi, pleuritis in ſiniſtro latere deterior. Sputum malum quod tarde nec facile expectoratur, quodque dolorem non mitigat, exiguumq́; eſt, malum quoque aquoſum, id eſt, album & tenue, ſpumoſum, viſcoſum, coloratum, olidum, nigrum, & rotundum, rotundi enim materia eſt craſsities & tenacitas, effectrix verò loci caliditas. Orygmos quaſi fremitus qui anhelando fit, exitium ſolet portendere, nam & ſtertor lætalis nota eſt. Pulſus pleurito diſtenſus periculū minatur, præſertim ſi vires infirmæ ſunt. In pulſu inæqualis ſpecies quæ ſecantis modo percipitur cū imbecilli virtute præceps ſignificat periculum. Exitiale ſignum ſi pulſus ſit magnoperè durus, paruus, creberrimus. Quum in maiorē crebritatem mutatur, aut peripneumoniam, aut ſyncopem nunciat. Nunquam in pleuritide, & peripneumonia fit, vt caput non afficiatur, vt ait Gale. 4.de ca.pul.

Vigoris indicium eſt dolor aſsiduus qui nec à fomentis leuatur, nam cum principio alterationis materiæ, ſymptomatum ſtatus iungitur, quum verò finitur principium & concoctionis ſigna apparent, tunc ſymptomatum declinatio incipit, pleuritis & peripneumonia breuis temporis habent principium. In Anaxione tamen principium ad vndecimum vſque diem productum eſt. Termina-

tur

tur vt plurimum. 14.die.aliquãdo.20.ac 34. Item per ſputum, ſudorem, fluxum ſanguinis narium, fluxum alui,& per vrinas,parotidas & ſuppurationem terminatur.Pleuritici ſi in. 14.diebus non repurgantur,ad ſuppurationem veniunt.

Dolores quos neque ſputi purgatio, neque ſoluta aluus, neque phlebotomia, neque medicamentum,neque victus ratio ſedare potuit,ad ſuppurationem tendunt. In peripneumoniam tranſmutatio mala. An alui profluuium aduenie ns malum? Certè malum eſt,ſi hepar compatitur. Alioqui in mediocri pleuritide & pulmonia poteſt prodeſſe ratione euacuationis, & magis quum ſigna coctionis apparuerint. Pulmonis vomicam per vrinam, thoracis autem per inteſtina & aluum expurgari vidit Galen.Diocles etiam memorat apud Herodotum pectoris ſuppurationes interim ſimul cum vrinis excerni.

Metho.m.pleuritidi quæ in generatione adhuc eſt reuulſio & euacuatio competit. Illa ob cauſam quæ defluxio eſt, quæ itaque reuulſione curatur, hæc verò propter humoris in inflammatione contenti vacuationem. Eſt enim omnis inflammatio immoderata affectæ partis repletio, eius igitur ſanatio intentionem habebit ab euacuationẽ. Vnde pateſcit quòd fientis inflammationis curatio miſta eſt, ex ea artis parte, quæ arcet malum, & ex ea

quæ curat.

Hippocrates reuellit ſimul & euacuat ſanguinis miſsione, ſi ad iugulum dolor extenditur, aut grauitas brachium, vel mammillā, aut partes, quæ ſupra ſeptum tranſuerſum ſunt, infeſtat, vel forti cathartico, ſi ad præcordia dolor pertigerit. ſed Galenus vitandā eſſe cathartici adminiſtrationem dicit, atque per ſectionem venæ vacuandum magis, etiam ſi ad hypochondrium dolor finiatur. Galeni ſententiæ accedunt Recētiores, qui omnibus pleuriticis venam incidunt, veriti turbationem quam purgatio ſolet accerſire. Trallianus tamen contra Galenum ab Hippocrate ſtat. Razes quoque reliquiq; Arabes purgationem laudant, quos Neoterici ſecuti catharticis vtuntur, quæ nec valenter, nec aſtringendo, ſed tantum leniendo purgant, qualia ſunt manna, caſsia nigra & rhabarbarum.

An verò talis purgatio ſit phlebotomiæ præmittenda? Razius teſtatur ſe frequenti experimento in noſocomio comprobaſſe, pleureticos interiſſe, quibus detractio ſanguinis ante purgationem adhibita fuiſſet, quorum rationem eſſe putat Auerrhois, quod in penitiori corpore ſuccorum vitiatorum copia immerſa latebat, quæ vbi mota agitataq; fuit, & in actum producta perniciem ægrotantibus attulit, hoc periculum potu caſsiæ vel man-

* Gall. Enfirmerie.

Annotatio. ſcitu digna.

næ

næ vitare poſsimus.

An ſanguinis miſsio in omni pleuritide vtilis? non ſemper videtur ex vſu, præſertim vbi ætas reclamat, nam & ſi in trimatu puero venam ſecare iuſſerit Auenzoar, vt refert Auerrhois. Nullus tamen, ſi Galeno credimus, vnquam mittere ſanguinem auſus eſt, pleuriticis admodum ſenibus aut pueris. Idem quoque ſanguinis miſsionem non probat, ſi lateris inflammatio bilioſa, melancholica, aut pituitoſa fuerit. Quinimo nec phlebotomen concedit in ea pleuritide, quæ in forti æſtu in homine bilioſo ex ſanguine efficitur, vt narrat Moſes 9. apho. Galenus etiam affirmat ſe pleureticum ſanaſſe abſque ſanguinis detractione.

lib. de ſectis.

In quib⁹ ſanguinis miſsio celebranda

Itaque apud Hippocratem ſecandæ venæ impedimentum eſt, incruenta ſpuentibus, tempus anni contrarium, morbus lateralis, bilis. hæc enim abundans, & ora venarum aperiens purgatione eſt educenda, maximè quod ſatis conſtat ſanguinem bilis frenũ eſſe, & cacochymiam purgatione purgandam. Si verò ſanguis tempore maturationis detrahatur, ſputi maturationi officit, vt monet Razius, cui ſubſcribit Valeſcus, nam à ſanguinis detractione abſtinendum eſſe iure cenſet, quum ſputum facile purgatur.

6. epi. com. 3.

6. epi.

4. de tuen. ſanit.

Verum vbi phlebotomia conuenit, internam cubiti venam diuidere iuſsit Hippocrates. In eo

ſcilic

ſcilicet, latere quod dolore fuerit affectum, hæc nanque pertuſa ſanguinem ab affecta parte magis & velocius reuellit, & euacuat. Neque dubites, inquit, copioſum detrahere ſanguinem, donec vel rubicundior multo, vel pro puro, rubidoque liuidus effluxerit. Talis enim ſanguinis in colore & cõſiſtentia mutatio, ſanguinis ex particula inflammatã tranſlationem ſufficienter commonſtrat, ſicq; velle videtur Hippocrates vno ſaltu duos apros capere, id eſt, velociter vnica ſanguinis detractione ſimul tum reuellere, tum abeuacuare.

Quapropter euacuationem partiri non expedit, vt putant cum Briſſoto ſequaces. Iterata enim ſanguinis miſsio ſanguinem à latere affecto ocyſsime & reuellere & euacuare haud poteſt, etenim iteratæ miſsionis ſanguinis per quam intendimus attrahere terminus eſt, non ſolum vnus dies, vt autumat Auicenna, ſed ſecundus, ac interdum tertius vt ſatis indicat Galen. Eſt etiam vbi ex inflammationis malignitate, quæ nihil remittit, ſed vehementer affixa eſt, vel ex virium imbecillitate, non ſemper expectanda in ſanguine coloris & conſiſtentiæ mutatio, vt declarat Galen. & Paulus lib. 6.

4. primi.
4. de t. S.


Sunt rurſus qui non ferunt, tam largam ſanguinis miſsionem, vel propter ambientis conſtitutionem, aut ob laborantis ætatem, vel temperiem, aut corporis habitum. Nempe candidis, & his, in

libro de curatione per ſanguinis miſsionem.

quib

quibus mollis teneraq; caro eſt, quales galli ſunt, minus detrahere oportet, quã plenitudo imperat.

In prædictis omnibus præſtaret (mea quidem ſententia) reuulſionis duntaxat gratia internam incidere in gibbero patienti lateri oppoſito. Præcipue ſi plethoricũ corpus ſit, veluti magna ex parte eſſe ſolet, nam ſi in brachio quod recta ab inflammato latere procedit, vena tundatur, & minor ſanguinis copia quàm plethoræ conueniat & inflammationi detrahatur, nulla affectæ partis fiet inanitio. Quin potius maior fluxio ad latus paſſum trahetur, quoniam quæ coſtas nutriunt venæ cum interna ſeu axillari colligantiam habere certum eſt, quando foras introq; ſpirabile totum corpus eſt, vt ait Hippo. Confirmare videtur opinionem noſtram ſubterior geometrica demonſtratio. 6.epi.
Sit dolor in latere ſiniſtro, aperta indidem vena plus trahit à dextro in ſiniſtrum, quàm dextra inciſa in ſiniſtrum, plus enim humoris eſt inter circunferentiam dextram & doloris locum, quàm inter eundem locum & circunferentiam ſiniſtrum.



Sit itaque pectus hominis A, B, C, D, medietas H, I, dolor E, vena galenica F, vena Arabum G, plus eſt humoris inter G, & E, quàm inter E, & F, ergo inciſa F, minus auferet, & plus attrahet facto motu.

Veſal

Veſalius excellens anatomicus contendit axillarem dextri cubiti ſecandam propter fibrarũ rectitudinem, & ferè æqualem vtriuſque axillaris à loco paſſo diſtantiam, quod ipſe non negauerim, ſi vena tundatur deriuationis ergo. Nam reuulſionis gratia ſemper ab oppoſita parte ſanguis detrahendus eſt. Detrahimusq́; à tali vena non propter diſtantiam, ſed vt declinemus fluxionem à loco male affecto, ad quem fieret attractio facto motu ab inciſa eiuſdem lateris vena, ratione præfactæ colligantiæ. Sane Aetius cum Archigene, Aretæus, Auenzoar reliquis cum Arabibus, Manardus, recentioresq́; plerique omnes, non hæmophobi, ſed prudentes & docti, qui verentur ſemel confertim euacuare in pleuritidis principio contrariam patientis lateris venam in cubito fodere præcipiunt, quorum inſtitutũ nuſquàm Hippocrates, aut Galen. improbarunt.

Præterea non deſunt qui prius de parte oppoſita, mox de eadem ſanguinem mittunt, quod neceſſarium haud eſt, ſed moleſtum, ſi quidem facta in pleuritidis initio auerſiua ſanguinis miſsione, quod reliquum inflammationis ſupereſt, per ſputum fœliciter magna ex parte expurgari ſolet, vt in ſexcentis annotauimus. Palamq́; eſt, quod quæ in cubito fit euacuatio deriuatiua, non iuuat in notharum coſtarum phlegmone, quia vena quæ ſuperi

periores thoracis partes alit, ſub corde emergit, vel teſte Galeno.

Remedia. primum dolor ſedandus, quum nihil ſit, quod profluuium magis proritet, & phlegmonas augeat. Mitigatur auerſione fluxionis, fomentisq́; anodynis. Auertitur autem fluxio ſanguinis miſsione, cucurbitulis natibus, hypochondriis, inguinibus affixis, ligaturis dolorificis, fotu artuũ calido, purgatione præfata, clyſmis mollibus, non item acribus, ne alui profluuium ſuperueniat, & balanis.

Fomenta tepida & protinus in principio, & poſtea conceduntur, ſed vbi dolor his ſedatus non eſt, non diutius calorificis vtendũ, digerentia enim medicamenta, vbi redundantia in toto corpore ſubeſt, ſi particulis applicẽtur, implent potius quã educant. ergo in phlegmonarum curatione, nullo euaporante auxilio prius vtaris, quàm totum purgaueris phlebotomia, aut pharmacis clementer laxantibus. *Cautio.*

Afferunt autem fomenta vtilitatem, vel tãquàm ſignum ad dignotionem, vel tanquàm cauſa ſanitatis: nam ſi nihil omnino influit, diſſoluendo materiam ſanant inflammationem, ſi verò adhuc influit, quum primum adhibẽtur ſuo calore, aliquod afferunt mediocre leuamen, ſed paulo poſt dolorem augent, & tunc fit ſignum dignoſticum repletionis

tionis totius, quæ curari debet remediis ſupradi-ctis, porro fomenta humida vel ſicca ſunt. Et ſingulis humoribus redundantibus, ſingulas fomentationes deſpicit Trallianus, ſanguini ex millio & panico, pituitæ è ſalibus, bili ex aqua calida ſpongia imbuta & expreſſa. Atræ bili ex tritico & furfuribus elixis. ℞. chamæmeli, meliloti, anethi, ſem. lini an̄. m. j. f. decoctio in aqua fluuiali, & cum ſpongia imbuta fiat fotus ſupra locum dolentem. fieri etiam poteſt per veſicam eodem decocto plenam. ℞. radicum altheæ in foliis caulium ſub cineribus coctarum & cribellatarum ℥. iij. ſem. lini & fœnugręci, florum chamæmeli an̄. ℥. ß. elixentur omnia in decocto caricarum, addendo in fine adipis porci recentis ℥. j. fiat cataplaſma quod dolori applicetur.

Contra diuturnos laterum dolores, virentes cauliculi braſſicæ cum radice cremati & adipe porci vetuſto excepti dolori imponuntur, butyrum ſine ſale cõfert. Ad idem optima eſt aqua cardui benedicti frequenter pota, vt ait Agricola. ℞. tuſſilaginis m. j. hordei denudati ℥. ß. aquæ q. ſ. coque ad tertias, pleureticos confeſtim iuuat decoctio radicis phu. cum zucharo vel penidiis ſumpta. ℞. pulueris foliorum papaueris rubei ℈. j. aquæ pimpinellę vel ſcabioſæ ℥. iij. datur de tribus in tribus horis. Vel elixentur flores ligati in linteo raro ex aqua

ſcabioſæ ad conſumptionem medietatis, vtatur hac colatura vt priori, pleuritidem perſanat, ſi credimus Sardo.

An in pleuritide repellentia ſalubria ſint, vt ſentit Meſues, cui refragatur Gordonius, require Cõcil. diff. 191. Equidem reor quod poſt fluxionis auerſionem adpoſita aſtringentia, vel citra aſtringentia, frigida cõducunt, ſed ante auerſionem admota ſanguinem intro compellere ac venas quæ in alto ſunt implere videntur. Recentiores vtuntur cærato ex oleo violato & amygd. dulcium, cum cæra alba. vel ℞. cribraturæ rad. altheæ elixatarum ℥.iij. foliorum violarum florum chamæ. ſem. lini añ. ℥.ij. farinæ ordei ℥.iiij. cum oleo violato & chamæmeli fiat cataplaſma, applicatur actu calidum, repellit, digerit & dolorem ſedat.

Apparatur materia calida iulepo violato & iuiubino ſyrupo ex ſucco cucurbitæ, ſy. de cannis, ſy. de granatis dulcibus. ℞. ſyrupi violati ℥.j. ſy. de iuiubis ℥.ß. aquæ tuſsilaginis ℥.ij. bugloſsi ℥.j. Aliud. ſy. ex ſucco cucurbitæ ℥.j. ſy. radicis dulc. ℥.ß. cum aqua hordei vel ſaccharacea dilutum ſumat ſerapium. ℞. iuiubarum ſebeſtem añ. ℥.ij. florum violarum m.j.ß. florũ borrag. m.ß. rad. bugloſſæ rec. ℥.j. ſem. maluæ ʒ.iij. ſem. cytoniorum ℥.ß. ſucci mali granati dulcis ℥.vj. cum zucharo albiſsimo & aqua ſufficienti fiat iulepus.

Materiam parti inflammatæ affixam purgantia. ℞. medullæ calami dulcis ℥.j.vel ʒ. x. rhabarbari optimi infusi in decocto thoracico, & mane expresi ʒ.j.ß.syrupi violati ℥.j.cum prædicta decoctione fiat potio. Aliud. ℞.mannæ puræ, medullæ casiæ nigræ recens extractæ añ. ʒ. vj. rhabarbari infusi, & expresi ℈.iiij. cum decocto prunorum dulcium sebesten iuiubarum adianti albi florum trium & rad.dulcis fiat potio. Vitanda sunt scamoneata & omnia myrobalanorum genera.

Sputum promouent in ore retenta, zucharum candum & violatum iulepi supra scripti, diatragacanthũ frig.pilulæ albæ,syrupus rad.dulc.eclegma de pino per se,vel cum syrupo violato & diatragaganthо exceptum.Aliud. ℞. zuchari candi violati ʒ.x. penidiarum ℥.j.ß. diatragaganthi frigidi ℥.iij. succi radicis dulc.puri ʒ.vj.seminum communium frigidorum maiorum decorticatorum,strobilorum recentium præparatorũ añ.℥.j.cum aqua scabiosæ fiat loch seu linctus.

Dietæ qualitas à morbi essentia sumitur, vnde frigida magis vel minus instituitur, semper tamen humida & laxans,quia morbus astrictus, eoq; actu frigida nocent. Adde quod frigida pectori inimica tusses mouent. Non solum frigida aqua pota, sed etiam frigida respiratio noxia est,vt dicit Aretæus, & Celsus vtendum, inquit, cibis potibusq; calidis,

ſcilicet, actu, vitandum frigus, & cuncta quæ bibenda exhibētur actu calida eſſe debent, quoniam ſemper aliquid inſenſibiliter aut per ſudores reſoluitur, & quia frigida poros denſant, reſolutionem potus frigidus arceret. Quantitas cibi præſcribitur reſpectu virium, & prout morbus magis vel minus acutus eſt. Item ex particularibus acceſsionibus. Nam perquam modice additioni ſtudēdum eſt, ablationi verò in totum intendere ſæpenumero prodeſt, modò ſufficere poſsit Aegrotās. Itaque in principio in quo confluit materia, quæ omnino cruda eſt, ſymptomatum eſt ſtatus, quare tenuiſsimo victu vtendum. Deinde remiſsis ſymptomatibus per materiæ coctionem, quo copioſior fuerit ſputi purgatio, eo cibum oportet eſſe auctiorem, ſed ordo particularis dietæ à cōſuetudine ducitur.

De potionibus aquam bilem nō generare contra Hippo. & Galen. aſtruit Trall. Iulepum Gord. quod nutrit, infrigidat & detergit. ℞. aquæ lib. j. mellis aceti añ. ℥. ß. zuchari ℥. ij. Idem concedit vinum album pauciferum & dilutum. Et gallinæ non valde pinguis cum ſeminibus frigidis decoctum, vinumq; granatorum dulcium virium, ſcilicet infirmarum ratione. Mala tamen punica eſſe pectori hoſtilia ſcribit Tral. & Raſes, quòd de acerbis intelligendum. Auenzoar ab omni carne, & pane triticeo cauendum eſſe ait. Iuſcula cōueniunt

ex cremore hordei,& auenæ, colatura furfuris, & ex lacte amygdalarum dulcium,& panatella vocata ex pane eloto. Somnus in omnibus internarum partium inflammationibus circa initia noxius est, quia sanguis per somnum ad interiora magis abit. Si dormiat æger in partem affectam phlegmones materia largior resoluetur, & indolentior erit decubitus, quo etiam facile sputum reddetur attestante Mesueo.

Empirica apud Leonellum. ℞. pulueris visci querni ʒ.j.datur ex vino. Item aqua cardi benedicti pota æquę valet,opifera etiam est aqua pimpinellę pota. Item. ℞.rasuræ dentis apri ℈.j.plus minus, olei ex semine lini recens facti ℥. j. sumat in potu. Aliud. Goneti pharmacopollæ. ℞.membranæ diuidentis nucleum nucis iuglandis, nucleorũ glandium añ.ʒ.ij. radicum meu ℈.iiij.croci grana xij.f.puluis,dosis ʒ.j.vel ij.datur ex vino albo aquoso vel cum aqua salubri persanat.

Si autem pleuritis suppuretur. ℞. muccaginis, sem.lini,fœnugij,sem.maluæ & althææ & radicum eius añ.℥.ij.florum chamæmeli & meliloti añ.℥.j. cum oleo amyg.dul.chamæmelino & butyro recẽti & adipe gallinaceo fiat cataplasma, loch ad idẽ. ℞.butyri rec.sine sale ℥.iiij.muccaginis caricarum ℥.ij.olei amyg. dulc. recens facti ℥. j. cum zucharo misce & fiat eclegma de quo in ore contineat

æger

ægeŕ lambendo.

Abſceſſum rumpet tuſsis frequens & vociferatio, vomitus, ſternutatio, & vehemẽs corporis concuſsio. Ad idem. ℞. radicum althææ elixatarum ℥. iiij. piſtis in mortario adde butyri ℥. j. mellis ℥. j. ß. fimi colũbini ʒ. ij. miſce fiat empl. quod loco paſſo admoueatur. Aliud. ℞. caricarum pinguium lib. j. tere. & cum adipe ſuillo vel oleo amygdalarũ dulcium fiat cataplaſma addendo muccaginis gummi arabici ℥. j. Aqua deinde ſaccharata, vel hordei decoctum vlcus tergent, ſi verò febris ſit remiſsior, etiam hydromeli. Vlcus poſtremo glutinabunt bolus armenia, terra lemnia ad ℈. j. & cætera in phthiſi dicenda.

At ſi pleuritis notha ſit, cucurbitulis & phœnigmon excitantibus foras magis trahatur, coquatur, rumpatur, tergeatur, glutinetur.

De peripneumonia inde pneumonici & pulmonarij dicti. CAP. IX.

Περιπνευμονία pulmonum inflammatio eſt cum febri acuta, & ſpirandi neceſsitate. Duplexq; eſt, vera & ſpuria, illa à ſanguine fit, hæc verò ab aliis humoribus. Conciliator diff. 100. taxat Meſuem, qui exquiſitam à pituita fieri autumat.

Cauſa. pulmonum imbecillitas, ob quam illi

promptum eſt omnes ſuſcipere humores, nã poſt glandulas ad excipiẽdum fluxiones pulmo promptiſsimus, quòd videlicet, hic tres facultates imbecillas habeat, corpusq́; eius laxum, leue, rarum ſit. Viſcus quia laxum & molle, vndiq; à pituitoſiore, atque craſsiore inflammatur ſanguine, vt ſcribit Galen. 4. de ca. pul. Et quemadmodum pleuritis à defluxione bilioſa vt plurimum efficitur, ſic pulmonia à pituitoſa deſtillatione magna ex parte ortum habet. Item ab angina, à morbo laterali, ab aſthmate, aliis've morbis contrahitur.

Dignoſtica. Adeſt orthopnœa, id eſt, tãta ſpirandi difficultas tãtaq́; anguſtia, vt ſuffocari pneumonici videantur, ac erecti ſedere conentur. In his ergo multo eſt opus ſpiritu, ſed ob coartationem locorum parum inſpiratur, quare denſitas iacturam paruæ inſpirationis reſtaurat, ob id horum ſpiritus eſt paruus & denſus. Itaque omnes qui ob talem coarctationem ſufficienter inſpirare non poſſunt, ſtertoroſam faciunt reſpirationem; & in ſuffocationis periculum veniunt ſi decumbant, pulſus horum magnus, languidus, mollis cum multiformi inæqualitate. Inſuper adeſt tuſsis, thoracis diſtentio & grauitas, abſque dolore punctili. Malæ multo rubore ſuffuſę, quòd per ſputa deiicitur ſpumoſum eſt. Quod ſi membranæ quæ ſecundum thoracis longitudinem ſit connexæ inflammẽtur,

etiam

etiam dolorem punctilem æger percipit. In ſumma pulmoniæ indicia ſunt ſpirandi difficultas, cui & anguſtia & grauitas coniuncta eſt, cum acuta febri. At ſi intolerabile incendium fuerit, anguſtiæ verò, grauitatisq; minor ſenſus, eryſipelas ęgrotum vexare cenſendum eſt. Quum vtraque coſtarum latera dolitant pneumonia eſt, quum alterū tantū, pleuritis. Hippo. lib. de loc. in homine. Pulmonariis in vltimo pectoris adeſt rhogmos. Aurel.

Præſagia. pulmo ſi phlegmone arripiatur, letale. 6. epi. com. 2. A pleuritide pulmonia malū. A pulmonia phrenitis malum, periculoſior peripneumonia eſt, quàm coſtalis, & bilioſa deterior eſt. Meſueo teſte. In pulmonia alui profluuium malū, hæc ſanguinis fluxum non amat. Grauiſsima eſt in qua nihil expuitur, & quàm rariſsime ſpumoſum expuunt. Non repente, ſed paulatim ſtrangulat. Eam ſanat pleuritis ſuperueniens. 6. epi. com. 6. Ea forti affligente ſi abſceſſus ad crura deſcendat, bonum. 2. prog. com. 67. Si ſuppuretur, in vtraq; thoracis parte colligitur pus, ibi com. 59. Si pulmoniæ materia ad vrinæ vias terminetur, bono eſt, pneumonia ex angina nata, magna ex parte iugulat infra ſeptimum diem, aut tranſit in phthiſim.

Metho. m. In curationis initio è vena axillari dextra ſanguinis detractio prodeſt, in calida, ſcilicet, affectione, nam ſola ratione plethoræ, aut af-

fluxuri humoris, vena pertuſa in hoc affectu iuuat, nihil enim à pulmonibus, cordisq́; dextro ventriculo venæ ſectione educi poteſt. Sed vitanda ſanguinis detractio eſt, dum ex aliis morbis pulmonia dependeat, & ſi in ſtatu morbus fuerit. Topica nõ ſolum parti anteriori ſunt admouenda, ſed etiam poſteriori. In quibus maior eſſe debet in penetrãdo vis quàm in pleuritide, nã in penitiori loco affectio collocata eſt. Item omnia quæ in phlegmone pulmonis, thoracis, hepatis, ventriculi, renum, vteri, bibenda exhibentur, actu calida eſſe debent, quoniã ſemper aliquid per poros digeritur, aut per ſudores reſoluitur. Salubres ſunt clyſmi molles, glandes, & purgatio per caſsiam nigrã & mannam. ℞. medullæ caſsiæ ℥. j. ſucci ireos depurati ʒ. iij. cum aqua hyſſopi fiat potio. Aliud. ℞. mannæ ℥. ij. ſucci ireos ʒ. ij. cum decocto thoracico f. potio. Ab his reliqua curatio iiſdem quibus pleuritidi medemur tentanda eſt.

In cauſa frigida purgatur materia per pilulas coccias, vel ex agarico m. expectoratur verò per loch de ſcilla, loch ad aſthma, loch ſanum.

De empyemate. CAP. X.


Μπύημα eſt collectum in thorace pus. Empyiſis, id eſt, purulentia eſt ſuppuratio thoracis in medio ſpatio inter pectus & pulmon

monem. Suppurationes dici ab Hippocrate quoſuis abſceſſus in pus conuerſos palam eſt. 7.aphor. com. 43. In empyis pus quod medio ſpatio inter pectus & pulmonem continetur, ex pulmone expuitur. Et ſuppurati dicuntur, qui in ſpatio inter thoracem & pulmones collectam habent puris multitudinem.

Cauſa. abſceſſus vel inflammatio partium thoracis, aut pulmonis, vti ſunt peripneumonia, coſtalis, hæmoptyſis, ab angina ſuppuratio. Suppurati citra febrem ex ſeroſo aut pituitoſo humore fiunt, ex reliquo corpore in vacuum thoracis delapſo, illicq́; putrefacto. A capite deſtillatio humoris in thoracem, qui inibi alteratur in pusq́; vertitur. Puris enim generatio fit ab alteratione, quæ media eſt inter eam quæ eſt ſecundum naturam, & eam quæ præter naturam exiſtit. Pus etiam efficitur ex partium ſpiritalium vlceribus, nam vlcerum excrementum tenuius ſanies dicitur, craſſum verò ſordes, ſiue pus.

Dignoſt. ſuppurationis indicia tria ſunt, rigor febris, & pondus. Eius ruptionem indicant dolor, difficultas ſpirandi, tuſſedo, ſcreatioq́;. 2. prog. Purulentia cauſa phthoes, lib. de loc. in hom. febricitant pectore ſuppurati indeſinenter hecticem, vt ait Aetius, horum pulſus eſt inæqualis & inordinatus, cum parua reſpiratione. Pus eſt crudo humori

calore & crassitie simile, differens tamen odoris grauitate & lentore, nam iniectum carbonibus male olet.

Cur autem pus aquæ calidæ permistum descendit ad ima? An quod viscidum non sit, vt putat Nicolus. An verò quod ob adustionem graue redditur, vt sentit Gord. Equidem reor quod à putrescentibus leuiora elementa citius exhalant, & ob id ipsum quæ putrescunt grauiora redduntur, sed contrarium euenire videmus, nam cadauera in aquis mersa tertio vel quarto die attollũtur, quum scilicet, putredinem sentiunt, putredo enim corpora leuiora facit, sciendum insuper quod à pure optimo non separata est putredo, licet huiusmodi pus à naturali fiat calore, sed non plane vincente, & quæ præter naturam fit alteratio, cum olida putrefactione efficitur.

Præsagia. Empyj nisi repurgentur, suffocationis periculum his imminet, ob crassorum lentorumq; humorum copiam, asperæ arteriæ inhærentem. Quæ rumpuntur suppurationes sursum versus in vacuum thoracis locum, periculosiores sunt, quæ verò deorsum, in aluum & intestina atque in vesicam transfunduntur. Qui purulenti vruntur, aut secantur, si pus vniuersum effluxerit, omnes intereunt: si fluxerit candidum, sine fœtore seruantur, si subcruentum cœnosum've, pereunt.

Metho.

Metho.m.danda ſunt medicamenta attenuantia quibus & viæ aperiantur, & quæ deferenda per eas ſunt, diſſecentur, præſertim quum vel craſſæ ſubſtãtiæ ſunt vel glutinoſæ, qualia in empyis ſunt, humiditas quæ præter naturam continetur, curanda eſt omnimoda euacuatione. Itaque quæcunque in pulmone vel pectore cõtinentur ſuperfluitates cum tuſsi educuntur, aut à medicaminibus extenuantibus. Materia coquenda eſt, vt nõ putreſcat, ſed ſuppuretur, & in pus bonum vertatur. Concoquetur autem topicis vti oleis & emplaſtris. Si verò fuerit craſſa & lenta detergentibus, & diſſecantibus, hisq; detingibilibus, vt arteriacis & eclegmatis.

Remedia ſunt diahyſſopum, diapapauer, diaolibanum, diatragacanthum, eclegma de pino, loch ſanum, linctus è pulmone vulpis, diapenidion, confectio alba Meſues cap. de tuſsi humida. ℞. butyri rec. ℥.iiij. mellis, zuchari añ. ℥.j. amygd. amararum decorticatarum ℥.ß. miſce f. miſtura ſumpta ſubinde expectorat ſaniem. ℞. amyg. decorticatarum pinearum añ. ℥.ij. ſem. lini aſsi, orobi paſſularum rad. dulc. añ. ℥.ß. dactylorum numero iiij. ſucci glycyr. puri ʒ.iij. amyg. amaras iiij. cum melle & zucharo fiat loch, detergit pus, valet etiam in tabe. Aliud. ℞. pulmonis vulpis præparati ſucci rad. dul. conſeruæ adianti albi, ſem. fœniculi dulc. añ. ℥.ß.

cum

cum melle rosato vel syru.myrtino fiat linctus, abstergit, consolidat vlcera pulmonis & thoracis, & in phthisi præferendum est aliis remediis, vt asserit Clementinus.

Apud Valesc. sic ē. ℞ aq. capill. ven. aq. rad petros. et foenic. añ ℔ j. sacch ℔ j ß. fiat iulep. cuius vsu fuit curatus quidam Monspessuli.

℞. aquæ capil. veneris, radicum fœniculi & petro. añ. lib. ß. zuchari lib. ß. fiat iulepum. Ad idem syrupus expectorans pus in febre. ℞. tussilaginis adianti albi, anthos añ. m. j. sem. endiuiæ, citruli melonis añ. ℥. j. iuiubarum passul. rad. dulcis rasæ añ. ℥. ij. cum saccharo puro fiat. huc refer serapiũ & emplastrum Gordonij & Bert.

℞. carnis cancrorum fluuialium elixatorum lib. j. pista & tusa & cum farina ordei cõmista fiat emplastrum, maturat vomicam pulmonis. Ex pulmonibus exrrahunt difficiles excreationes leporis pili suffitu. Al. B. Aliud. ℞. styracis, terebinthinæ, sandaracæ, mastichæ añ. ℥. j. misce, fiat suffitus ad tussim, asthma & empyema.

Qui suppurati plurimum habent pus, adeo vt desperent per sputum posse expurgari, ex loci angustia, difficultate anhelitus qua maximè infestantur. Tales secandi, aut vrendi sunt, modo in sectione caueamus vniuersam euacuationem, vt iubet Hippocrat. 6. aphoris. At fieri punctura debet inter secundã & tertiam costam, à nothis costis computando. Si verò purulentia in vtroque sit latere, necessaria erit vtriusque lateris sectio: quia à latere

vno

vno ad aliud materia fluere haud quit, propter membranas, quæ in duas partes totum thoracem interſepiunt, ex huiuſmodi ſectione deploratos aliquot pleuriticos ſeruauimus.

In victus ratione aër ſiccus ſalubris, panis ſiligineus ſeu ſemidalites: vtatur etiam vino albo non fumoſo, carne gallinarum perdicum, vituli, hœdi, oua ſorbilia recentia, lacte aſinę, & caprillo, butyro recenti cum zucharo. Iuſculis carnis boni ſucci & facilis coctionis, iuſculo hyſſopi & braſsicæ, colatura furfuris, cremore hordei, & auenæ, iure capi cum croco, iuſculo cicerum alborum conueniunt inſuper ſtrobili, amygdalę, vuæ paſſæ, caricę, dactyli, aqua hordei, ptiſana vulgaris & aqua mulſa.

De hæmoptyſi, inde hæmoptyſici. CAP. XI.

EST ſanguinis expuitio, vel reiectio, quæ à pulmone vel ab aſpera arteria prouenit, ſicut ſanguinis excretio à ſtomacho, vt ait Herodotus. Sed differt ſanguinis ſputum à fluore, nam ſputum dicitur quum pituitæ permiſcetur, modicumq́; excernitur, aut congeſtum, fluor autem quum ſub qualitate multa ſanguis expuitur rutilans non congeſtus, vt interpretatur Aurel.

Cauſa, rexis, anaſtomoſis, diabroſis, id eſt, venarum ruptura, apertio, corroſio. Carne circa coſtas

detrita aliquo modo, multi ſanguinem expuerunt, lib. de articul. Vnde coſta affecta, & pulmone nihil violato, ſanguinis ſputum apparet, quando ſanguis in pectus ducitur, deinde in expiratione in aſperã arteriam transfertur. Sæpe etiam inuiolata cute, quæ fracturam tegit, effunditur cruor, ſic vt faſcias impleat.

Dignoſt. Qui ſpumoſum ſanguinem expuunt, his à pulmone eductio fit.

Præſag. ſputum ſanguinis niſi in tabifico ſit, omnino caret periculo. Qui euomunt ſanguinem ſine febre, ſalutare, cum febre malum. Sanguis per os effluens confert capitis dolori. Adoleſcentibus ſanguinis expuitiones. Sanguis per os emiſſus qualiſcunque fuerit malus. Omnis ſanguinis expulſio menſtruis exceptis, eſt toto genere prçter naturam. Omnium ægritudinum periculoſiſsima eſt hæmoptyſis, teſte Tralliano. Sanguinis fluor maximè ſemper periculo copulatur. Maximum incommodum ex pulmone ſanguinem reiicientibus, ob medicamenta aſtringentia thoraci impoſita accidit, lib. de conſt. ar. & v. ther.

Meth. m. Mora & dilatatio cum omnibus morbis nociua eſt, tum verò magis in ſanguinis reiectione, vt ait Trallianus, à quo Galenus notatur, quòd calidis & ſiccis in hæmoptyſi, quæ ab eroſione fit, vtatur. In ſanguinis reiectione primum

periç

periculum eſt, ne immoderata eius euacuatio fiat. Proinde laboranti iniungendum eſt, vt nec reſpiret vehementer, ac ſemper ſilentium agat. Vena cubiti interna protinus incidenda, à qua bis, terq; poſtea ſanguis eſt detrahendus, auertendi, ſcilicet gratia, tum artus omnes fricandi vinciẽdiq; ſunt. Ab his poſca diluta tepida potui offerenda, vt ſi in viſcere cruor concretus latitet, ſolutus expuatur, poſtea emplaſtica & aſtringentia ex poſca, vel malorum myrtorumq; decocto exhibenda ſunt.

Vbi verò ſanguis ſuppreſſus eſt, curatio eius quę ex reſeratione oſculi alicuius vaſis contingit, per obturationem fit oſculi dilatati. At eius quæ eſt ex vaſis ruptura, per conglutinationem, ſicut eius quę ex eroſione fit, per eroſorum renutritionem.

Obturatur autem os reſeratum per aſtringentia, conglutinatur ruptum per eadem, & per reſiccantia citra mordacitatem, & glutinoſum quiddam habentia, velut lemnia terra, & ſamius aſter. Renutriuntur corroſa per pharmaca carnem gignentia, & per cibos boni ſucci. Circuncidimus omne nutrimentum ſi æger ſit validus, ſin aliter ſorbitionis quod ſatis eſt, concedimus. Sed diſtributionis ratione, miſcenda ſunt aſtringentibus calida, & tenuium partium. Interdum etiam ſtupefacientia pharmacis congruentibus adduntur, tum quod ſiſtunt ſanguinem ſua frigiditate, & ſomnum conciliant,

liant, ſicq́; tuſsim mitigant. In ſumma apertis vaſis aſtringentia, ruptis glutinantia, exeſis ſarcotica, & boni ſucci alimenta remedio ſunt.

Primum auertere ſanguinē oportet à vena aperta vel rupta, ſecta cubiti vena interna, miſſo ſanguine quoties neceſſe erit per epaphæreſim. huc pertinent frictiones, & fotus ex aqua calida partium infernarum, ligaturæ dolorificæ, ſicyæ coxæ, natibus, & inguinibus affixæ. Mox bilioſum ſanguinem apparare oportet ſyrupo roſato, ex oxalidis ſucco ex omphacio, ex ſucco granatorum cydoniorum myrteo, cum duplo aquarum plantaginis portulacæ, ſolani.

Deinde bilis purganda ſyrupo roſato laxatiuo cum decocto corticum myrobol. citrearum. vel ℞. medullę caſsiæ nigræ ℥.j. rhabarbari ʒ.j. cū aqua plantaginis & ſolani fiat potio.

Glutinantia vlcus & quæ oris hiatum cōtrahunt ſanguinem ſiſtunt, vti ſunt folia portulacę cruda, in ore retenta, vel commanſa, tro. de terra ſigillata, & de carabe ex aqua portulacæ & plantaginis, cum ℈.j. penidiarum poti. Aliud. ℞. diatrag. frigidi ſolidi ℥.j. boli armeni ori. ʒ.j. terræ ſigillatæ ℈.j. cum ſyrupo myrtino fiant globuli vel hypoglottides. Aliud. ℞. tro. de carabe ʒ.j. tro. de terra ſigill. ℈.ij. boli armeni ʒ.j.ß. lapidis hæmatitis loti ex aqua plantaginis ℈.j. ſpodij ʒ.ß. coriandrorum præpa-

ratorum

ratorum granum vnum,cum ſucco plantaginis fiat maſſa ex qua formentur pilulæ vij.pro ʒ.ſumat iij. vel v.in aurora.

Aqua naſturcij pota ſanguinis reiectionibus prodeſt. Al. B. Alexis in ſuis arcanis laudat fimum muris potum cum ſucco plant.& zucharo.

Cortex ſuberis tritus & ex aqua calida potus ſanguinem fluentem per inferna & ſuperna ſiſtit.

Eius cinis ex vino calido potus ſanguinem excreantibus maximo eſt auxilio, vt ſcripſit Leonicerus.

℞. ſyr. myrtini & papaueris an̄.℥.j. boliar. ʒ.ß. ſumat in nocte, ſanguinem ſiſtit, & claudit orificium venæ ruptæ.

Et quia in hoc affectu minime à paruis incipiendum auxiliis eſt, ſed ſtatim vlcus glutinādum, ob id, circa initia opiatam exhibemus, videlicet, philonis perſici ℈.j. vel athanaſiæ ʒ.ß. repetatur remedium per iij.vel iiij.dies.

Ad hæmoptyſin ſine febre, purganda materia per interualla diluto rhabarbari cum mãna & cum decocto fructuum iuiubarum ſebeſten tamarind. & liq.& paſſul. Deinde ſumat omni mane & veſperi ℥.j.electarij ſequentis, quod recipit tro.ſtellæ ʒ.vj.zuchari roſati veteris,lib.j.miſce. Aſter eſt terra Samia Tralliano.Aſter Samius eſt talchum.Dio. à quibuſdam ſtella terræ vocatur, vim adſtrictoriam

riam insignem habet.

Ratio victus refrigidans, siccans, & astringens conuenit,& tenuis.lac idoneum est, coctum variis modis propinare iubet Tral.Iuscula carnis,inquit, vlcera magis detergunt, ventrem humectant, & febres intendunt,concedit mala,pyra, pepones,si febris,aut sitis affligat, de iusculis milium panicum oriza,cremor ordei,pisces glutinosi extremitatesq́; animalium,vinum austerum crassum dilutum aqua ferrata,aut calybata. Vinum quoque mali punici. Quies corporis & animi, silentium & somnus fluxus omnes cohibent, sed rubeus color hæmoptysicis nocet,testibus Galeno,& Mose.

De phthisi seu tabe. CAP. XII.


Abis tres sunt species apud Celsum, atrophia, cachexia, phthisis. Atrophia est affectus,in quo corpus non nutritur, quod sane intelligendum est, nam tandiu viuimus, quandiu nutrimur, vt est Aristotelis sententia 2.de anima φθίσις ἢ φθοὴ, id est, tabes est totius corporis cum febre parua extenuatio. Tabidi etiam dicuntur non solum qui phthoëm patiuntur, sed illi quoque qui huic malo obnoxij sunt. 4.aphor. com. 8. φθίσις à verbo φθίνειν dicta videtur.

Causa. tabes pulmonis vlcera insanabilia consequit

quitur. 7. apho. 16. Insuper efficitur à destillatione salsæ pituitæ, à nimio labore, ab affectu spinæ, vt vult Hippo. Destillatio à capite in pulmonem descendẽs maligna, tenuis, & corrodẽs. 6. epi. com. 3. ab empyemate tabes. v. apho. 14. lib. de morb. qui intus.

Dignost. tabidi hectica febri laborãt, nunquam cessante, phthoe pulmonis vlcus est cum febricula. 7. apho. 16. ferinus affectus de maligno dicitur, vel de tabe, quoniam in phthisicis vngues incuruantur, vt in feris. 6. epi. com. 2.

Præsag. Qui restricto sunt thorace, vt à tergo in modum alarum promineant, Alati dicuntur. 1. epi. com. 1. Alati ad phthisim sunt expositi. 3. epi. flatulentiq; sunt. 6. epi. Tabes maximè fit per ætates ab anno. 18. ad 35. v. apho. 9. fit etiam in autumno. 3. aph. 13. Tabidis autumnus malus, est morbus contagiosus. Difficilis eius salus, aut nulla. Tabitudo maximum difficilimumq; malũ. 3. epi. Si sputum graue olet, & capilli defluant, letale. Si capilli defluant superueniente alui profluuio moriuntur. v. apho. A puris sputo phthisis & fluxio, quum verò sputum retinetur strangulati moriuntur. 7. apho. 16.

Metho. m. consistit in causarum abolitione, primum si adest plethora, si per vires licet, sanguis detrahitur, si verò cacochymia purganda est. Insuper in tabe tria mala sunt, vlcus, sanies, aut pus, &

consumptio seu marcor, vlceri conuenit conglutinatio, saniei puriq; detersio, maciei verò analeptice, quæ per cibos coctu faciles, boni & multi alimenti emaciatum instaurat, hæc omnia præsidia lacti optimo insunt, nam serosa sui parte detergit, casosa ducit ad cicatricem & butyro nutrit, & reparat.

Vinum quoque album, aquosum, defecatum subdulce, cibus est, potus & medicina, siquidem nutrit, sitim sedat, abstergit. Adde quod velociter in calorem naturalem & spiritus conuertitur, sed vinum cum lacte non bibatur, ne in ventriculo lac cogatur.

Salubris etiam hordei ptisana est, quia nutrit, infrigidat, abstergit.

Ad hæc tria sunt, quæ cibi & medicamenti habent facultates, nempe mel, caro caudarũ, & chelarum, cancrorum fluuialium in aqua hordei elixatarum, & zuccharum rosatum, cuius vsu plurimos persanatos affirmat Auicen. recens potentius tergit, ad glutinandum vetus datur cum bolo armeni, vel sanguine draconis.

Ad idẽ. ℞. saccari rosati veteris ℥. vj. carabæ margaritarum non perforatarum, osis de corde cerui sang. dra. añ. ʒ. ij. macis opij añ. ℈. ß. misce f. elect. de quo sumat omni mane, & vesperi ʒ. iij. & superbibat modicũ de lacte asinæ vel capræ, vel aquam

deco

decoctionis hordei,& myrti.

Huc ſpectat ſyr.Gordonij,ſyr.electarium,& pul-uis Valeſci duo Salyceti remedia.

Electarium de pimpinella Sardi, fit autem ex puluere foliorum cum melle vel ſaccharo, de quo ſumat omni mane ʒ.ij.cum ℥.iij.aquæ pimpinellę, recens extillatæ.

Aliud. ℞.hyſſopum caricas & carnem cochlea-rum, quæ extillentur in balneo Manè ſumat huius liquoris ℥.iij.ſy. violati ℥.j.ß. miſce pro vna doſi, repetatur,confert etiam hecticis.

Aliud. ℞. ſanguinis hominis ſani,vel ſuilli, lib.j. carnis cochlearum & piſtarum,lib.ij.cinamomi ℥.ß.croci ℈.ij.extillentur in meta vitrea in duplici vaſe,doſis ℥.ij.cum zucharo roſato.

℞.Carnis cancrorum fluuialium in aqua hordei coctorũ, ſtrobilorum recẽtium,piſtaceorũ,præpa. amyg.dulc.decorticatarum paſſarum ſine gigartis ſem.cucumeris ſatiui & melopeponis purgati, q.ſ. ſingula ſeparatim conterito, quibus adde penidia-rum zucchari albiſsimi,q.ſatis ſit,ex aqua cochlea-rum deſtillata ad vnitatem redigito.

Pulmonaria in cibo ſumpta vel pota peculiari eſt remedio, conſiligo putatur. Radix, inquit Ve-getius,bibi debet ex aqua, haberiq; in ore aſsidue ſub lingua. Suum & pecorum pulmonum vitio la-borantium remedium præſens eſt,vel traiecta tan-

tum in auricula radix, vt tradit Plin. Vnde patescit, quòd magnus est consensus inter aures, & pulmonem, vt innuit Aristoteles in problematis, surdorumq; pulmones vitiatos esse putat.

An consiligo illa sit herba, quæ pecudum pulmonis vlcera ducit ad cicatricem, cuius meminit Auenzoar. 1.thersir.

De tergentibus etiam sunt serapia de rad. dulci, de hyssopo, de prasio, syru. adiantinus, cum aqua scabiosæ dupla, vel cum decocto pectorali, decoctum myrti & hordei cum puluere boli armenæ, siccat & ducit ad cicatricem. Ad idem pollet aqua boli arm. extilata, dosi ℥.j. cum vncia vna aquæ pimpinellæ pota per tres horas ante prãdium, benefacit etiam aqua vitæ cum bolo armenia pota. Quibusdam placet oleum de vitriolo cum aqua adianti potum. ℞. pulmonis vulpis præparati boli armeni añ. ℥.ß. capiat cum luteo oui sorbilis. Opitulatur terebinthinæ vsus frequens, quæ exhibetur cum ouo sorbili, huc refer tro. de camphora, sumẽdi omni die cum aqua pimpinellæ. Ex inspiratione aëris sicci vt mulieri fornariæ contingit, vlcus occaluit. In diuturnis malis terram commutare vtile. 6.epi. maximè vbi ad ambientem contrarium delatio fit, vt ad tabidas, 5.ther. In Aegyptum quosdã nauigasse prodit memoriæ Plin. Sed syluæ quæ picis resinæq; gratia raduntur, salubriores sunt quàm nauig

nauigatio Aegyptia, & pluſquàm lactis herbidos per montium æſtiua potus, vt ait Ruell. Lac vt dictum iam eſt, & præcipue humanum, aſinæ & caprillum competit tabidis, niſi adeò febriant. 5.apho. Tabidos cauentes ad ſuperiores purgationes. 4.apho. 8.

De cordis affectibus præter naturam. CAP. XIII.

IN corde duplex facultas, animoſa, & pulſatilis, vtraque ſub vitali continetur. Animoſæ actio eſt animi conſtantia, & firmitas, cuius offenſæ ſunt animus ablatus, vt in ſyncope, animus diminutus ſeu cadens, vt in exolutione. Corruptus velut in ira. Auctus vt in audacia. Nam functiones ſemper, aut auferuntur, aut diminuuntur à cauſa frigida, corrumpuntur verò à calida. Materia frigida & humida plerũque & aufert & diminuit, non tamen perpetuum, vt patet in ſuffocatione, & conuulſionibus à cauſa frigida. At pulſatilis facultatis offenſæ ſunt ἀσφυξία καὶ κακοσφυξίαι, id eſt, pulſus abolitiones, deprauationesq́;. huc etiam pertinent pulſus exigui ac diminuti, ita vt in pulſuum actione tria reperiãtur ſymptomata. Noſcuntur autem cordis affectus ex eius tum difficultatis ſpirandi formis, tum palpitatione, præterea ex pulſibus & eius & arteriarum, ex animi quoque concitatione, & demiſsione, ex febri-

bus, perfrictionibus, colorum differentiis & doloribus. Spiratio, magna celeris & frequens cordis calidum affectũ significat, parua verò, tarda ac rara frigidum, pulsus tum cordis tum arteriarum: magnus celer, & frequens calidum, contrarius frigidũ: Mollis humidum, durus siccum. Languidus permanens imbecillitatem. Sin modo languidus, modo validus apparet, plenitudinem instrumentum degrauantem indicat.

De exolutione, lypothymia, & syncope. Inde syncopati. CAP. XIIII.

EΚλυσις, id est, exolutio, λειποψυχίη animæ defectio, λειποθυμία siue λειποθυμίη, hoc est animi deliquium, pro vna eademq; re, hæc nomina sunt vsitata, vt colligitur. 1. ad Glauconẽ, & 2. apho. 26. Συγκοπὴ verò est præceps virium lapsus. 12. ther. vniuersarum, scilicet, ruina subita, vt Paulus interpretatur. Cuius differentiæ ducuntur à causis. Vnde dicitur cardiaca, quæ cordis, & stomachica, quæ oris ventriculi proprios affectus sequitur. 5. de loc. aff.

Causa. exolutionis gemina manifesta & interna. 2. apho. 41. Qui sano sunt corpore per medicamenta purgati celeriter exoluuntur, atque etiam qui prauo vtuntur cibo. 2. aph. 36. Exolutio sequitur stomachi & imbecillitatem, & sensum plurimum.

muni. Vnde quibuſdam in balneo accidit poſt longum ieiunium, & niſi prius aliquid panis aſſumant. Nonnullis etiam euenit propter longam in balneo moram, cui vitioſa ligua ſuccendebantur. Sequitur etiam virtutis animalis imbecillitatem, & vteri affectus, vt in locis prius citatis narrat Galen. Item à tuberculi intus ruptione fit exolutio, propter vitalis ſpiritus excretionem. 7. apho. 8.

Sciendum tamen quod ſi cerebro patienti cor non cõſentiat, anima quidem citra ſyncopem deficere poteſt, ſin cõdoleſcat, antecedet ſyncopem animi adfectus vt 1. ad Glauconem ſcriptum reliquit elegans in ſcriptis amicus noſter Acakias.

Sed aliter Aetius, nec fieri poteſt, inquit, vt animi deliquium citra cordis conſenſum ingruat.

Lipopſychia, lypothymia've, quia paſsio eſt magis intenſa, eaſdem relatas, ſed fortiores habet cauſas, his autem vehementiores ſunt ſyncopis occaſiones, quod ex Galeno elicitur. 12. ther. Crudorũ copia, inquit, ſi vires premat, & exiguos animalis meatus quibus perſpiratio agitur, obſtruat, ſyncopem affert, ſi verò nec oneret nec obſtruat, non ſyncopem, ſed animi deliquia infert.

Per intemperiem partium ſimilarium non accidit mors ſubita, ſed per dyſcraſiam inſtrumentalium talis contingit. 5. de loc. aff.

In ſumma, ſyncopæ duplex cauſa, videlic et, ſpi-

rituum, aut membrorum alteratio, & resolutio. Virium enim essentia quibus corpus regitur in certa spirituum, & solidorum quantitate, & temperamento consistit. Idicirco virium infirmitas, aut lapsus non nisi ex illorum substantiæ resolutione, aut temperaméti alteratione euenire potest, si rectum sui & obliqui index sit & regula.

Alteratur autem spiritus à causa externa, vt aëris corruptela, punctione, morsuq́; ferarum, & veneni assumptione.

Interna veluti timore, & gaudio, præsocatione. Extinctio animæ pathematis naturam sequitur, ob refrigerationem eueniens, suffocatio verò quum vniuersus sanguis ad principiũ cõfluit, deferturq́;. 2. de ca. sy. vasorumq́; repletione calor natiuus præfocatur. 1. apho. com. 3.

Itaque vt dictum iam est, spiritus resoluuntur ob animi affectus, vti gaudio, ira, dolore, aliis've perturbationibus. Quibus enim vitale robur infirmũ est, animi verò affectiones fortes, his animæ essentia facilè dissolui potest, præ gaudio nõnulli pusillanimes mortui, id est, mors ex pericharia, syncope ex dolore. 1. ad Glau. & 12. ther. plures irati animo defecerũt. 1. ad Glau. tamẽ ex iratis nemo mortuus est. 2. de ca. sy. Qui diu in carcere, aut loco obscuro detenti subito ad aërem luminosum veniunt, in syncopam incidũt, testibus Rabi, Mose, & Nicolo.

Memb

Membra alterantur dyſcraſia inæquali vehemẽter calida, aut frigida. Digeruntur atrophia, extenſione morborum chronicorum. Intenſione acutorum, omniq́; immodica euacuatione, ſed in his humorum quoque vitia compræhenduntur, quippe illorum penuria ſpiritus, & membra diſsipantur, copia verò, & qualitate præfocantur, alteranturq́;. Inde ſyncopa ab humorum crudorum copia, ab eorum præ tenuitate, ab erodente humore.

Dignoſt. præfatæ paſsiones ſemper contingunt interſeptis ſenſibus, & non liberis, ſiue cerebrum ſolum patiatur, non conſentiente corde, vt in exolutione, & animi defectu, ſiue cor primo affectum ſit, hoc enim facilè in ſympathiã iecur, & cerebrũ trahit, ſimul enim cum corde, omnes vitiãtur partes. 5. de loc. aff. Animi deliquium differt à ſyncopa, quòd illud abſque ſudore proſternat hominem, hæc verò cum ſudoribus omnino, quos vocant ſyncopticos Aetius.

Sudores reſoluto interdum corporis habitu proueniũt, vocaturq́; hoc malum ſyncope. 3. de ca. ſy. Remiſsio pulſus adhæret ſyncopi.

Fernelius in lipopſychia ægrotantem putat loqui poſſe, audire, videre, agnoſcereq́; præſentes, quum in ſyncopa omnes internæ functiones interceptæ appareant.

Sed

Sed verò consentaneum nō videtur, quod ait Fernelius, si quidem in suffocatione ab vtero, qui minor est affectus quàm lipopsychia, immobiles quędam iacent, sine sensu, & cum obscuro pulsu, & respiratu.

Præsagia. Morbi qui à corporis membrorum validissimo proficiscuntur, grauissimi sunt, vt sentit Hippocrates, lib. de nat. hum. Syncope his quibus ventris os inflammatur, procliuis est, lib. introd. pulsus intermittens non ita pernicialis senibus, & pueris, vt iuuenibus. 2. de præs. ex pul. Ea quæ fit animi defectio vacuationis ratione, est mensura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in adurentibus febribus, & vehementissimis doloribus. 1. apho. com. 23. Sanguis confluere prohibetur, propter animi deliquium. 5. ther.

Quum animus deficit, omnia quæ supersunt tenuia, ad ventrem currunt. com. 2. lib. de art.

Cor quicquid purulentum ac tenax habet, per os, & nasum euaporatoria propellit, authore Nemesio. Qui crebro, & vehementer citra manifestam causam exoluuntur, ij celeriter moriuntur. 2. apho. 41.

Metho. m. symptomatum curatio, causarum à quibus fiunt sublatio existit. 12. ther. sed indicationes non simpliciter à morbis, & symptomatibus, sed etiam à causis petuntur. 1. ad Glauconem. Vir-

tus

tus tot modis ſubleuatur, corroboratur've, quot modis labitur ac infirmatur. Cauſæ etiam quæ robur facultatis augent, & opprimunt, primo de præſag. ex pul. numerantur. Robur itaque ſoluitur alimenti penuria, morborum peruicacia, animi perturbationum vehementia, dolorum magnitudine, vel longitudine, & vacuationibus immoderatis. Grauatur materiæ copia, inſtrumentariarum partium vitiis, vt pote, inflammationibus, ſcirris, tumoribus, abſceſsibus, & corruptelis diuerſis. Virtus ſoluta exiguum languidum crebrumq́; pulſum efficit. Opreſſa inæqualem, & inordinatum. Velox ſtudium eſſe debet in curatione affectuum cordis.

Quinimo ſaluberrimum eſt in omni affectu præter naturam corroborare, quum illud origo ſit, totius vitalis potentiæ. Repletiones cordis nõ ſunt niſi à ſanguine, vel à vapore. At ſanguinis repletio, baſilicæ dextræ ſectione curatur, vaporoſa verò, baſilicæ ſiniſtri, cubiti phlebotomia.

Notandum inſuper quod medicinæ cordiales catharticis conſociandæ ſunt, & in tota curatione iſtis roborandum cor eſt, harum quædam calidæ, nonnullæ frigidæ, ſed commiſtas natura diſcernit. Medicina omnis odorifera cordialis eſt, vt aſſerit Auicen. 11. phen tertij. Quoniam verò cathartica omnia vẽtriculum vitiant, præcipueq́; os ipſius, quòd maximè ſit neruoſum & ſenſile, odoratorum

mixtu

mixtura commodè excogitata eſt, ne, videlicet ſola, ac ſyncera ipſorum facultas os vētriculi attingat.

Virtus vitalis gaudet cordialibus, animalis ſenſibilibus blandis, naturalis calidis, & ſiccis, vt ſentit Arnal. ſecus Capella, ſpiritus, inquit, animalis odoribus, naturalis dulcibus, vitalis vtrorumque, medius, vtriſque odoribus, ſcilicet, & dulcibus fouetur. Cor odore recreatum à ſe quæ nocent repellit, ſanè ſuffimentum grati odoris θυμοῦ ἴαμα rectè dicitur, id eſt, animi medela, & ſolatium, quòd langueſcens eo recreatur.

Notandum tamen, quod non protinus quod odoratum eſt, ſuaue eſt, quia non omne, id ſpiritui in cerebri ventriculis contento familiare eſt, ſunt enim odores grati & ſuaues cerebri ſpiritui familiares. Ingrati verò, & inſuaues, non, familiares, vt docet Gal. 4. S. Inde palam fit, quod odoris proprium eſt virtutem, aut recreare, aut proſternere, quòd recta feratur ad cerebrum, & ſpiritum, in quo animæ opus eluceſcit, ſed animam magis recreare videntur frigidi odores, quàm calidi, ob id, quod cerebrum calore ob motus aſsiduos infeſtatur.

In ſyncopes paroxyſmo ſpirituū in partibus externis paucorum reſolutio prohibenda eſt, aqua frigida, aut roſata faciei & aliis partibus nudis imſperſa, niſi ſyncope ſit à cauſa frigida, vel ab alui fluore, quem frigidamateries intro comprimens

au

augeret.

Si verò ſpiritus intro conculcati ſunt, foras ſunt euocandi frictionibus partium extremarum, ligaturis dolorificis, vellendo naſum, auriculas, pilos, ſicyis in coxis, & ſpathulis affixis. Sanè cum multa flãma ſicya in ſiniſtrũ armũ admota, reuocat ad vitã deploratos in omni cordis paſsione, nam obſtructa itinera ſpiritibus patefacit, & liberam virtutem reddit pluma galinæ acri aceto imbuta intra nares poſita ſtatim reuocat ſyncopatos, panis aſſus cum aceto piſtus, pulſibus adalligatus in panno lineo, hoc ſymptoma leuat.

Si autem ſyncope eſt ob magnam ſpirituum inanitionem, & penuriam, frictionibus, & dictis nunc remediis abſtinẽdum, quietiq; æger permittendus, hauſto vino, vel pane toſto vino imbuto, & odoribus ſuauibus admotis.

In ſyncopa ab æſtu, aut febris incendio reſolutis ſpiritibus, ſaluberrimum eſt aquam frigidam, aut roſaceã per ſe, vel cum aceto faciẽ rigare, & ſpiritus nutrire odoribus bonis, & non ſolum odoribus, & vino aromatico inſtaurandi ſunt, ſed etiam ouis ſorbilibus, carnibus bonis quales ſunt pullorum gallinaceorum capi, gallinæ, phaſidis perdicum turdi. Aqua capi extillata cũ bugloſſa in balneo Mariæ optima. Caro accipitris cum ſucco maioranæ eſitata confert Razis, & ex his iuſculo

intritis

intritis contusis. concretis, analepticis. Ad hæc lac acetosum butyro extracto potum confert, bracteæ auri, & argẽti margaritæ, hyacinthus, corallus, acor cytri, & limonis, succus mali punici, poma, pyra, cytonia, persica non solum esitata, sed & olfacta, olfactu etiam sanat cucumer magnus, huic malo medentur etiam myrobolani citreæ, & serapia frigida nota.

In causa frigida ratio victus calida, & sicca benefacit de cibis caro columborum, iuscula ex melissa, menta hyssopo, fœniculo, roremarino, vinum aromaticum vinosum dilutum aqua in qua aurum extinctum sit, gary. nux moschata, crocus, cinamomum, aromaticum moschatum conditum de citro, electarium de gemmis, elect. lętificans diambra. Cor olfactu roborat ambarum, carnabũ, ocymum, gallia moschata. Aqua buglossæ cum xyloaloe sumpta. vel conspersa in facie, vel in nares iniecta valet in omni syncopa ex frigore.

Hæc etiam ad syncopam à crudis humoribus ortam benefaciunt, optimaq́; est aqua vitæ pota, & panis assus optimo vino imbutus inspersus puluere ex cinamomo, & saccharo compositus.

Ad syncopam ex ventriculi repletione salubris est vomitus, & in ventris distensione, clysmus.

Ad syncopam ex inanitione instauratrix, & altrix victus ratio debetur, vt pote ex cibis boni

succi

ſucci concoctu facilibus vti ſunt iuſcula carnis ſalubris, aqua carnis, & ſuccus eius, quæ parum nutriunt. Appoſitio enim celeris non eſt diuturna, ob id frequenter, & in quantitate exigua propinanda ſunt. Quicunq; citiſsima adiectione indigent humidum remediũ ad recuperandas vires optimum eſt, vbi adhuc citius per odoratum, vt docet Hippoc. lib. de alim.

De cordis palpitatione. CAP. XV.

QVando cor non poteſt liberè diſtendi, & conſtringi, tremere, palpitareq́; ſentitur, ſi quidẽ ad vtrunque motum feſtinat, & neutrum bene peragit. Sic tremulus anhelitus fit, vbi ſuffocationis cauſa adeſt. Nam feſtinans ad vtrunq; reſpirationis, & expirationis motum, neutrum perficere poteſt. In partibus etiam neruoſis deprauatus motus accidit, virtutis animalis, & morbi per cõtrariorum motuum ſucceſſum partem nunc dimittentium, & nunc attollentium.

Eſt igitur παλμὸς, id eſt, cordis tremor, creber, & velox motus palpitationi ſimilis, qui etiam vocatur καρδιωγμὸς. 4. aph. com. 65. Sed motus cordis qui in pulſibus fit, ſecundum naturam operatio eſt. Contra quæ in palpitationibus fit motio, non èſt ſecundum naturam, ſed affectio. 6. de plac. Motus enim cordis naturalis triplici fibrarum genere,

ex quibus caro eius cõflata eſt, à natura perficitur. 7.de v.part.& de anato.admin.

Differentiæ palpitationis quædam cõtinua eſt, alia interpollata periodica,& nõ periodica,typica, & non habens acceſsiones ordinatas, palpitatio cordis à tremore differt, ſecundum Tornamiram, & ſaltus cordis ab vtroque, vt retur Montag.

Cauſa externa. aër peſtilens, morſus ferarum, hauſtus veneni,eſus fungorum, ſpes & timor. Cor homini animalium vni palpitat: quia homo ſolus ſpe rei futuræ mouetur, vt ait Ariſt. 3.de par.anim.

Interna verò vel eſt proprius cordis affectus, nempe dyſcraſia inæqualis ſimplex, aut compoſita ſine,vel cum materia, ex qua cor infirmum imbecillum've redditur. Nam palpitatio repletio cordis eſt à ſanguine,vel à vapore,vt ſentit Auic.

Præterea palpitatio incidit per conſenſum totius,vt in febre peſtilẽti,per conſenſum pulmonis, ventriculi, ſplenis, inteſtinorum vterique.hinc eſt quod cachecticæ virgines omnes ferè cordis palpitatione vexantur,nã vbi ventris torpedo, inibi vaſorum turbatio.6.epi.palpitatio à flatu in pericardio contento,apud Torn.qui cor ne attollatur impedire poteſt,haud diſpariliter fieri poteſt à tumore pericardij aqueo, vt in ſimia, vel carnco, vt in gallo,aut à ſanguine, vt in iuuene quẽ ſanauit Gal. ſanguinis detractione, vt plurimum palpitatio fit à

calo

calore,& raro à dyſcraſia humida, vt ſcribit Razes in diuiſ. Nos vidimus cordis magnum tremorem cum exolutione ex magna copia pituitæ vitreæ in ventriculo coaceruata, in nobili à Turnone Comitiſſa, vterũ gerẽte, quæ operula noſtra cum Dei auxilio ſanata eſt.

Dignoſtica, ab eſſentiæ ratione ſupraſcripta ſunt petẽda, palpitatio ſentitur cum pulſu inæquali, at inæqualis non euenit ex vſu immutato, ſed ob offenſam facultatis vel inſtrumentorum. Cor ſi laboret inæquali dyſcraſia, pulſus vniuerſos variè inæquales efficit. Macies præcedit, vel cõſociatur, vt in ſimia & gallo. 5. de loc. aff. Si cauſa calida ſit, tremor eſt cũ febri, ſin frigida, febre vacat. 9. Manſoris. Cordis dyſcraſiæ protinus cæteris partibus communicantur, earumq; comes eſt, imbecillitas.

Præſagia. cordis tremor pluribus ſanis ſine alio accidente euenire viſus eſt, & omnes ante ſenectutem morte præuenti ſunt. 5. de loc. aff. In febribus cardiogmos ἰατικόν. per cardiogmon nonnulli palpitationem intellexerunt. 4. apho. com. 65. panniculus cor ambiens quomodocunque affectus, nullum affert periculum, niſi ipſo inflammatione affecto, cor conſortij lege afficiatur. 5. de loc. aff.

Metho. m. Curatio fieri debet per ſingularum cauſarum ſublationem. Aëris ratio præcipua eſt habenda, vt qui inſpiratus ad cor, mox penetret,

citoq́; iuuet, vel noceat. Magna ex parte fit à calida occaſione, ob id Manſor ab axillari vena ſanguinē detrahere iubet, & tro. de camphora ſucco malorum acidorum leuigatos in potu præbet, & lac ex quo butyrum preſſum eſt, ne forte continuus trochiſcorum vſus noceat, ſuperbibere conſulit. Mediana vena cardiaca dicitur, quoniam per eius inciſionem plus ſpiritus, & caloris innati educitur, quàm per baſilicæ ſectionem, ſi credimus Valeſco.

Micationi cordis ab occaſione calida confert ſyr. acetatus ſimplex, ſyr. de acore citri, ſy. de limonibus de oxalide, ſy. de pomis, ſy. de punicis acetoſis, de omphacio, cum duplo aquarū intybi. nympheæ, violarum, borraginis, bugloſſæ, zuccharum ſalubre eſt roſatum, bugloſſatum, borraginatum, violatum. Succinum potum cōfert in omni cordis tremore in calido cū aqua acetoſæ, in frigido cum aqua meliſſæ. ℞. margaritarum ʒ.j.ß. hyacinthorū ʒ.ß. cinamomi, gary. macis añ. ℈.j. folia auri, & argenti añ. numero decem, zucchari ſoluti in aqua roſ. & bugloſsi q. ſ. fiat electarium. Aliud. ℞. ſmaragdi, carabæ añ. ℈.ß. hyacinthorum, ſe. ocymi añ. ℈.j. formentur pilulæ v. dentur in vehementi acceſsione. ℞. oſsis cordis ceruini piſti ʒ.ß. foliorum auri ℈.j. ſumat ex aqua bugloſſæ, vel ex vino albo oligophoro.

In cauſa. frigida opitulantur electarium de gemmis

mis lætificans Almenſoris de citro, & aliud Regum, diamargariton, & electarium Cõcil. ad omnẽ cordis paſsionem calidam & frigidam optimum, quod recipit ſucci pomorum dulcium, & bugloſſæ añ. ℥. v. doronici corticum citri, florum bor. roſarũ, been albi, & rub. coralli, raſuræ eboris añ. ℥. ß. ſpodij, macis, galliæ moſch. carabæ, oſsis cordis cerui, ſantali rubri añ. ʒ. ij. ſem. ocymi folij ſem. myrti, & meliſſæ coriandrorum, cinamomi cubebæ, cardamomi, galangæ, zedoariæ, nardi xyloal. ſetæ minutim inciſæ, croci añ. ʒ. ij. omnium myrobol. ℈. iiij. marg. ambarũ añ. ʒ. iij. hyacinthorum berillorum, ſmarag. ſardiorum ſaphi. granatorum añ. ʒ. j. ambari, & canforæ añ. ℈. ij. moſchi ʒ. ß. zucchari q. ſ. fiat confectio.

Aliud noſtrum minus operoſum in cauſa calida. ℞. margaritarum ambarum añ. ʒ. ij. coralli ʒ. j. hyacinthorũ ʒ. j. ß. ſuccini albi ʒ. ij. ſpodij ʒ. j. ß. raſuræ eboris ʒ. iij. oſsis cordis ceruini numero iij. ſantali albi, & rub. been albi, & rub. añ. ʒ. j. raſuræ cornus Monocerotis ʒ. ß. ambari ℈. j. camphoræ ʒ. j. folia auri xij. folia argenti iiij. zucchari roſati ſolidi q. ſ. ad bonum guſtum fiat pul. doſis ʒ. j. ex vino albo diluto aqua in qua aurum candens obrizum extinctũ ſit. Aliud. Conſeruæ viol. bor. bugloſſæ nenuffaris roſarũ añ. ℥. ß. marg. ʒ. ij. hyacinthorũ, ſmaragdi, ſaphiri, ſe. acetoſæ & citri coralli añ. ʒ. j. ſantali albi, &

rub. ſpodij been añ.ʒ.ß. oſsis cordis ceruini ℈.j. doronici ʒ ß.coriand. præpa.ʒ.ß. cum zuccharo f. conditum auro coopertum.

Aliud noſtrum in occaſione frigida. ℞. pul.aromati roſati moſchati, garyophyllati, & Gabrielis, añ.℈.j.pul.diambræ ℈.ß.ſpodij ʒ.j.ß.ſantali albi, & rubei añ. ʒ. ß. carabæ ℈.iiij. xyloaloes ℈.ij.fiat puluis,& cum conſerua roſarum borraginis, & radicum bugloſſæ fiat conditum deauratum, de quo ſumat inſtar caſtaneæ, poterit ſuperbibere ℥.j.ſyrupi de ſucco borraginis. ℞.fragmentorũ ſmaragdi carabæ añ.℈.ß.ſem. ocymi hyacinthorum añ.℈.j. raſuræ cornus Monocerotis ℈.ß.fiat pul.de quo ſumat per ſe.vel cum ſy.de bugloſſà.Aliud.ſuccini ʒ.j. ſmaragdi grana iij. folia auri octo propinetur cum aqua bugloſſæ,& vino.

Gemmarum vſus in aſſumendis non placent Alb.B.crocus diſplicet Raſio,quia vermes generat. Sicya inter ſpathulas affixa laudatur à Raſio,ſed nõ probatur Auicennæ, quia ſtomachum debilitat, ſicq́; cordis tremorem generat.

Curatio palpitationis in ipſa acceſsione. Materia à corde ad partes ignobiles auertẽda eſt, frictionibus partium extremarum ligaturis dolorificis cucurbitulis,clyſmis, & phlebotomia, ſecare venã malleoli conſulit Gatti.vtiliſsimaq́; eſt venæ internæ ſectio in gibero dextro in cordis repletione ſanguinea,

dextro./

guinea, vel in ſiniſtro in repletione vaporoſa. Victorius conſulit affigere ſicyã in cordis regione eamq; ibi ſinere per horulam. Cor etiam roborãdum eſt per aſſumpta, & admota.

℞. aquæ roſarum ℥.iiij. aquæ mẽthæ ℥.ij. pul. foliorum roſarum rub. ſpodij ſantalorum omnium añ. ℈.ij. moſchi ambari añ. grana.ij. aceti optimi ℥.j. vini maluatici ℥.ß. miſceãtur omnia puluera cum liquoribus in ampulla vitrea ſtricti orificij pergameno pertuſo operculata, olfaciat, & inſpergatur vultus, his enim odoramentis ſeruãtur vires. ℞. roſarum rub. ℥.ij. florum borrag. ℥.j.ß. ſem. meliſſæ ʒ.ij. maioranæ, mẽthæ añ. ʒ.j. ſpice ℈.j. ſpodij ʒ.j.ß. carabæ ʒ.ij. ſerici vſti ʒ.ß. ſantali albi, & rub. foliorum citri añ. ʒ.ij. pul. diamarg. frigid. ʒ.ij. marg. ʒ.ß. xyloaloes maceris cinamomi nucis moſ. añ. ʒ.ß. panis vſti in vino macerati ℥.v. cũ aqua roſ. moſchata, & ſucco borr. fiat maſſa, ex qua fiant emplaſtra cordi admouenda, & ſæpius permutanda. huc etiã pertinent malagmata, cerotaria, vnguenta, & epithemata cordialia.

℞. pul. diamargariti frigd. ʒ.j.ß. carabæ ʒ.j. been albi, & rub. añ. ʒ.ß. pul. lætificantis Razis ʒ.j.ß. ceræ albæ puræ q.ſ. fiat ceratum pro corde.

℞. olei nympheæ ℥.iij. pul. florum nympheæ luteorum ʒ.ij. ſantali rubei ſe. acetoſæ corall. añ. ℈.j. marg. oſsis cordis ceruini añ. ℈.ß. camphoræ grana

Gamerij vngu. opt. calid.

na iij.cum cera alba, & rosaceo odorifico f. vngu. pro corde, in affectu calido.

℞.pul.lætificantis Rasis, elec.de gemmis, diamargar.frigidi añ. ʒ. ß. pul. diamoschi dul.℈.j.fragmetorum omnium hoc est hyacinthi granati, rubini, sapphyri smaragdi, añ.℈.j. vini maluatici ℥. iiij. aquæ rosarum, acetosæ, nenupharis, buglossæ añ. ℥.iij. misce fiat epithema.

℞.panis bis cocti, assi, macerati in acri aceto, & pisti lib.j.fiat malagma, quod pulsibus brachiorum applicetur.

Aliud.panis infusi in vino optimo ℥.ij.maioranæ ʒ.ij.macis ʒ.j.ß.moschi ℈.j.santali albi & rubei añ.ʒ.ij.coralli albi,& rub.rosarum añ.ʒ.j.cum aqua ros.& succo buglo.fiat empl.pro corde.

℞.ambari xyloal.añ.℈.ß.ossis de corde cerui ℈. ij.carabæ ℈.j.f.puluis,& bibatur ex aqua ros.

Aliud.℞.fragmentorum gemmarum añ.ʒ.ß.corall.amborũ añ.ʒ.j.ossis cord.cerui, spodij, carabæ añ.ʒ.ij.xyloal.croci añ.℈.ß. ambari grana. ij. crystalli ʒ.ß.cinamomi ʒ.ij.zucchari rosati solidi ℥.j. vtatur in eduliis,& cibariis.

Aliud. fragmẽtorum rubini granati, hyacinthi, smaragdi, sapphiri, margaritarum, añ.℈.j.corallorũ ℈.ß.ossis de corde cerui vnicornu añ. ℈.ß. moschi grana.ij.ambari grana.iij.foliorum auri, & argenti añ.gra.vj.fiat puluis.

Ad

Ad tremorem in quo non eſt excellens caliditas, aut frigiditas. ℞.carabæ,margaritarum,corallij añ.ʒ.iij.ocymi,garyophyllati,xyloa.añ.℥.ß.coriãd. præpa.ʒ.ij.ß.fiat puluis,ſumat ʒ.j.cum ſyru.cytoniorum.

Aliud. ℞.margaritarum,ſpodij, granatorum añ. ʒ.j. ſantalorum omnium raſuræ eboris vnicornu añ.ʒ.j.hyacinthorũ ſapphiri coralli albi,& rub.carabæ añ.ʒ.ß.oſsis cordis cerui ʒ.ß.moſchi grana ij.ambari gra.iij.folia auri v.ſacchari albiſsimi diſſoluti in aqua roſarũ & bugloſſæ q.ſufficit. fiat electarium in rombis,ſumat ʒ.ij.ß.pro doſi. Ad palpitationem ſyncopam,& omnem cordis affectionẽ. ℞. limaturæ auri ʒ.j.been albi, & rubei añ.℥.ß. margaritarum perforatarum,& integrarum añ.ʒ.j. oſsis cordis cerui ʒ.ß.fiat puluis,vtatur in cibo, & potu. Confert etiam puluis blatæ byzantiæ potus ex ſyrupo borraginis. Os cordis cerui ex vino cum aqua roſ.vel bugloſſæ potus purgat atram bilem à pericardio, corq; roborat, teſte Roſario. ℞. pul. cordis ſimiæ aſsi,& ſiccati ʒ.j.ſumptus cum melicrato roborat cor, auget audaciam, & tremorem ſanat, atque epilepſiæ cõfert, vt refert Razes, & Varig. laudant etiam induſium rebus odoris ſuffitum, & geſtatum.

Os cord. ceru[i]

Cor ſimiæ?

De his quæ lætitiam dant, & gaudium

cumulant. CAP. XVI.

DE assumendis, borrago, buglossa, nepenthes homerica, crocus, citrum, aurum, hyacinthus, margaritæ, melissa, vinum odoriferum, lactis potio, aurum, ambarum, confectio Alkermes, sena, myrobolani, conditum de pomis, diamargariton, dianthos, electarium de gemmis, lætificans Rasis, diasenæ.

Periapta. & amuleta, Adamas lapis iram domat, Andromeda lapis sedat animos calẽtes. Idem præstat Alectorius, ex lapidario, & Alberto. Alkyon auis in domo sita, seditiones, & lites auertit, Kiranus. Berillus mitem facit in moribus. Chelidonius niger regum mitigat iras. Corneolus in anulo gegestatus reprimit iracundiam corã iudice in causa litis, lapis genosia mitigat iras, lapis selenitas amorem conciliat, omnia hæc sumpta sunt ex lapidario & Alberto. Enulam iram aufert, xyloaloes secundum Auic. Idem pollet, sed onyx collo vel digito suspensus tristitiam animiq; imbecillitatem inducit. Serapio, & Albertus. Carbũculus, balagius, rubinus, granatus cor reficiunt, vt ait Rueus, Sanè in confesso est apud hiatraleptas, medicos philosophosq; omnes, gẽmas lapillosq; pretiosos vim quandam ad quædam medicamẽta, & ad morbos retinere. Nec est quod rideat Volaterranus, in achate castitatem, in Sarda lætitiam, in topacio securita

curitatem ſi in ſiniſtro brachio fuerit, quoniã gemmæ earumq́; occultæ facultates, à cælo ſunt, & ſola experientia innoteſcunt. Quid quod idem fidem impendit periaptis amuletisq́;, vtpote cryſtallo, ſuccino, corallio, ſmaragdo, adamanti, chryſolitho, Topatio, & iaſpidi.

De mammillarum affectibus. CAP. XVII.

LActis defectus infantibus magis quàm mulieribus grauis eſt, vt ait Aetius. Accidit autẽ propter ſiccam mammillarum, aut totius corporis intemperiem, vel ob ſanguinis boni paucitatem, vel ob id quòd infans imbecillus non probe ex mammis ſugit, quanto enim plus ſugendo ex illis adimit, tanto magis ſanguis attrahitur, vt refert Aegineta. Itaque oppletis venis communibus, quæ à mammis pertingunt ad vteros, lac plurimum gignitur, teſte Gale. 5. apho. com. 52.

Metho. m. eſt cauſas auferre, & ratione victus boni ſucci, & moderata vti. Lactis enim, & ſeminis effectrices facultates ſunt partim in medicamentis tantum, partim in alimentis. In medicamentis quidem, quum ſuccos pituitoſos excalfacientes in ſanguinem vertimus. In alimentis verò vbi videlicet, boni ſucci ſunt, & humida ac tepido calida, ceu & ipſum lac.

Reme

Remedia.ſanguinis ad mãmas attractio fit earum frictione, exuctione, fotu calido,& humido, phœnigmo, ſicya inani, ſeu leui ad radices mammillarum admota. ℞. pulueris ſem.aniſi ℥.ij.ß.ex iuſculo caulium bibat quando it dormitum. Vel ℞.ſem.aniſi, ſiſeleos añ.ʒ.ß.cryſtalli ℈.j.cum zuccharo,& vino albo fiat potio, pro duabus doſibus. Confert aqua ordei cum ſem.fœniculi pota. Item pulueris ſem.viticis decorticati piſti ʒ.j.cum decocto anethi exhibetur:benefacit & ſerpyllũ potum. ℞.ſem.pſylli integri ʒ.j.ß.ſumat in potu ex vino omni die, multum lac generat. Idem præſtat cinis vnguis capræ potus, vt prodidit Raz.Angel. Cato medicus,& Archiepiſcopus Viennenſis laudat cinerem linguæ vaccæ, ex iuſculo, vel vino potum. Ad idem facit decoctum hyperici bibitum, & oua perdicis ſorbilia pota:Item illita mãmis cum adipe anſeris remediant. Quanidros lapis vbera lacte replet. Et ſapphirus illitus idem pollet. Et galactites pro amuleto adalligatus.Alb.lapi.Aetius.

De lactis abundantia. CAP. XVIII.

Σ Ϛπαργάνωσις eſt lactis abundantia, quæ à boni ſanguinis copia efficitur. Indeq; mammæ fiunt turgentes, ſuiq; lactis impatientes.

Curanda eſt igitur veluti plethora, hoc autem eſt

eſt ſanguinis miſsione, inedia, & digerentibus medicamentis. Sanguinis miſsio in diuerſionem fieri debet ex ſaphea. In hoc etiam pubi admouetur ſicya, & infernæ fricantur partes. Ab his repellentibus vtendum, quæ papillis illinuntur, vel applicantur mammarum baſi, ex ſucco plantaginis, ſolani cum roſaceo, folia lapathi maioris ſuperpoſita iuuant, efficax eſt cicuta piſta admota, poſtremo adponuntur digerentia, ſiue ſiccantia medicamenta ex millio ſale & farina fabarũ, & chamæmeli. Item lac auertes emplaſtro facto ex farina fabarum, & fœnugræci cum oliuo. Valet inſuper apiũ appoſitum, baſilicum maius, & ocymum, fecem vini non vſtam cum aceto perunctam commendat Dio. Lac trahunt ampullæ in aqua calfactæ papillis appenſæ.

Ad thromboſim. CAP. XIX.

Θρόμβωσις ſiue lactis grumeſcentia, quæ magna ex parte ſequitur ſparganoſim.

Cauſa, à caliditate fit tenuem lactis partem digerente, & quod reliquum eſt, exſiccante. Idem à frigiditate congelante accidere poteſt, vt diſputat Auic. 12. tertij.

In principio leuiter reprimentibus vtendum eſt, velut eſt ſpongia poſcha pura imbuta, furfures cum aceto cocti ſalubriter imponuntur mammis

appo

appoſita mentha non ſinit lac denſari. Apium viride impoſitum prohibet ne lac in grumos coeat, grumosq́; factos diſſoluit. Cæræ albæ grana decem millij magnitudine quotidie hauſta, lac in lactantibus non patitur coagulari. Dio. Grumeſcentiã item diſſoluit ammoniacum cum aſſa fœtida cæra, & oleo ad formam emplaſtri redactum.

Ad excreſcentes mammas. CAP. XX.

FOlia epimedij cum oleo trita, & impoſita mammas virginum cohibent, idem efficit cicuta cum coma trita & impoſita. E cote naxia quod exacuendo ferro deteritur, illitum craſsitiem arcet. Dio. huc pertinet vnguentum veſpertilionis Pandec. Epithema cum ſucco acacitiæ. Serap. Epithema ex ſucco foliorum, & ſemine lapathi. Aliud ex puluere libani cum aceto, plat. Obline cruore porcelli, lib. de fac. para. ℞. aluminis, ceruſæ, plumbi vſti, lentis toſtæ añ. ℥. j. cum ſucco plantag. fiat epithema. ℞. lomẽti fabarum, lib. ß. olei roſati ℥. ij. ſucci cichoreæ & plantaginis añ. ℥. j. pulueris putaminis ouorũ perdicis ℥. j. fiat emplaſtrum, lac arcet, mãmas erigit. & prohibet eas increſcere.

Ad pendulas, & rugoſas ex putamine ouorum perdicis, & cæra fiat cæratum vel illitio, eas erigit. Aliud. ℞. radicum liliorum alborum cum cæra, &

oleo

oleo fiat cæratum. Epimedium vberibus illitum ea recta ſeruare poteſt.

Mammarum duritias emolliunt, & diſcutiunt empla. diachylum, & corigiola tuſa cum butyro recenti miſta, impoſita. Ad rhagades ſiue rimas, illine papillas ex amylo ſoluto in aqua roſarum. Aliud. ℞. corticis interioris ſambuci albi ℥. ij. adipis gallinæ ceræ albę an̄. ℥. ß. fiat linimentum. Duritias antiquas vberum, & teſticulorum eryſimum iuuat.

Ad abſceſſus mammarum, inteſtina terræ cum polenta terito, & imponito. Vel ex foliis lapathi cum adipe porcino ſimul coctis fiat cataplaſma.

Ad mammillarum vlcera. ℞. lutea ouorum vij. mellis deſpumati, lib. ß. vini nigri, lib. j. ß. bulliant lento igne agitando ſpatula, vſque ad ſpiſsitudinē, vſus erit in linamentis, & ſpleniis. Detergens ſine morſu, & repellens in vlceribus. ℞. mellis roſati colati, terebinthinæ lotæ cum vino albo an̄. ℥. ß. roſacei ℥. ij. bulliant vnica ebullitione, vltimo ponendo mel. Aliud. ℞. conus cupreſsi caſsiæ ligneæ, gallarū an̄. ℥. ij. aloes thuris an̄. ℥. j. lithargyri ℥. iij. fiat puluis qui maceratur in vino claro per tres dies, deinde bulliant ad mellis craſsitiem.

Ad fiſtulā mammillarum Gord. laudat vnguentum de aſſa fœtida, & lotionē eius ex vino in quo myrrha bullierit, mox imponatur linamentum illitum vnguento quod recipit ſarcocollæ, aloes an̄. ℥.

iij.

iij.cum melle fiat. Aliud Salyceti. ℞. hyſſopi iridis radicis dulcis,añ.℥.j.croci ʒ.j.fiat puluis de quo ſumat omni mane ʒ.j.cum vino calido detergit fiſtulam potus.

In corruptione vberũ. ℞. boliarmeni ʒ.ij.camphoræ grana.iiij.cum aquato oui miſce,& in goſsipio impoſita mãmæ applicantur, arcet enim vberis necroſim.

Sciendum autem eſt, quod mammilla ex vlcere affecta raro ad ſanitatem reducitur, niſi altera ſana à lacte exſiccetur. Exſiccabitur autem lac,ſi Aegra puſioni lac ſugendum nõ dederit. Mammillæ ſubſtantia quia mollis,& ſpongioſa, ſi exulceretur pus contentum non libere effluit, ob id variis in locis incidunt vlcera.Mammę tenues penuriam ſanguinis indicant,vt duræ illius multitudinem.Solidæ in prægnantibus ſunt omnium commendatiſsimæ, vtpote, exiſtentes mediæ inter flaccidas, & renitentes, his plus humoris ad conficiendum lac influit. 8.& 9.menſe conceptionis, quando oppletæ ſunt venæ communes mammillarum, & vteri.

De morbo pilari. CAP. XXI.


MOrbus pilaris eſt dolor in mammis, ſi poculo pilum forte hauſerit mulier, nec ſedatur dolor,donec pilus vel preſſus exeat ſponte,vel cum lacte exugatur,vt adnotauit

notauit Aristot.7.de nat.animalium, huic subscribit Alsaharauius. 14.practicæ. Ad hũc morbũ illinitur cãcer fluuiatilis, aut marinus pistus. Aut carnes muricum, seu conchyliorũ illitæ. Plin.lib.32.

De cancro in mammilla. CAP. XXII.

CAncer est tumor durus, inæqualis, rotundus venosus, id est, venas habens in circuitu turgidas, & exaltatas, liuescens siue fuscus, & colore magis quàm inflamationes nigricans, calidus, sed nõ adeo, vt inflammationes, subito accrescens, ægros maximè fatigans, & perpetuo ferè dolore affligens, licet Paulo sit indolens, Græcè *καρκῖνος* & *καρκίνωμα* dicitur.

Causa. gignitur ex atra bile. 14. ther. & lib.de tumo.præter nat.& lib.de atra bile. Si verò humor fuerit mitior, occultum cancrum sine vlcere efficit. Contra si acrior, maligniorq́; materia fuerit, cutim erodit, & carcinoma facit cum vlcere. In cancro futuram exulcerationem portendunt vehemens caliditas, & pulsatio.

Præsag. Cancros latentes eos non curare præstat. 6.apho.38.iuxta illud Poëtæ.

Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

An morbus insanabilis carcinoma? Gal.fatetur cancrosum tumorem in mammilla cuiusdam mu-

lieris ortum ſanaſſe, valenter & crebrò illi atram bilem expurgans in vere,& autumno.7.aph.com. 47.nanque.

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt
Et data non apto tempore, vina nocent.

Nec diſsimili curatione, nos quoque nobiliſsimam quandam Comitiſſam à carcinomate mammam occupãte liberauimus. Id nondum inueteratum erat.

Metho. m. primùm, oportet humoris melancholici generationẽ prohibere, proba victus ratione humectante ac refrigerante. Mox ſuccum atrabilarem per totum corpus diſperſum purgare, humoremq́; qui locũ affectũ occupat regerere omnino, vel digerere. Ab his particulæ laboranti robur adferre, ne quid humorum redundantiæ ad eam confluat.

Remedia. In redundantia melancholica detractio ſanguinis conuenit non modo ſecta in cubito vena, ſed etiã ex ſaphea, vel è vena poplitis, & per hæmorrhoidum euacuationem. Deinde medicamento nigros humores per inferiores partes, & peſſum purgantibus vtendum: quia humor melancholicus grauis eſt. ℞. ſyrupi de epithymo ℥.j.ſy.de pomis ſimpl.℥.ß.aquæ acetoſæ ℥.j.aquæ bugloſsi ℥.ij.miſce pro vna doſi repetatur pro tribus, ſumat mane. vel ℞.ſyr.de fumaria maioris ℥.j.ſyr.violati ℥.ß.

℥.ß.aquæ acetoſæ lupuli,& borrag.an̄.℥.j.miſce.
De melanogogis clementioribus ſunt diacatholicum, diamanna. vel ℞.mannæ, medullæ caſsiæ nigræ an̄.ʒ.vj.confect. Amec ʒ.ij.ſyr.viol.℥.j. cum decocto florum & fruct.cord. fiat potio. Aliud.fumariæ,thymi, ſenæ ori.an̄.ʒ.j.polypodij ℥.j. vuarū paſſarum ℥.j.bulliāt in lib.j.iuſculi galli decrepiti, vel gallinarum,ſumat pro doſi ℥.v.vel ſex iſtius iuris colati. Aliud. ℞.ſenæ ori, foliculorum eius an̄. ℥.ß. zinziberis ℥.ʒ.ß.florum borrag.buglo. violarum,& roſarum an̄.ʒ.j.polypodij electi ℥.j.paſſarum ſine gigartis ʒ.vj.ſebeſten rec.numero x.pruna dama.ſex,in aqua ſufficienti.fiat decoctio colata,ſumat huius ℥.v.cui licebit addere ℥.j.ſyru.roſati cum rhabarbaro, vel tantundem mellis roſati colati,fortiora ſunt ſequentia. Tamen Aetius cremor, inquit, in quo veratrum maceratum eſt, datur ſenibus,& pueris,pariter, & eius decoctum exhibetur. Aliud.℞.ellebori nigri ʒ.j.rhabarbari ʒ.iij. zinziberis,cinamomi,piperis,gary.nucis muſchatę an̄. ʒ. ß. maſti,croci,epithymi an̄.℈.ß.rad. dulcis raſæ ℥.iiij. piſta macerentur in vino muſtaceo, & bulliant ad conſumptionem medietatis, colatura ſeruetur in ampulla obturata,doſis ℥.iij.vel.iiij. ſumat ſemel vel bis in hebdomada. Aliud.℞. corticū myrobal.nigrarum ℥.ij.citrearum ℥.j.chebularum ℥.ß.polypodij ℥.j.ſenæ ori.ʒ.iij.agrimoniæ eupa-

torij florum viol. bor. & buglossæ añ. p. j. bulliant simul omnia in seri lactis lib. iij. ad consump. med. in fine adde epithymi ℥. j. in qua ellebori nigri ʒ. j. cõfricetur, mox coletur, & fiat apozema, dosis ℥. iij. vel iiij. Salubria etiã sunt serapia de elleboro. Neocomensis, Catanei, & Amati, & catapotia inda, & de lapide lazuli. M. ℞. pul. diatriasantali ʒ. ij. diarrhodij ʒ. j. fragmentorum smaragdi, & hyacinthi añ. ʒ. j. margaritarum ʒ. j. ß. zucchari soluti in aqua buglossæ q. s. fiat electariũ in tabulis deauratum, sumat ʒ. ij. ß. pro dosi, per tres horas ante prãdiũ, vtile etiã est zucharũ rosatũ, violatũ, buglossatũ, borraginatũ, cõditũ de cydoncis, poma, & pyra cõdita.

De admouendis in non vlcerato subteriora vtilia sunt, succus cancrorum fluuialiũ pistorum illitus per se, vel cũ rosaceo, plumbi massa illinatur oleo, & cum altera plumbea massa, confricetur, liquor inde emanans mammæ illitus plurimũ opitulatur, folia brassicæ cruda trita bis in die apponũtur, post vlceris ablutionem ex vino, folia lilij tusa, imposita. Pẽtaphyllũ cum adipe suis pistum impositũ. Chærefolium cum melle tritũ superpositũ curat ipsum, vt asserit Macer. & Arnaldus, puluis stibij seu antimonij cancro corrodenti inspersus, optimus est, teste Plateario. Caricæ cũ adipe recenti pistæ appositæ salubres sunt in non vlcerato. Vnguentum arabicum M. cancros curat. cap. 100

[Marginal manuscript notes: Succ. cancror. fluuial. / Plumbi massa / Brassic. folia / Pentaphyll. / Chærefoliũ. / Stibij puluis / Caricæ]

FINIS TOMI SECVNDI.

ANASCEVES MORBORVM

TOMI TERTII, LIBER I.



De cholera morbo. CAP. I.



Χολέρα numero ſingulari ſignificat bilem, & plurali adfectum, vt ait Volaterranus, χολέρα χολερῶν eſt ventris vitium malum, & præceps mirifice, vt ſcribit Valerianus. Cholera dicitur: quia materia per ventrem defertur ex inteſtinis, quæ cholades dicuntur, teſte Tralliano. Cholerica paſsio eſt ſolutio ſtomachi, & ventris inteſtinorumq́; cum celerrimo periculo. A fluore fellis nomen habet, vt retur Aurelianus. Cui ſubſcribere videtur Oribaſius, cholera, inquit, affectus ab humore nomen accipit, quoniam ſupra, infraq́; bilis erumpit. Eſtq́; duplex, humida, & ſicca. In priori vehemens

eſt excretio bilis ſupra, infraq; erumpit, inteſtina torquentur, accedunt conuulſiones, ſæpe etiam crurum ſuræ contrahuntur. Poſterior ab eadem prouenit cauſa, at citra ventris fluorem, & vomitum, vt explicuit Herodotus. Arida cholera ventrem inflat, ſtrepitum, & dolorem tum laterũ, tum lumborum excitat. Aluus nihil deiicit, ſed aſtringitur, vti refertur apud Hippo. 4. r. a.

Cauſa. expultrix facultas irritata à re mordaci, aut aggrauante, etenim quum duo ſint ventriculo hoſtiola, ad quodlibet horum deriuetur id quod infeſtat, illo ad expulſionem vtitur. Quòd ſi vtriſq; huiuſmodi affectus ſuperuenerit, vtrunq; ſimul hoſtium ad hunc vſum accommodabit, vt in cholera videre eſt. Porcelli carnes choleram pariũt, & turbationẽ, quia humidæ, & acres, eoq; choleraceæ. 4. r. a. Choleraceorum eduliorum communis eſt malitia, quum & humida, & acria fuerint, ibidem. Peponum eſus choleram generat. 2. de alim. Laſerpitij caulis ſiccam generat choleram. Vt cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eſorum ingeſtione prodierunt, ſic arida ex ſpiritu flatuoſo acri.

Dignoſtica. ab eſſentiæ ratione petenda. Ciborum cruditas apparet, quæ nonnunquam ex magna alimentorum prauitate, interim ex vitioſorum humorum ſuperfluo trahit originẽ, vt vult Paulus.

Præ

Præſagia. paſsio eſt acuta, ſæpe anima deficit, teſte Celſo, quia ſtomachi paſsio, vt inquit Caſsius, qui natura neruoſus eſt. Cholera omnibus acutis ægritudinibus velocior eſt, vt ſentit Theodorus Priſcianus. Eſt grauis, & periculoſa paſsio, quę nunquam cum febribus fit, Aureliano teſte. Nulli morbo, vt inquit Celſus, minori momento ſuccurritur, & pars ſanitatis eſt, vomitũ eſſe ſuppreſſum. Quibuſdam diarrhœæ, & cholerę certis interuallis omnem corporis redundantiam educunt. 7. ther. & 3. nat. vir.

ſi febris comitetur aegri peſsimo ſunt loco.

Metho. m. Dilatio in omnibus acutis morbis nociua eſt, in hoc autem affectu, etiam exigua curandi mora haud ſimplicem offenſam, ſed etiam abſolutam ſubinde tabem conciliat, ſi Tralliano credimus. Quæ ſupra, infraq; erumpunt inutilia quum ſint, euacuatione opus habent, quare conuenit ſi non ſponte ferantur, oportunè ea purgare per vomitum vel per ſedẽ, per vomitus enim vomitus ſoluitur, & ceſſat, vt poſt Hippo. & Galenum tradunt Aetius, & Auic.

Remedia. principio quæ efferuntur cohibenda non ſunt. Imo ſi natura vomitu ſe expurgare contendat, iuuanda eſt, potu aquæ egelidæ, vt cõſulit Paul. vel copioſiſsime tepentis aquæ crebrò propinatæ, vt præſcribit Almanſor, mulſam propinare iubet Trall. & veratrum profuiſſe datum pro-

dit Hippo. 5 .epi.quod non probat, & merito Aurelianus, ſed potum, inquit, dari debet tepidè, vt quod immutatum corruptione eſt, tanquam veneni materia per vomitum depurgetur. Sunt qui ad ſaporis gratiam tepidè adiungant pauxillum ſerapij acetati ſimplicis, vel oxymellitidos. Eadem ratione ſi materia ſeroſa, aut bilioſa, aut corrupta, & maligna fuerit, ad inteſtina repat, purgari debet clyſmis mollibus, aut cathartico idoneo, & clementiori, qualia ſunt rhabarbarum, myrobalani, micleta.

At vbi materia maiori ex parte fuerit euacuata, quod in viginti quatuor horis plerunque euenit, aut fuerit benigna, auertenda tunc eſt, præſertim ſi morbus remitti cœperit, balneo dulcis aquę calentis ad ſuperficiem trahente, vt conſulit Manſor, aut ligaturis dolorificis, & frictionibus. Ab his cohibitionem fluxionis incipere, & ventriculum roborare licebit, tum aſſumptis, tum admotis. Aſſumuntur, autem in hoc ſyrupus roſatus, de acore citri, de limonibus myrtinus, è malo punico, è cotoneo, aqua cocta diluti, ſaccharum roſatum cum margaritis. Item micella ex conſerua roſarum, oxalidis, cytonoato cum ſyrupo myrobal. emblicarum, puluis quoque vtiliſsimus eſt, qui efficitur ex corallis, margaritis, bolo armeno, ori. cryſtallo, ſemine citri cum radice heptaphylli, ſalubrior erit ſi addas raſuram

ram cornus aſini indici. Aliud.℞.fragmenti ſmaragdi,margaritarum,coralli añ.ʒ.j.zucchari roſati ſolidi ℥.j.ß.fiat puluis. Aliud lapidis berilli puluerati ℈.ij.detur ex aqua in omni fluxu conuenit.Nicolo teſte. Admouentur præcordiis, oleum cotoneorum,maſtichinum,myrtinum.Emplaſtrũ de cruſta panis Mont.epithema diaoenantes Tralliani.

Præter hæc curanda ſunt quæ vrgent ſymptomata.ſunt autem vomitio immoderata,animi deliquium, conuulſio Ad vomitum cõfert thus commanducare,vel tro.de thure,cum punicorũ ſucco diſcocto leuigatos ſumere.Et extremas brachiorũ, & fœmorum partes circa inguina vincire, & aquã frigidam, vt iubet Almanſor, vel calidam, vt vult Paulus cruribus,& pedibus ex alto inſtillare.Et vẽtri ſuperaccommodare aſtringentia,ſub forma vnguentorum, epithematum, emplaſtrorum, malagmatum. Optimũ eſt cataplaſma ex palmulis cum floribus labruſcæ cum acacia, hypociſtide, & punici ſucco,plurimum etiam auxiliatur ſicya magna cum multa flamma fundi ventriculi affixa,ac vi abſtracta,eaq́; ſecundo ac tertio agglutinata.

Ad exolutionem, quæ diſſolutis ſpiritibus contingit moſchum hordei grani inſtar leuigatum ex vino dare prodeſt.Item carnium hœdorum,& pullorum expreſſum cum vino commixtum vtiliter porrigitur. Ad conuulſionem ex inanitione, con-

uenit litus, vel fotus, vel balneum ex oleis violato, si causa est calida, liliaceo si frigida.

Victus ratio tenuissima sit, si quidem peracuta affectio est. At si virium prostratio impendet, odoribus bonis spiritus instauretur, aut cibus detur paucus boni succi, & concoctu facilis. Qualis est aqua carnium pullorum perdicis, phasidis, vituli, hœdi, oua sorbilia cum succo limonum, vua pensilis siccata, potus sit vinũ punicorum. Sed in frigida causa concedunt vinum generosum odoriferum, istud enim recolligit vires celeriter, vt scribit Gale. 12. ther. A cibatione somnus cõciliandus in aëre temperato, nam frigus prohibet substantiæ defluuium, quia densat, cogit, astringit, ob id meatus protrudit, ex ipsius corporis habitu intro ad ventrem. Calor etiam nocet quòd rarefaciat, liquat, tenuat, & digerat. Lux quoque fluxum reddit magis exorbitantem, nam splendores discriminandi, & discutiendi vim plurimam habent.

Ab hoc periculosissimo affectu Henricus Delphinus Lugduni correptus, Dei auxilio sanatus fuit, nostraq; operula, forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima, regnauit aliquot annis, vt Christianissimum Regem decet, ambulauitq; cum Deo, & lanceatus sublatus est. Hoc vnũ populos solatur, quod natos reliquit venustissimos, qui per omnium gradus virtutum parentis vesti-

gia

gia imitantur, vt ad eos respicientes Virgilianum illud omnes vno ore pronuntient.

Vno auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Amuleta. quæ in profluuiis ventriculi, & intestinorum laudantur, sunt, Smaragdus, Topazius, Corallus de collo suspensi. Rubiam minorem supra ventriculum, & ventrem gestare. Sumach siue rhus gestata, vt perhibet Nicolus.

De gulæ seu meri affectibus. CAP. II.

GVla quæ œsophagus stomachusq́; dicitur vna est in posteriori parte semita, veluti canaliculus per quē cibus, & potus defertur: habet enim duplicē tunicam, altera ad cibi, & potus deglutionem vtitur, altera ad eam quæ vomendo fit, expulsionem. Eius ergo geminus vsus, quòd sit via eorum quæ deuorantur, & quòd circa viam actionem quandam efficere videtur, tum deuorando quæ ab ore ad ventrem deferuntur, tum quæ ab hoc, ad hos eleuantur reiiciendo.

An motus deglutionis sit naturalis? deglutio secundùm Auicen. completur duabus virtutibus attractiua, videlicet, naturali, & voluntaria, sed gula non habet musculos, igitur deglutio non est motus voluntarius, sed mere naturalis, factus virtute vilo-

rum

rum gulæ, qui deglutionis tempore in se contrahuntur, & ea cessante relaxantur. Galenus tamen ostendit deglutionem fieri per facultatem ventriculi attractiuam virtute vilorum, licet gulam inuoluant quatuor musculi, duo in parte anteriori, & in posteriori versus colli vertebras duo, quorũ inflammatio peruerti collum facit, vt vix poſsit gula deuorare. In summa, gula est ciborum ad ventriculum via. trahit per gulam ventriculus cibos, quos etiam per eãdem euomit, & ideo facilius est deglutire, quàm vomere, quòd deglutiatur ambabus ventris tunicis operantibus, vomatur autem altera tantum.

Gula afficitur imbecillitate, resolutione, inflammatione, vlcere. Deglutio læditur ob eius imbecillitatẽ, & paralysim: vnde attractio aboletur. Item ob viæ angustiam, vti illa est, quæ fit à carneo gulæ tuberculo, totam ciborum viam occupante, vel à re crassa, & lenta. Aut à tumore, seu inflammatione musculorum gulam inuoluentium, vel à luxata colli vertebra, aut à gulæ vlcere.

Digno. quoties in meatu est angustia, deglutio est inæqualis. Et si magna fuerit angustia, potus deuorari tentatus, sæpe ad nares regurgitat. In his dolet spina colli, aut metaphreni, quòd gula ei insidet, inhæreatq;. Est autem deglutio erectis facilior, supinis cõtra difficilior. Gula ab imbecillitate affe-
cta,

ϲta,cibi tranſitus per eam tardus, ſed deglutio indolens, & æqualis.

Præſagia. gula patitur ex humiditate cerebri. 6.apho.com.2.Gula perfrigerata ob frigidæ potũ, quam nemo ſanare potuit. 7. ther.hanc culpam Galeno impingit Arnaldus, ſed perperam, ſcribit enim Galenus quod ex frigidæ potu gula imbecilla valde offenditur. Gulæ vlcus in iunioribus vix curatur, in natu maioribus fere inſanabile. Si deglutio ſine gula reſoluta fuerit, perniciem inducit, vt ait Aetius; tandiu enim viuimus quandiu nutrimur, vt Ariſtoteli placet. *Contra Arnald.*

Metho.m.gula laborante, cataplaſma ſpinæ apponendum, ſi quidẽ ſpinæ gula ſuperiacet per collum, & pectus vſque ad ventrem porrecta gula habet conſenſum cum ſpinali medulla. Remedia applicari debent collo inter duas ſcapulas. Curatio earum quæ intemperiem efficiunt cauſarũ fit per euacuationem. Ipſe verò intemperaturæ ſola alteratione ſanantur.

An repellentia in gulæ inflammationibus conueniant, diſputat Valeſcus. Cui gula exulcerata eſt non ſemel nec tota ſimul adſumenda, ſed paulatim & aſsidue, ratio à poſitu, & figura indicatur, quãdo ex tranſitu & contactu vulneribus vtilitas accidit ex continendo, & diutius hęrendo. Eadem ratione remedia aſſumenda craſsiora, & magis lenta ſunt

adhib

adhibenda, talia enim adhærere, & vndiq; quasi cõcreſcere,& agglutinari poſſunt. Igitur aſſumenda medicamenta eſſe debẽt viſcoſa, vel lentis permiſta,vt in tranſitu adhæreant,quæ ſæpiſsime lambendo ſumantur,vt ait Nicolus.

Remedia. abolita deglutione fame ne quis pereat,clyſmis nutrientibus ſuſtentatur. Isq; niti debet,vt recentium & crudorum ouorum, vel ſorbilium albumina abſorbeat. Mox vitellos deglutire conetur,& ita paulatim ſolidioribus aſſueſcere, his remediis à gulæ vlcere ſanata fuit Marchioniſſa Mantuæ à Cermiſone vt teſtatur Sauanorola. Deglutiendos cibos appetentia præcedit. Itaque longæ ceruicis animalia deglutire ſolent inclinato capite. Inſuper ne quis fame periclitetur, quidam illinire iubet totum corpus aquato ouorum conleuato,& in aquam verſo. Deinde ægrotans, aquam ex gallina extillatam cum ſaccharo bibat, vel vinũ potet in quo gallina, vel capus vſque ad partium diſſolutionem elixatus fuerit, cui licet addere oui luteum,& parum recoquere.

An clyſmus nutrire queat? Clyſter qui nutriendo eſt,ab inteſtino ad inteſtinum vſque in ventriculum attrahitur, vt aſſerit Auenzoar. Verùm per clyſterem infuſa omnino ad ieiunum vſq; aſcendere non poſſunt, vt credidit Galenus, de infuſis, ſcilicet, medicamentoſis, non item de infuſis ali-

Galeni locus explicatus.

men

mentariis. Quanquàm nonnullis clyſteres etiam medicinales adeò aſcenderunt, vt vomitione reiicerentur, vt idem narrat. Ventriculus enim male affectus etiam ab infernis partibus aliquid aſſumit, non quod trahat, ſed ſuſcipit duntaxat ea, quæ ab inteſtinorum compreſsione violenter ſurſum feruntur. Igitur alimentum per clyſteres in ventriculum ipſum conſcendere poteſt: famemq; arcet ſtegnoſis, cutis've aſtricta. Nam animalia in latebris deliteſcentia ſine cibo perdurant. quoniam per deſidiam, & torporem in quo verſantur, aſtrictamq; cutem, nihil ab eorum corpore exhalat, quod cibo inſtaurari poſtulet, ſed raritas cutis euacuat, quam ſi frigore, & quiete denſaueris, nihil incommodi ex fame expectandum, quod in libello noſtro de ſalubritate annotauimus. Quidã Venetiis quadraginta diebus continuis ieiunus fuit, vt teſtatur Al. B. non diſsimili forſan ratione. Ad vlcus gulæ. ℞. hyſſopi, abſynthij pontici añ. m. ß. radicis dulcis raſæ, paſſarum iuiubarum añ. ℥. ß. tragachantæ, gummi arab. añ. ʒ. j. ſem. myrti ʒ. iij. ſem. cytoniorum ʒ. j. mellis ℥. iij. cum aqua ſufficienti fiat decoctum, ex quo colluat os, & gargariſet. Aliud. ℞. lactis calybati lib. ß. mellis ʒ. vj. miſce pro gargariſmo. Aliud. ℞. diatragacanti frigidi tabulati ℥. j. boliarmeni ori. ʒ. j. terantur ſimul in mortario, & cũ ſyrupo myrtino fiat maſſa ex qua formentur hypoglottides.

De

De cardiaca paßione. CAP. III.

Cardialgia eſt cordis dolor, dicitur etiam de tremore cordis, deq́; oris ventriculi morſu, quod priſci cor nominabant. Vocatur etiã relatus affectus καρδιωγμὸς, καρδίασις, καὶ καρδιακή. In ſumma Cardialgia eſt oris ventriculi mordicatio. In ventre, inquit, Galen. non ſolum morſus, ſed etiam alij affectus, tum qui nauſeam in eo excitãt, tum qui cardiogmi vocantur, expultricem irritant. Inde innuere videtur cardiogmon oris vẽtris morſum eſſe. Vtcunque tamen ſatis conſtat quod verbum καρδιώσσειν ſignificat ſymptoma, quod mordicationi ſtomachi ſuccedit. 2. de alimen. cap. de piris, & punicis. Os ventris primum eſt quod in cardiacis afficitur, per conſenſum vehemẽter oblædens cor ipſum, propter vicinitatem.

Cauſa. cardialgia ſtomachi dolor acutiſsimus ab humorum acrium ſecũdum plurimum morſu oritur. Moleſtus ſtomachi dolor, morſus, & punctura à ſuccis mordacibus oritur, & ad ſentiendi vim pertinet, nam ſenſus oris ventris, quàm vlli reliquarum partium acutior eſt, propter neruorum magnitudinem à cerebro ad os ventris deſcendentium, per quos ſentit.

Digno. febris acuta æſtuoſa cum pulſu denſo, & obſcuro, extremarũ partium frigiditate, ſudoribus circa

circa faciem,& pectus glutinosis, & odore corporis tetro. Ad hæc accedunt desperatio ægri, angor animi & corporis iactatio. (Vitioso humore partes ad cardiam, id est, os ventris attinentes imbuente) Mulier erat nauseabunda, cardialgiaq; torquebatur. 2. de alim. Os ventris: quia in consensum sui affectus animam adducit, quum incaluerit, iracundos facit, si verò infrigidatum fuerit, ad intelligendum, & agendum tardiores homines, reddit. 6. epi. com. 4.

Præsag. In febribus cordis dolor malum. 4. apho. 65. Autumno ferinum, cordis dolores, horridum, & atra bilis. 6. epi. Tristitia affectis, exercitatisq; valentius in ventriculum flaua bilis confluit. 2. de plac. Lipothymia aliquando incidit ob stomachi debilitatem, nonnunquam ob vitiosos humores os ventris rodentes. Aet.

Meth. m. symptomata causarum sublatione curanda sunt. Si quis febrem non habens abstineat à cibo, & cordis morsum patitur, purgatione se egere per superiora significat. Si ad oris ventris dolorem subuersio, erosio, & nausea à causa calida sequatur, aqua tepida pota vomitum prouocare iubet Mansor, & si hoc inualidum fuerit, impactum succum per aluum hiera picra purgare, laborantemq; cibare pane, vino austero, vel mali punici succo, vel serapio cotoneorum acidorum macera-

to. At si dolor sit ab inflammatione, inter curationis initia detrahere sanguinem ex axillari dextra. Et dolenti loco accommodare epithemata ex santalis rosis, & camphora cotoneorum succo leuigata. Et præter ptisanam nullum cibum offerre, nisi corroborādi gratia, punicorum acidorum succum, & similium, qui frigidam, & astringentem vim possident. Aestus vehementia remissa atramentū calami dulcis intybi succo dissolutum, & simul cum co decoctum ægro offerre.

Mulier, inquit, Hippo. 2. epid. cardialgia torquebatur, nec prius malum est sedatum quàm polenta succo punici asperso semel in die vteretur, reliquis cibis abstinens. Liquet ergo mulierem ex eo quod prauis humoribus os ventris præmaderet, ac fluctuaret, nausea, & stomachi mordicatione seu cardialgia vexatam fuisse. Illum igitur humorem siccauit polenta, succus verò vnà sumptus ventriculum roborauit, vt posset humorem tunicis obhærentem excutere, atque exturbare.

Cardiacos Aetius curat aëris frigidi admissione, & ventilatione, faciei aspergine, ex spongia posca frigida imbuta, fomentis ad caput frigidis, qualia ad phreniticos scribuntur. Cordi adhibet epithemata ex omphacio, & similem facultatem habentibus, partibus exundantibus, vtpote, collo, thoraci, & locis sub alis, & inguinibus, ea quæ reprimunt

sudo

ſudores, vt myrtus malicorium, galla, gummi, amylum, mãna thuris, candido oui excepta, oleũ myrtinũ, œnanthinum, roſatum melinũ. Extremas partes refrigeratas calfacit frictionibus, & gracilibus linteolis circumpoſitis, oleis calidis illitis, vel ſynapi, pyretro, & phenigmis. Reficit eos pane ex aqua frigida, vel vino albo oligophoro diluto, quo vtendum eſt, donec pulſus ſubtremulus eſſe deſinat, robuſtiorq́; fiat. Odoramenta etiam varia offerre cõſulit, vti ſunt malum cotoneum, pulegium, cucumer, & ſimilia. Seruandæ vires odoramẽtis ſunt, vt ait Aurel. hæc enim ſenſim quodam nutrimento reficiunt, ſicut ratio probat, & Democriti dilatæ mortis exemplum fama vulgatum, ſed mediocriter cibandum, nam virtus ex immodicis nutrimentis opprimitur. Et ſi omnis ſpes fuerit abſumpta, per clyſterem cibum iniicere cõſulit, vultq́; Cardiacos iacere in locis refrigerantibus, & vmbroſis, & obſcuris, qualia ſunt hypogea ad aquilonẽ concluſa, conuenit etiam neque maiora eſſe loca: quia ſolutis ſudore, plurimus aër noxius. Anguſta quoque inſalubria: quia præſocabilia, & quæ facile feruorẽ ex ingreſſu hominum concipiant.

De naturali cibi appetentia. CAP. IIII.

ORis ventriculi eſt appetere, & non concoquere. At talis cupiditas qua cibum po-

tumq; appetit, animale officium est, secũdum Gal. sed fames Aetio naturale opus, & non animale dicitur, fames etiam pro defectu ciborum accipitur, proq; suctionis sensu.

Esuries cur definitur appetitus calidi, & sicci, 2. Aristotelis de anima, non video, quum animalia calidis, frigidis, humidis, & siccis nutriantur omnia, fames Drusiano dispositio inter naturalem, & præter naturam media est, nam licet duabus facultatibus perficiatur, videlicet attractrice, & sensili, tamen nec ad cibos accedimus, vt inquit Gal. planè secundum naturam affecti. Eorũ enim qui cibum desiderant inanitum corpus est. Est etiam fames cum, & sine appetitu. 2. apho. com. 21.

Dubium in definitione Aristotelis.

Causa partium inanitio subditarum. Inanitarum partium naturalis appetentia. hanc sequitur ventriculi suctio, deinde suctionis sensus, postremo ipsa animalis appetẽtia omnium vltima, fame secundũ plurimum est à superfluitate coloris in toto corpore, & extremitatibus eius, vt loquitur Auicen. frigus famem suscitat, quòd vacua reddat corpora, & ipsorum tunicas cogat, constringatq;. Itaque appetentia per æstatem deiicitur, quòd liquati nimio calore succi partes impleant, modicaq; tum suctio fiat, iuuante ad id nimio potu, quo tunc affatim implemur. Contra per hiemem fames valida fit: quia frigido inanitę partes valentius trahunt.

Vent

Ventriculus eſt humidus,ſi lingua eſt humida. Recipit humores bilioſos, ſi quis ſanus ieiunet.Impletur ſuperfluitatibus magnis,mœroribus atque doloribus.

Digno.fames vera & falſa,veræ eſuritionis ſignũ eximius ciborum defectus,ſeu ſubtilis in ore diæta, hoc eſt,tenuis in ore victus.Ventriculus incaleſcit, aut refrigeratur ex manuum,& pedum calfactione aut refrigeratione,vt 5.contin.ait Razius

Præſagia.ex fame cacochymia. Ephemera feb. vertigo, vomitus, fames corpora ſiccat, humores attenuat: quia calor naturalis carens alimento in quod agat, ad humores conuertitur, ſtomachum malis replet humoribus. Senes facilime ieiunium ferunt,ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent,minus adoleſcentes,omnium minime pueri, famem non tolerant ſenes debiles, & infantes, vt ait Auicen.

Famem ſuſtinere non eſt ſignum fortitudinis naturæ, ſed ſitim ſuſtinere bonum ſignum eſſe,autumat Raſius. 5. apho. fames aduerſatur his qui mordaces humores collegerint, in ore ventriculi.

Eſt nonnunquam quo minus animal eſuriat cauſa,nutrimenti abundantia in hepate,nam venter ſi melius paratum nutrimentum habet, externum non poſtulat, ſin aliquando poſtulat, neque eius copia datur,excrementis variis impletur,quæ

trahenti, iecur illi remittit. Quæ in latibulis iacent animalia, nihil vel parum diſſoluuntur, vt quæ neque extrinſecus calefiant, & neq; intrinſecus. Ideo nonnulla eorum neque egent alimento, nonnulla verò paucißimo omnino. Nos de inedia in compendiolo noſtro de ſanitatis tutela, paucis diſſeruimus.

De læſa cibi appetentia. CAP. V.

EST autem non triplex modo, vt vult Galenus, ſed quadruplex, videlicet debilis, deperdita, vehemens & deprauata.

Cauſa. debilis eſt corporis exigua inanitio, per fluorem ſubſtantiæ. Debilis ſtomachi ſuctio, vel ſuctionis ſenſus, copia quæ in hepate eſt, cauſa eſt non eſuriendi, ſcilicet, vt plurimum. Nam vt gloſſematarij doctores aſſerunt, quòd vera appetentia ineſſe poteſt plethoricis, & athletis, quorum habitus bonis abundat humoribus. Quod mihi videtur diſſonum à Galeni ſententia.

Præſagia. animalia venenata fame nõ intereunt, teſte Plinio. Inediã longißime ferunt, quibus corpus crudis ſuccis abundat, fames calidis, & ſiccis naturis aduerſatur, quare inſalubris in cauſis bilioſis, fames conuenit carnes habentibus humidas, corpora enim ſiccat. Inedia euacuat, ſed longo tẽpore, & cum periculo. Euacuat autẽ ex accidenti,

&

& vires prosternit, quoniam cibandi scopus est, virtutis vitalis custodia. Ex longa inedia fœtus in vtero destituitur. Ad euacuandas inflammationes inedia vacuare non potest, vt sentit Gale. nullumq; vnquam perisse ob inopiam ciborum. Alioqui latentia animalia absque cibo non durarent, quæ tamen durant. Sanè multos diu vixisse citra vllum omnino cibum testatur Albertus cognomento Magnus. 7. de animalibus. Idem asserunt Pogius, Valescus, & Rodoginus. Inedia homini, vt ait Plinius, & ante eum Hippo. ante diem séptimum lætalis non est.

Metho. m. Curatio est causarum sublatio. Cibis nō impleri appetentiā facit. 5. epi. Cibi appetentiā inducūt labor, & longior peregrinatio, vt ait Aegineta. Aqua & vigiliacibi appetentiā faciunt. 6. epi. illa ratione frigiditatis, quæ facit appetere, hæc verò quod digerat, trahatq; humores ad exteriora.

De apositia siue inadpetentia. CAP. VI.

ANορεξία est oblita appetentia, qua adfectus à Tralliano ἀνορεκτὸς dicitur.

Causa. corpus non inanitum per fluorem substantiæ, suctio stomachi non facta, suctionis sensus in stomacho non factus. Aut ex intemperie, aut humoribus in stomacho contentis excitatur. Immoderata quoque frigiditas fa-

ſtidij cauſa eſt, quando vires corporis emortuas reddit, & præcipue oris ventriculi, cuius eſt appetere, & non concoquere. Ciborum faſtidium interim ob os ventriculi oritur, ab aliqua humorum aliena qualitate infeſtatum. Interim propter extinctionem facultatis appetitricis. 3. epi. com. 1. faſtidium perſæpe eſt coniunctum ardentibus febribus inibi com. 3. faſtidium in grauidis fit, eadē qua pica ratione, læſo nempe ore ventriculi.

Præſag. cibi faſtidium recidiuam nunciat. Appetitus perditio periculo non vacat, ſi acceſſerit in declinatione morbi, aut in diuturna imbecillitate, aut viribus debilitatis, aut ex immodica euacuatione, vt prodit Aetius. In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa quæ offeruntur bonum, contra verò ſe habere malū. Heſiodi carmen in ergis eſt, quo in fame plurimum craſſeſcere, aut extumere pedes ait, eum locum, nec ſatis explicat Proclus, nec ipſe Ariſtoteles in problematis. An quia natiuum calorem inedia conuellit, vnde flatus, crurum pedumq́; œdemata conſurgunt, Vetuſtum adagiū, fames & morabile naſum cōciunt.

Metho. m. neceſſe eſt vnum è tribus perficere, aut humores euacuare, aut contemperare, aut mutare, & ſi ipſi craſsiores exiſtunt, extenuare. Quapropter ipſos, aut vomitu, aut per aluum euacuabis. Attamen faſtidium habentibus, moleſtæ ſunt

purg

purgationes quarta primi. Omnia quę exhibentur, eiuſmodi eſſe conuenit, vt facilè deuorari poſsint, quæ enim multa commanducatione indigent, appetentiam auertunt.

Remedia. purgãtia ſunt aloe, myrobalani, manna, in cauſa calida. ℞. abſynthij pontici m. j. corticum myrobal. citrearum ℥. v. macerentur in aqua calida per 12. horas, colaturæ adde hieræ ſimplicis ʒ. ß. vel ʒ. j. opitulatur decoctum abſynthij potum. Item decoctum myrobal. cum melle aëreo, pilulæ ex aloe lota. Noxios humores qui in ventre coierunt, deiicit, & appetentiam inuitat oxyphœnicum, diamelon ſeu diacydoniũ, & diarhodum laxatiua. Caucalis ex aceto mulſo manſa, & vomitione reddita ventrem purgat, appetentiam inuitat. huc refer lactucam cum aceto, oxalidem. De fructibus myrobalani conditæ, pyra, poma acetoſa, cytonea, perſica, chryſomila, punica mala, mora acetoſa, pruna damaſcena, acor citri, & limonis melca, poſca, acetum. ℞. limaturæ chalybis præparatæ ʒ. j. cum ſaccharo roſato fiat conditum, appetitum incitat ſumptum.

Ad faſtidia ex occaſione frigida, purgat omnes humores, roborat ventriculum, & appetẽtiam inuitat decoctum myrobal. ex vino. Kebuli belirici, & emblici laudantur, pilulæ ſtomaticæ M. De alterantibus, & digerentibus ſunt mithridatium, the-

riaca, puluis Salyceti, ex cardamomo. Aromaticum rosatum, Acetum scillinum. De cibis, condimentis, ac opsoniis, iusculum columbæ, cæpa ex aceto, Rafani appetentiam fastidiosis inuitant, sal, piper, cinamomum, origanum, mentha, melissa, nasturcium. Cari, & zedoaria in intinctus, & embammata, seu immersiones in quibus panem vel obsonium intingimus, pisces salsi, oliuæ, & cappares. Condimentum ex aqua, & melle cum pipere, & cinamomo, Gingidium cum aceto mansum collapsam appetentiam excitat, vinũ merum optimum.

Appetẽtiæ officiunt cerebrum animalium, medulla, crocus, cucurbita, ficus, lactarea, portulaca, pruna, sisamum, secacul cõditum, zuccharum violatũ, gluten, albotim seu terebinthina, dacridium.

De vehementi appetentia, inexplebili' ve fame. CAP. VII.

VEhemens & sedari contumax ciborum appetentia canina fames dicitur, quæ est deprauatus cibi adpetitus, quo qui vexatur affatim implent se cibis, quos paulo post, aut euomunt, aut fluore deiiciunt.

Causa. vna est acidorum humorum vitium. Altera plurima per totum corpus inanitio. Accidit per primum, vt eorum quæ fuerunt ingesta, multa fiat deiectio, per secũdum verò, vt ob exactam ha-

bitus inanitionem cibus per corpus digeratur. Solet fieri vel propter dyſcraſiam frigidiorẽ, vel propter humores acidos, quos exſorbuit os ventriculi, & apud Trallianum vermis etiã duodecim cubitorum inſatiabilis famis cauſa fuit. Indeſinenter fameſcunt, fameſcentibus autem labor malus.

Metho.m. curatio fieri debet per cauſarum ſubtractionem, ἄλιμα nuncupant pharmaca, quæ famem obrepere prohibent. Nam eſt & alimos herba, quam guſtantes fameſcere neſciunt. huic malo etiam medetur diaciminum, diapipereon, electuarium aggregationis Auicen. hieralogodium, & electarium de ſcoria ferri. Ali. theriacam laudat Serapio, famem thorixis, id eſt, vini potio ſoluit, & pinguia oleagineaq; edulia, offa panis vino imbuta ieiuno ſtomacho ſumpta, conſeruat hominem ſaturum. Inſuper oryza ægro vtiliter edenda porrigitur, cui ſanies ab agno in fornace aſſo emanãs pinguedinis loco cõmiſta ſit. Cande, & agnorum pedes, & qui his viſcoſitate, & pinguedine reſpondẽt, cibi accommodè offeruntur, vinum quoq; vetus hauſtũ optime facit, his deuoratis, vt ingeſta euomat præcipiendum. Sin verò à cibo nulla moleſtia carnes bubulæ, & alia concoctu peruicacia edulia porrigenda ſunt, vti eſt triticum pultis inſtar elixum, & oryza cum lacte decocta accommodè exhibetur.

De bulimia quæ, & cenangia dicitur. CAP. VIII.

BVlimum ingentem publicam famem ſignificare ait Plutarchus. 6. ſympo. ac ibi buboſtris vehemens fames interpretatur. Bulimus eſt fames Saguntina apud Trallianum, eſt fames magna ſubiecti ratione: quia mēbra infeſtat omnia, quanquàm ſtomacho faſtidiēte, proinde vniuerſa dicitur fames, ſicuti fames canina particularis, quæ plerunque præcedit vniuerſalem.

Eſt igitur bulimus membrorum inedia, cum ſtomachi ſatietate, inſigniter quippe alimento indigent, quanquàm id reiiciente ſtomacho. Eſt ſymptoma oſculi ventriculi, vbi penuria, imbecillitate atque refrigeratione afficitur. Eſt caſus potentię ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam deleta, ſcilicet ſentiendi potentia à frigiditate exteriore, vt definit Galenus, proinde differt à lupina, canina've fame, in qua perpetuo fames vrget. Certè vt rectè ait Plutarchus loco præcitato, bulimos non eſt fames, ſed ventriculi affectus, qui animi deliquium propter concurſum famis inuehat, fidē facit, quod in iumētis vſu venit de ficuum, & pomorum odore, qui non famem, ſed potius oris ventriculi mordicationem facit.

Cau

Causa. perniciem iter facientes canina famæ, vel bulimia impetuntur. hanc etiã incurrunt equi & asini quando ficus recentes, aut mala baiulant, si credimus Plutarcho. Quum os ventris simul, & penuria ob cibi defectum, & imbecillitate ob intemperiem vehemẽtem laborat, ea affectio est βόλιμος siue βολιμία, frigiditas, scilicet, iuncta siccitati, Trallianus eam nasci retur ex calore nimio ad intima coacto cum imbecillitate stomachi, cui subscribere videtur Auicen.

Præsagia. bulimia præuiam habet caninam esuritionem. Nonnunquam ad syncopem deducitur.

Metho. m. bulimum non aliter atque ex vehementi refrigeratione defectiones curat Galen. 1. ad Glauco. In hoc malo quia vires sunt debiles curatio statim est adhibenda, vitales, & naturales cibis boni succi facilisq; concoctionis refouebimus, animales verò reuocabimus aceto, aut pulegio ad odorandum exhibito. Item pomis ac aliis qui inueniri possunt fructibus. ℞. aquæ rosarum, lib. ß. nenupharis, & buglossæ añ. ℥. ij. aquæ menthæ ℥. j. santalorum omnium añ. ʒ. j. spodij ʒ. ß. violarum florum p. vnum, cinamomi caryophyllorũ añ. ℈. ß. moschi grana. ij. ex hoc liquore facies aspergatur. Auxiliatur, & panis recẽs, vel assus naribus admotus, caro suilla assata, & in vniuersum quod nidorosum ac probe conditum habet odorem, his enim

enim vt plurimum multi refocillantur. Insuper extremæ eorum partes fasciis constringendæ sunt, vt docet Aetius, manuumq; ac pedum summitates calidæ aquæ imponendæ, & ipsi quoque stimulatis eorum maxillis, crinibusq; ac auribus vellicatis excitandi. Reuocatis ab exolutione panem ex vino diluto offeremus, aut alia quæ aceruatim vires reparare possunt, vt sunt iuscula, aqua, & succus carnis oua sorbilia, halica cum vino, compendiosissimum ex cibo auxilium est.

Recẽtiores in causa calida apparant materiam cum vino punicorum, vel oxysachara simplici, & eam deturbant decocto myrobalanorum citrinarum, vel ex rhabarbaro manna, & tamarindis cum decocto prunorum. In causa frigida datur acetum scillinum bis in die, dilutum aqua buglossæ, & materia expurgatur hiera simplici cum decocto myrob. chebularum, & emblicarum, opitulatur etiam balneum in occasione calida ex decocto rosarum myrtilorum scariolæ, à balneo illinunt ventriculum cũ toto corpore, ex miscella rosacei cum oleo myrtino. Bulimiam etiam sanat à frigida occasione ortam, panis olei amurca inebriatus, & sumptus cum vino dulci crasso mox epoto. Idem polet adipis vaccini olei dul. añ. lib j. liquata simul comedat. ℞. rosarũ ℥. j. galliæ mos. xyl. añ. ℥. j. cãph. ℈. ß. croci, ℈. ij. moschi ℈. j. cũ aq. myrti & ros. f. emp. ꝓ corde.

De

De ciborum dißipatione. CAP. IX.

CIborum disſipatio eſt affectus diabeti perquàm ſimilis, & quidem à multis cibis, qui neq; coquuntur, neq; per aluum deiiciuntur, neque plenitudinem efficiunt, neque etiam probe alere poſſunt, ſed diſſipantur, diſcutiunturq́;.

Cauſa. hunc affectum referre videtur Manſor ad caninam famem, quæ oritur ab immoderata tranſpiratione, aut à calido ſicco, omnibus partibus attractricem atque ei cognatam facultatē (quę appetentia vocatur) ſeruantibus. Vt crebrior eſt huius affectus quàm dipſaci euentus, ita faciliorem admittit curationem, vt ait Galen. Nos doctorem medicum vidimus incredibilem ciborum copiam deuorantem, qui tanquam ſanus ſuo munere fœliciter vtebatur.

Metho. m. in cauſarum ſublatione cōſiſtit. Itaq; appetentia deiicitur ſi ſuctionis ſenſus perit, aut ſuctio non fit, vel cū ſenſus obſcurus hebesq́; eſt, &c.

De malacia, ſiuę corrupta appetentia. CAP. X.

Κίττα καὶ κίττησις, id eſt, pica. Etymon ſeu nominis ratio à Paulo explicatur, ſed aliter ab Aetio, eſt adpetitus prauæ qualitatis, vt definiuit Ariſtoteles 7. de

hiſto.

histor.animalium, abſurdus eſt appetitus. 2. alim. Eſt oris ventriculi affectus, nam vt ſcribit Gal. ventriculi os læſum efficit faſtidium in prægnantibus, & grauidas κιττῶσας.

Cauſa. περιττώματα, id eſt, varia in ſtomacho retrimenta, vel quando ventris tunicæ prauo excremento ſunt imbutæ. Incidit etiam ob ſuppreſſos menſes, ſiue humoris ſanguinei redundantiam, vt cum Aetio ſentit Aliab. In ſumma aliena ſtomachus appetit, ob malos humores in eius tunicis retentos, pro quorum varietate varia appetuntur.

Digno. ab eſſentiæ ratione pareſcunt, μαλακία eſt cum ſtomachi languore, & nauſea, & auerſione ciborum, bilis, & pituitæ vomitum inducens, conſequuntur etiam aſsiduæ expuitiones, oriſq́; ventris morſus. Vētriculi morſus denotant choleram, ſimiliter, & oris amaritudo.

Præſag. μαλακία ſolet infeſtare prægnantes circa 40. diem à conceptu, vel tertio à conceptu menſe, & tunc fœtus imbecillior alimētum nequit conſumere. Inde fit, vt varia ex eo recrementa in ſtomacho grauidæ redundent, ex quo varia, & abſurda appetat. Quæ citta laborant mulieres, quiq; impleti ſunt, & quibus exolutus eſt ſtomachus, acerba deguſtare appetunt, alioqui ſi eſuriant, contra reſpuunt acerba, & acida, expetunt autem ac ſumunt quæ dulcia ſunt, & pinguia. hiſq́; expleri

desiderant. Cibi facit appetentiam labor, & longior peregrinatio. Cibi boni ſucci exhibeãtur, & ſi aliquid ardenter deſideret, etiam ſi non conueniat, nõ prorſus denegandũ. Vinum propinetur maturũ non album, vtatur fructibus maturis aſtringẽtibus. Licebit etiã humores in vẽtriculo noxios deturbare atramẽto calami dulcis, melle aëreo, & rhabarbaro: à purgatione vtatur ieiuna vtraq; diamargariti cõfectione. Vtile quoq; erit deferre aëtitẽ in brachio adalligatũ, & de pretioſis lapillis ſaphirũ, hyacinthũ, coralliũ, iaſpidẽ, adamantẽ, & id genus alia.

Appendix de appetentia ex Galeno. CAP. XI.

APpetentia duplex eſt, vna naturalis altera animalis, naturalis animalem præcedit. Animal enim aſsiduè per cutis ſpiracula in ambientem aërem diſsipatur, primoq́; partes cuti ſubiectæ vacuantur, vacuatæ ex vicinis partibus alimentũ ad ſe trahunt, vt quod inanitum eſt repleant: mox illæ rurſus ex ſibi vicinis, rurſusq́; hæ ex aliis ſibi propinquis. Itaque ex proxima quaque parte facto ſemper celeri tractu, venæ quæ ad vẽtriculum perueniunt, tandem inanes euadunt, quæ & conſuerunt, & poſſunt cibum ex ventriculo ad ſe conuellere, veluti ſtirpium radices ex terra vliginem. hæc actio quum animalis non ſit, ſed naturalis, haud aliter in animalibus

quàm in plantis perficitur. Ventriculi autem inanitionem ſequitur ſuctionis ſenſus, quam animalis appetentia, hoc eſt fames ſequitur. Primum igitur antecedit inanitio, quam ſequitur naturalis appetentia, deinde ventriculi ſuctio, poſtea ſuctionis ſenſus, tandem verò animalis appetentia, ſed facultatem qua cibi penuriam ſentimus ventriculo indidit natura, vt ad cibum capeſſendum animal excitaret. Reliquæ autem partes quum ſemper præſentem cibum habeant, quem attrahunt, hac ſentiendi vi carent. Solus venter cibi penuriam ſentit, vt animal ad cibum excitet. famem auget ventris frigus, vt quod illius ſubſtantiam ſtringat, & premendo inanit, è diuerſo hãc minuit calor: quia ſolidas partes laxat ac ſoluit, proinde ad attrahendũ, ventrem reddit inhabiliorem, humidam quoque ſubſtantiam liquat, ſpatiaq; vacua replet. Ita calidus venter minus appetit quàm concoquit.

De ſiti curioſa, ſeu de læſa potus appetentia. CAP. XII.

IN potus appetentia triplex noxa, debilis, deprauata, abolita. Exigua gignitur quum proximus eſt frigoris, & humoris exceſſus, quum ventriculus prope eſt, vt nõ ſentiat ſuum pathos. Immoderata, deprauataq; efficitur vbi plurima in ventriculo flaua bilis con-

tinetur, vel vbi congesta est in ventre salsi humoris copia, vt in hydropicis. Abolita, aut nulla sitis si frigoris ac humoris excessus adsit, frigus enim sensum consopit, humor verò præsens non desideratur, quando accidẽs sitis humidi frigidiq́; est appetentia. Sitis in rigore fit, quia calor intro colligitur. In principio etiam exacerbationis febrilis contingit, quoniam humores ad profundum declinant.

Dignost. si potu aquæ calidæ sitis sedatur, causa sitis, est pituita salsa, cuius crassitiem, & lentorem aqua suo calore disgregat, attenuat, & incidit, & humiditate, ac dulcedine salsedinem remittit, modo potus largus sit, vt loquitur Auicen.

Præsag. Minus sitim quàm famem tolerare possimus. 28. probl. Quidam inexhausta siti enecti. 1. de ca. sy. Vehementi siti laborantis quatuor accidentium periculum à potione subire solent, vnum est vomitio, alterum velox per aluum excretio, tertium quòd potus diutius quàm par est, in ventriculo manet, quartum vrinæ fluor. Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus, si super dormierint bonum. 5. apho.

Ἄτονος est stomachi vitium quod cum siccitate, & ardore fit, & inextinguibili siti consistit, quem affectum largus hiera Pacchij sanat. Libycæ feræ æstate non bibunt, hyeme potui indulgent. sitim non sentiunt quibus sunt ossa concreta. Rodog.

Metho.in. Siti leui ex vigilia somnus remedium est, ei verò qui ex somno, vigilia. 6. epi. sitim arcēt continere os, tacere, auram cum potu frigidam inducere inibi. sitim magis sedat vinum dilutum quā aqua sola, quoniam vinum adiuuat aquam ad penatrandum, vt dicit Galen. 1. simpl. & Aristot. 27. probl. ἄδιψα sunt pharmaca quæ sitim obrepere prohibent, vt ait Plut. in sympo. Sitis à causa calida & humida, quæ in aquæ inter cutem affusionibus aliquando prouenit, optima medella acetum, si verò causa calida, & sicca fuerit acetum aqua dilutum optimum remediū est. 1. simpl. Sitim à pituita salsa per salsos cibos Tral. ianus curat. Gordonius verò cum Auicen. potu aquæ dulcis calidissimæ. Serapio allio vel semine anisi epoto. Ad sitim à causa calida salubria sunt sequētia, medulla cassiæ nigræ, manna, tamarindi pruna, mala punica, syrupus de acore citri, de granatis, de persicis, de carnis, de portulaca, decytoniis de agresta, de pomis, de prunis, de nenuphare, acetosus alteraniabim, spodiū cū aqua, & zucchro sumptū, fermētū in aqua dissolutū in siti febrili potū sitim extinguit, vt prodit Serap. aqua sit quadrupla ad iulepum, vt sitim extinguat vt monet Nicolus. ℞. se. portulacei citruli aā. ℨ j. tragachantæ ℨ. ß. cum albo oui vel muccagine sem. cytoniorum fiāt hypoglottides, quarū succus paulatim deglutiatur. Aliud. sem. portulacæ

viridis, ſem. cucumeris tragachantæ añ. ℥. ß. radicis dulc. ℥. ij. fiant tro. cum ſyrupo portulacæ. Aliud. ſe. portu. ſem. papa. ſucci radicis dulc. tragachantę añ. ℥. j. cum ſyr. cyton. fiant globuli, quos in ore detinere oportet, ſpartanã in ore habentes ſitim famemq; non ſentiunt, ſi Plinio credimus. Quæ in ore detenta, ſitim ſedant, ſunt cryſtallus, acates, alectorius, hyacinthus.

De nauſea. CAP. XIII.

NAuſea eſt ſtomachi, ſiue oris ventris affectus, ſicuti ſingultus. Et deprauatus expultricis motus, veluti, & vomitus: ſed nauſea irritat tantum, & perturbat nullum humorem euacuans. Itaque nauſeabundum animal eſſe, eſt ventrem impetum capeſſere, vt per vomitum euacuetur. Vnde nauſea duplex, vna citra vomitum, altera cum vomitu.

Cauſa. vehementioribus corporis aduenit motionibus. Nauſeæ fiunt ſi cibus non placet. Cauſa interna res noxia ventriculo, nempe humor grauans vel mordens. Item nauſeat neceſſario ventriculus phlegmone obſeſſus.

Faſtidioſi ægri fiunt bifariã, primo modo quum virtus à corpore grauatur, nullamq; figuram facilè ſuſtinent, & hi pernicioſę afficiuntur. Altero modo quum os ventris à prauis mordetur humoribus, &

hi nauſeabundi ſunt.

Digno. nauſea ſine vomitu ſignificat humorem in ventris tunicis contineri. Inanis indicat calidum ſuccum imbibitum ventriculi tunicis.

Præſag. nauſea pręcedit vomitum. Ex ieiuno inteſtino aliquid per nauſeam educitur. 7. de comp. med. κτ̃ τόπ. hinc ſcienter colligit Valleriola pylorum ventriculi, & non inteſtini eſſe partem: quia per meatum inferius ad pylorum ventriculus ſeſe expurgat, ex quo conſequitur ventriculum inteſtini ieiuni partem eſſe.

Metho. m. nauſea dupliciter curatur, vno modo ſi humores gignẽtes vacuauerimus, alio ſi eos concoxerimus reduxerimusq́; ad temperiem optimã. Nauſeam diſcutit fœniculus, trago. & pulegium ſquinantum, lupini dulcorati ſumpti cum aceto, ſumach, caſtanea nauſeam & vomitum curat. Abſynthiũ nauſeas maris arcet nauigantibus. Diaolibanum nauſeam aufert.

De Vomitione. CAP. XIIII.

Εμετος, id eſt, vomitus, eſt expultricis motus, id quod triſte eſt, in ventriculo egerẽtis, fit enim vomitus è gula, & ventriculo. Eſt affectus ſimilis diarrhœis ſuperioris ventris vel multitudine grauati, vel ciborum excrementorumq́; qualitatem non ferentis, vomi

vomitus eſt violentus, nam ſi ad demittendum cibos comparatus eſt ventriculus, vbi non deiiciet, ſed reiiciet, violenter agere videtur, eſt enim vomitus deglutioni contrarius.

Videtur tamen naturalis, quia fit per inſtrumenta naturalia, nulla arte adhibita, vt naturam iuuet, etenim ſi agens, inſtrumenta, finis natura eſt, naturalis erit affectio, ſed Galen. lib. de motibus liquidis miſtum poſuit, tam à vi voluntaria quàm à naturali, ſed quia à ſola naturali vi aliquando perficitur verè miſtus dici nequit, vt opinatur Scal. Neq; ſequitur ab vtraq;, Vi fieri poteſt, ergo miſtus, ſicut denſatio è frigore, & calore poteſt euenire, non tamen miſta affectio eſt, nam voluntaria actio in membris mera nulla eſt, habet enim inſtrumenta naturalia. At naturales duplices ſunt, aliæ meræ, vt concoctio, aliæ cohærentes voluntati, ſed nō ſemper, vt anhelitus. Quare miſta actio dici nō debet, ſed indifferens quod in præcedētibus iam eſt adnotatum. Sciendum quòd aliqua quamuis etiam toto genere præter naturam ſint, veluti vomitus, vel ſanguinis profuſio: tamen præter naturam adhuc nō eſſe, fatetur Gal. ſi modo tempeſtiue fiant. fiūt autē tempeſtiue quum id quod cōtriſtat expel litur. Vomitionum plures differētiæ, vomitio permiſta ex pituita, & bile, quæ vtilis eſt, ſyncerior quę eſt deterior, porracea, liuida, nigra, quæ mala eſt,

omnium colorum exitialis. Liuida si graue olet ocyssimam indicat abolitionem, sanè in vomitu fœtidus odor, malus est. In his notandum quòd vomitus æruginosus differt ab ærugine euomita.

Causa. vomitum facit nauigatio, & solus motus, & quantitas cibi, & potus ventriculum grauans, qualitas mordacis rei, vt medicamenti, cibi, vel excrementorum in vētriculo natorum, vel ex corpore in eo deriuatorum. Interdum nec grauia nec mordacia, sed in ventriculo contēta præter naturā quæ cocta nutrire non possunt, vomere faciunt, vti est pituita acida, salsa, & dulcis, in ea consistens, & sanguis in eum effusus.

Digno. os vomituris sputo tenui plenum esse videtur, propter membranæ tenuitatem, quæ ori toti interno continua est, faucibusq́;, & stomacho, & ventriculo, hinc fit vt labrum inferius interdum concutiatur, ventris ore ad vomitum excitato.

Futurus in febre non letali bilis vomitus indicatur, ex capitis, & ventriculi dolore, ex visis tenebricosis, & si æger horruerit, & inferiores præcordiorum partes frigore afficiantur.

Qui ventriculi venis vomitur sanguis, cōcretus non est, nec inde magna sanguinis eruptio potest contingere, quòd graciles ventris venæ sint. Aliquando tamen qui euomitur sanguis, ab aliis particulis in ventriculum defertur.

Præ

Præſag. ventrem non ſolutum vomitus ſoluit, ſolutumq́; nimis ſiſtit. hũc ſiccans illum madefaciẽs, fluxum ventris vomitus ſpontaneus curat. Capitis profluuio vomitus confert. Diarrhœa diutina detento vomitus ſponte ſuperueniens tollit fluorem. Quæ recte fiunt à natura Medicus imitari debet, & vtilitas auerſionis ratione ſubſequetur. Natura ita fert, ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſolet. In perturbationibus ventris & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert. In quocunque morbo incipiente, ſi atra bilis vel ſupra vel infra exierit, lætale. Ab ileo vomitus, aut ſingultus malum. A vomitu ſingultus, & oculorum rubor malum. A ſanguinis vomitu tabes & puris purgatio ſupra. Qui euomunt ſanguinem ſine febre, ſalutare: ſi cum febre, malũ. De vomitu admirabili ex veneficiis libro de abditis ſcripſit Anto. Beniuenius, & Alc. B.

Metho. m. Curatio conſiſtit in his quæ noxios humores in ventriculo contentos euacuant, aut concoquant, aut contemperent, hoc autem eſt, in cauſarum ſublatione, parce detrahitur ſanguis, idq́; repetitis vicibus in vomitu ſanguineo. Vomitus vomitum curat, diarrhœaq́; diarrhœam, non per ſe, nam contraria ſola primo, & per ſe contrariorum ſunt remedia, ſed ex accidẽti, quia cauſam excidit, idq́; bifariam, humores ſcilicet euacuãdo,

aut eos concoquendo, & in optimam qualitatem mutando, aut contemperando. Curatio propria fit reuulsione, & deriuatione, vel per sanguinis missionem & sicyas, vt in sanguinis vomitu, vel per clysmos, & cathartica deiectoria, vt in cacochymico, sudores etiam quia vacuant per cutem, reuellunt à centro ad circunferentiam, præterea vomitiones cohibent ante cibum sumpta adstringentia, & styptica, & huiusmodi admota. Item quies, & somnus prolixus.

Remedia. Ad sanguinis vomitum intrinsecus sumpta & extrinsecus applicata astringentia benefaciunt, confert myrtus, & syrupus ex myrto, syrupus, & loch de papauere, loch de spodio Auicen. bolus armena cum gummi arabico, & succo plantaginis sumpta, tro. de camphora, tro. de spodio cum sem. acetosæ, philoniũ rom. Athanasia, sotira.

Ad biliosum vtilis erit purgatio per rhabarbarum pulueratum mixtum cum medulla casiæ nigræ, vel per decoctum myrob. citrinarum. salubria item sunt acacia, balaustium, bistorta, citri succus, cydonium, miua cyto. pyra, & poma astringentia, mala punica saccharum rosatum cum masticheе, & cary. portulaca, rhus, syru. de pomis, de fructibus Auicen. sy. de nenuphare Ali. vernix cum ouo sorbili sumpta, empl. ex olibano, & aquato oui. Aliud de crusta panis Montagnanæ. ℞. pulueris mororum

rum Celſi nondum maturorum, & ſiccatorum in vmbra ʒ.ij.ſumat cum ſyrupo myrtino, vel ſyr. roſato ex roſis ſiccis diluto aqua plantaginis, ſtatim perſanat. Aliud. ſucci cytoniorum lib.j. corallorum rub. ſem. roſ. rub. añ. ʒ.j. hypociſtidis acacię añ. ʒ.ß. rhabarbari ʒ.j. omnia contuſa buliant in prædicto ſucco ad conſumptionẽ tertiæ partis ſucci, deinde colentur, de colatura ſumat mane, & veſperi ante paſtum ℥.j. ℞. carnis vnius cytonij cocti ſub cineribus corallorum rub. roſarum rub. añ. ʒ.j. contundantur omnia in mortario, & fiat empl. pro ſtomacho. ℞. zucchari roſati violati añ. ℥.j. ambari ʒ.ß. olei nenuphari ℥.ß. miſce, vtatur ieiunus, ſanat vẽtriculi ardorem. Raz.

Ad vomitum pituitoſum. ℞. oxymellis ſimpl. ſy. de mentha, mellis roſati colati añ. ℥.ß. aquæ fœniculi betonicæ añ. ℥.j.ß. miſce pro vna doſi. repetatur. Deinde materia in ventriculo contenta deturbetur his catharticis electario, indo, diapheni-co, hiera picra ſimplici, aut cõpoſita, & pilulis elephanginis, & maſtichinis, agarico tro. pil. ſtomachicis. ℞. theriacæ ʒ.j. cũ zuccharo fiat bolus pro die ſequenti purgationem. ℞. miuæ cytoniorũ aromatizatæ ℥.iij. ſyr. de mentha ℥.j. miſce ſumat ieiuno ſtomacho tria cochlearia. Opitulatur etiam aromaticum roſatum, ſchœnanthum cum pipere, gallia moſchata, Alipta moſchata, Empl. emẽdans

vitia

vitia ſtomachi. M.

Ad vomitum atrabilarium, purgatio conuenit ex diaſcena, diacatholico, vel diamanna.

Ad vomitum à carthartico factum, gummi arabicum ſumptum illum ſanat, vinum quoque cum oleo potum illum ſedat, vt ait Serap. ℞. vitellum oui rec. mellis cochlearia duo, maſti. grana decem, coquantur ſimul in putamine ouis ſuper cineres calidos, ſumat tribus vicibus, perſanat illum, cui nō remanet cibus in ventriculo. Aza. his qui cibum non retinent, confert ſicya ventri admota. ℞. corticis citri xyloaloes, maſtic. coriand. pręparat, ſem. portulacæ ſantali citrini añ. ℥. j. fiat puluis, quo vtatur in cibis, valet in omni vomitu, teſte Gord. auri ad vomitum vſum docet Alex. B. & furnibulum odoratum æneum, aut argenteum.

De eructatione. CAP. XV.

Ερυγὴ, id eſt, ructus, eſt motus expultricis, vapores in ventriculo natos expellentis. Eſt autem duplex eructatio, acida, & fumoſa.

Cauſa. cibi & humores pituitoſi, ab imbecillo calore in vapores reſoluti. Acida efficitur à cauſa frigida, fumoſa à calida. Acida tamen non ad frigus tantum, ſed ad calorem ſuam ſcaturiginem refert Trallianus contra Galenum. Tralliano ſubſcribere

vide

videtur Auicen. Auerrhois & Rogerius. Certe ructus fumosus igneum ventriculi calorem significat.

Præsagia. Ructus est flatus per gulam excussus flatulentumq; spiritum in superiori ventre generari significat. Excitatur etiã ructus à causa externa, nempe bibentibus ex angusti orificij vasculis. Ructus acidi haudquaquã vbi nulla prorsum facta in ventre est ciborum alteratio, prouenire solent, ceu nec vbi optime cocti, sed tantum vbi semicocti fuerint. Nõ semper ex cruditate cibi deuorati ventriculus afficitur. In longis dysenteriis si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonum. Qui acida ructant, non admodum costali morbo laborant. Os ventris infirmum per eructuationes, tanquàm per propriam exercitationem roboratur. ructu ædito fumoso vel acido quid agendum cõsiderãdum ve, ad vniuscuiusq; causam peruestigandam docet Galen. 1. de loc. aff.

Metho. m. curatur ex causarum abolitione, cari commansum flatus discutit.

De singultu. CAP. XVI.

Λυγμὸς, id est, singultus est pulmonis passio, vt retur Aristoteles. 33. probl. sed singultum Gale. oris ventriculi affectum dicit, imo totius ventriculi passionem, est motus præter naturam eiusdem cum vomitu

gene

generis, sed eo vehementior, singultus est talis affe-
ctus stomacho, qualis conuulsio musculis, proinde singultum esse conuulsionẽ oris ventriculi scripsit Hippo. forsan ob id, quod singultus fit à plenitudine vel inanitione, quemadmodũ cõuulsio. Alioqui singultus variis modis differt à spasmo, vt omittam quod conuulsio solis musculis inesse solet. Miscentur interdum, & morbi, & symptomata tum retentricis, tum expultricis, vt in singultu. Item per singultum vẽtriculus praue cibos amplectitur, conaturq́; deprauato conuulsiuoq́; motu, etiam molesta expellere. singultus fit à natura recrementorum expellendorum gratia. 6. epi.

Singultus differt à spasmo.

Causa. quum ventriculus ciborum mole grauatur, aut vbi à corruptis cibis mordicus infestatur, singultu corripitur. Imo verò acris humor ventriculum mordicans non singultum modo, sed conuulsionem etiam per vniuersum corpus excitat.

Fit aliquando citra plenitudinem, & inanitionẽ, à morsu, videlicet acrium humorum, vel piperis ex vino poti. Item à cibo in mordacem qualitatem corrupto, à rigore, & frigiditate oris vẽtriculi, quæ prohibent difflationem in neruosis corporibus, ac proinde ea implens, singultiunt pueri crebro, tum ob a imenti corruptionem in ventre, tum ob partis frigiditatem. Epithema frigidum ventriculo applicatum fuit singultus causa, teste Nicolo. Singultus

tus propter fletum pueris accidit: quia materia descendit ad ſtomachum. Singultus ab inflãmatione hepatis, ore ventris per conſortium affecto.

Præſagia. ſingultus ſedatur eiectis per vomitum humoribus ventriculum infeſtantibus. quod ſi à vomitu perſtet, ſignificat vel cerebrum vel ventriculum haud mediocri inflammatione torqueri. Ex nimia purgatione conuulſio, aut ſingultus malum, ſingultus ſanatur ſuperueniẽte ſternutatione, quando ſcilicet à plenitudine fit. In hepatis inflammatione ſingultus malum, ſingultus in ſopore alto, aut animi deliquio, aut tetanis, obortus, mortem non longe abeſſe præſagit, ſingultus ab inanitione orti, ferè incurabiles, ſed rarius contingunt.

Metho.m. ſingultus curationem ſuſcipit variam pro cauſa varia. Vomitus eſt ſufficiens medela eorum qui ob copiam, aut mordicationẽ ſingultiunt, vt caliditas eorum qui ob frigiditatẽ, ſingultus per ea quæ infracta ſecant, abſterguntq; ſanantur medicamenta.

Cur validæ animi perturbationes ſanant ſingultum, quod affirmant Auic. & Viaticus. An eſt quod expultricem facultatem à ſuo munere auertunt. Attamen qui timent ſingultiunt. 33. probl. 13. An quia per animi affectus vehementes fiunt motus ſpiritus, ad exteriora, vt in gaudio, ira, verecundia, ſicq; ſingultus à cauſa calida curatur. Contra à

frig

ſrigida occaſione ſingultus ſanatur, per motũ ſpirituum ad interna, vt per triſtitiam, & cætera. Materia frigida apparatur melle roſato oxymellite, aceto ſcillino, cum aquis fœniculi, betonicæ, menthæ, hyſſopi, purgatur verò per hieram picram, pilulas aloeticas. ℞. diagalangæ ℥. j. ß. diatrium piperreon ʒ. ij. pul. aromatici roſati ʒ. j. cum ſyr. de mentha fiat electuarium, ſumat inſtar nucis, mane & veſperi, zinziber viride inſtar amygdalæ ſumptum cum vino maluatico, citiſsine ſanare aiunt. huc pertinet electarium à Gordonio mire laudatũ. In cauſa calida conueniunt ſy. acetatus ſimplex, oxyſacchar. ſy. roſaceus. Materia purgatur per hieram picram cum rhabarbaro, manna, & medulla caſsiæ nigræ cum decocto myrob. citrearum. Inſuper ſemen anethi aſſum, & olfactum pellit ſingultum. Alyſſum herbam contractantes à ſingultu liberantur, vt aſſerunt Dioſc. & Plutarchus, ſingultum abigit aqua in ore retenta, teſte Clementino. ℞. croci coſti. roſ. rec. maſtichæ ſpice añ. ʒ. ij. aſſari ʒ. j. aloes opij añ. ʒ. ß. cum muccagine ſem. pſylli fiat maſſa, ex qua formẽtur tro. ſumat de his. Confert in aquam calidam manus mittere, & diu in ea continere. Ad ſingultum ex repletione datur ʒ. j. ſem. anethi.

Amuleta. Caſtoreum adalligatum cito ſingultum finit, ſi credimus Tralliano, qui & pluria præ-

ſcribit

ſcribit amuleta. Annulum ex ſiniſtra manu in longiſsimum dextrę digitum transferre, ſingultum ſtatim compeſcit, teſte Plinio.

Singultus ex inanitione curatur victus ratione reſumptiua, videlicet iuſculis, & ſorbitionibus, aqua, & ſucco carnis boni ſucci, & facilis coctionis, vino, ouis ſorbilibus, lacte caprino vel aſinæ, & balneo aquæ dulcis. Confert etiam collum, & dorſi ſpinam illinire, oleo amygdalarum dul. cum oleo violato.

Ad lac in ventre coagulatum, acetum ſimplex, & ſcillinum potum diſſoluit. Ad idem cera inſtar granorum milij ſumitur. Coagulum cum vino vel aqua potum, ſuccusq́; ebuli potus perſanant. Eadem remedia conueniunt concreto ſanguini in ventriculo.

Sanguiſugis œſophago adhærentibus remedio ſunt, acetum deglutitũ, gargariſma ex aſſa, & aceto. Aliud ex butyro cum aceto, ſuccus ebuli vel ſalicis potus. Allium cõmanſum eas extrahit, vt ait Auic.

Ad aurum, aut æs, aut ferrum, deglutitum, maluæ, aut ſeminis lini ſuccus multus in potu exhibitus inteſtinorum obortam aſperitatem leniet, & labi faciet deglutitum. Item ea quæ fortiter purgãt pharmaca ſunt ex vſu. Iſtis pręſidiis à periculo iuſſu Henrici Chriſtianiſsimi Regis liberauimus Morionem, qui in Ludo gladiatorio coram Rege; &

nobis videntibus cuſpidem enſis fracti acutiſsimam, & dodrantalem arreptam, confeſtim deglutiuit.

De ſupinitate ventriculi. CAP. XVII.

VEntriculi propria actio eſt concoctio, proinde eius imbecillitas nihil aliud eſt quàm concoctionis infirmitas. Venter imbecillus, vt inquit Galenus, probè non concoquit, quo imbecillo non ſolùm cibi, ſed & potionis diuturna in eo eſt mora. Eſt autem imbecillitatis occaſio, ametria vel intemperies: hæc verò contrariis corrigenda eſt. Venter enim imbecillus niſi corroboretur cibo, recipit totius excrementa corporis. Isq; imbecillus in concoquendis cibis omnium corporis affectuum eſt cauſa.

Ad intemperaturam calidam. Ventriculus ſi corrodatur ab humoribus acribus, in primis vomitum prouocamus, dein extrinſecus aliquid aſtringens odoratumq; admouemus, eosq; cibos offerimus qui ſunt boni ſucci, & nō facilè corrumpuntur, habeantq; nonnihil aſtringens.

Ventriculū imbecillum à cauſa calida roborant ſy. de pyris, ſy. de pomis, de cytoneis, de granatis, roſatus, myrtinus, de oxalide, de agreſta, de abſinthio, de fumo terrę maior, ſy. acetoſus tereniabim. Materia expurgatur vomitu vel deiectione, medulla caſſiæ

ſiæ nigræ cum manna, diluto rhabarbari, decocto myrobal. pilulis aſſaieret cũ rhabarbaro, hiera ſimplici Galeno falſo attributa. De electariis benefaciunt diatriaſantalum, diarhodium, ſaccharum roſatum. ℞. conſeruæ roſarum ℥. iij. carnis cytoniorũ conditæ ℥. ij. coralli ℈. j. fiat conditum. vel ℞. pul. triaſantali, diarrhodij añ. ʒ. j. ſacchari ſoluti in aqua roſ. q. ſ. fiat elect. in rombis, ſumat horis tribus ante paſtum. Per admota quoque ventriculus eſt firmãdus. ℞. olei roſati, cydoniorum, myrtini añ. ℥. j. pul. foliorũ, roſarum, ſpodij, coralli añ. ʒ. ß. ambari grana. ij. ceræ albæ puræ q. ſ. fiat vng. quod ventriculo illinatur, nõ tepidum. In occaſione frigida admouentur palma manus carnoſa, catulus meliteus pinguis, pueri carnoſi non facilè ſudantis venter. vel ℞. olei nardini ℥. ij. gary. galliæ moſchatæ añ. ʒ. j. ceræ albæ q. ſ. fiat vng. In penuria galliæ adde pul. aromati. roſati ʒ. j. Aliud. ℞. maſtichę ℥. ij. ſoluatur in oleo nardino, & cum cera fiat ceratum addendo pulueris diambræ ℈. ß. pul. foliorum roſarũ ℈. j. Apparatur materia ſyrupo de mentha, de thymo, de eupatorio M. ſecaniabim de radicibus, ſecaniabim de calamento, mellicratum conditum, acetum ſcillinum. Expurgatur verò infuſione, de hiera, pilulis elefanginis, pilulis ſtomachicis, pil. aggregatiuis minoribus. Ab his firmandus eſt ventriculus per aſſumenda, videlicet electario de aroma-

tibus elec. de citro, aromatico roſato, garyophylato, nardino, & emblicis conditis. Ventris imbecillitas ab intemperie ſicca, curatur vti febris hectica, humectantibus, vt lacte, balneo ex decocto maluę, violæ nigræ, lactucæ, capitibus, & inteſtinis veruecum, & aliis remediis in haloſi febrium à nobis præſcriptis.

De ventriculi dolore. CAP. XVIII.

CAuſa calida deturbanda eſt ſequenti potione. ℞. rhabarbari ʒ. j. ß. ſpicæ nardi gra. ij. diacatholici ʒ. vj. elec. roſati M. ʒ. ij. cum decocto prunorum tamarindorum florum, cord. liq. paſſarum fiat potio, quam ſumat in aurora. ℞. vini punicorum meſorum, aquæ plantag. añ. ℥. iij. medullæ panis furfuracei ℥. ij. miſceantur, mox fiat fortis expreſsio, quæ ægrotanti exhibeatur, confeſtim dolorem ſedat. ℞. ſyrupi acoris citri, ſy. roſati ſimpli. añ. ʒ. vj. ſy. de abſynthio ʒ. j. aquarum acetoſæ, cichoreę, bugloſſę añ. ℥. j. miſce pro vna doſi, ſed repetatur. Materia concocta expurgari debet bolo ſequenti. ℞. medullæ calami dulcis traiectæ per ſetacium ℥. j. rhab. ʒ. j. cum ſaccharo fiat bolus. ℞. cotoneati conſeruæ roſarum añ. ℥. j. ſyr. acoris citri ℥. ß. ſy. de abſynthio ʒ. j. miſce, ſumat de hac mixtura cochlear vnum ieiuno ſtomacho. Inſuper Fauētinus cōſulit in vehementi do

ti dolore ſanguinis miſsionem ex vena interna lateris dextri, quæ, vt inquit, mirabilis eſt in forti dolore, non ſolùm ventriculi, ſed etiã omnium membrorum naturalium, forſan confert ob id, quia reuellit fluxionem à loco paſſo, alioqui inſalubris foret, quoniam ſanguis eſt frænum bilis. Si verò his remediis dolor non tollitur, narcotica exhibenda ſunt, electarium de ſucco roſarum cum ℈.j.philonij romani. Aliud. ℞.ſy.roſati, ſy.de cichorea añ. ℥.j.ß.opij granum vnum, iuſculi gallinæ ℥.iij.miſce, & detur ægroto. Si bilis ex hepate in vẽtrem confluat, reuelli debet per ſicyam in regione iocinoris adapplicatam. Ventriculus quoque firmandus eſt illitione ſequẽti. ℞.olei cytoniorũ, & roſacei añ. ℥.j.olei nenupharis ℥.ß.ſpodij ʒ.j.corallorum ʒ.ß. cæræ puræ q.ſ.fiat vng.huc refer vng.roſatũ M. & cæratum ſantalinum.

Dolor etiam fit à materia frigida, quæ apparatur medicamentis incidẽtibus, tenuãtibus, tergentibus, veluti ſunt acetũ ſcillinum, mel roſatũ, oxymel. Deturbatur verò, aloëticis, quales ſunt pil.ex hiera ſimplici, & compoſita, elephanginæ, maſtichinæ, hiera picra, diaphenico, electario indo. Intemperiem abigunt aſſumenda, veluti ſunt aromaticum roſatum, aromaticum gary.aromat.nardinũ melicratum de citro, cõfectio de cinamomo, confectio ex galanga, ſecacul conditum, confectio de

zinzibere, dianisum, & huiusmodi sexcenta.

Dolor à flatibus si qua ipsos materia fouet apparanda, & vacuanda, dein flatus dissoluēdi primùm clementioribus temperatè calidis, vt chamæmelo, meliloto: deinde valentioribus, vt baccis lauri, aniso, cumino, galanga cum vino aromatite, aut cretico dulci, diacumino, diagalanga, dianiso, & valentiore his cōfectione ex baccis lauri. ℞. diagalangæ, diacumini añ. ʒ. ij. philonij Romani ʒ. j. misce. fiat bolus, sumptus sopit dolorem. Amatus narrat ingentem ventriculi dolorem illico sanatum vomitorio ex veratro: alioq; vomitorio vētriculi dolorē à bile prasina cum febre, & anxietatibus fugauit.

De inflammatione ventriculi. CAP. XIX.

CVratur, vt phlegmone pulmonis, & phrenitidis. Curandi enim ratio à repellentibus, & auertentibus materiam auspicanda est, vt sanguinis misione ex axillari dextra, vel per sanguisugas hæmorrhoidibus affixas. Mox imponitur vētriculo quæ astringunt, & reprimunt, vti ℞. olei cotoneorum ℥. iij. mastichę, santali albi, & rubei, rosarum añ. ʒ. ß. cum farina ordei fiat emplastrum. Aliud. ℞. rosacei ℥. j. olei myrtini, cotoneorum añ. ℥. ß. succi plantaginis ʒ. ij. santali rubei, mastichę bistortæ, rosarum añ. ʒ. j. boliarmenię ℈. j. hypocystidis, acatiæ, sanguinis

drac.añ.℈.j.ceræ q.ſ.fiat vng. Aeſtus vehementia remiſſa vſu ſyruporum, medullam caſsiæ nigræ cũ manna, & rhabarbaro ægro offerre conducit. Si verò nihil amplius affluit, nec repelli quod in laborante particula continetur poteſt, ſolis diſcutientibus medicamentis vtendũ, ſed illis ſemper aſtringentia, partem roborantia, conſocianda ſunt. Si verò inflammatio reſolui non poteſt, quod tamen eſt longè optatius, coquentibus eſt ſuppuranda, & vlcus vbi abſceſſus erumpit tergendum, ſiccandum, carne implendum, cicatrice tegendum. Itaq; ventriculi pus tutius expurgatur deiectione quàm vomitu. Detergunt vlcus, & ſiccant oxymel, aqua ordei pota cum melle roſato, terebinthina lota ſumpta. Aliud. ℞. vini cretici ℥.ß. aquæ endiuiæ ʒ.iij. olei vitreoli guttas duas ſumat per ſex dies continuos, quod conſulit Victorius experiens vir, & doctus.

De iocinoris affectibus. CAP. XX.

HEpatis affectiones dignoſcuntur ex defectu humorum atque abundantia, & ad id quod pręter naturam eſt euerſione, & colore malo, ſed & ex grauitatibus ac tumoribus, & doloribus non modò his qui in eo ortum habent, verùm & ex illis qui conſortij lege proueniunt, vt per aliquam difficilis reſpirationis,

aut etiam tuſsis ſpeciem, hepate etiam affecto alteratur totius corporis color. Iecoris exigui coniunctura eſt, ſi cum venarum gracilitate, & cutis decoloratione grauitas, aut tenſionis dolor in dextro hypochondrio poſt ſumptum immodicum cibum ſentiatur. At hepatis magnitudo depræhenditur ex digitorum manus, venarumq́; magnitudine. Item ex ſtatura corporis ac præcordiorum magnitudine. Iecur magnum multifidumq́; ineſt guloſis, & timidis. Iecoris fibra abſciſſa ſanata. 6. aph. com. 18. Quidam vt narrat Agrado ſanatus fuit à dyſenteria, per quam portiuncula hepatis excreta apparuit in deiectionibus, quod non facile crederet Gord. Quando maxima hepatis fibra ictu ex loco dimota eſt, propinqua viſcera vehementer dolore comprimũtur. Mirum quod affirmat Al. B. ſe vidiſſe iecoris tunicam à lue venerea totam eroſam ſine dolore, quum iecur non ſentiat, niſi per tunicam, hepar interdum demittit in ventrem totius corporis excrementa. Non omnis bilis vomitus fit propter bilis abundantiam, ſed aliquãdo ob eius refuſionem in pyloron.

De hepatis imbecillitate. CAP. XXI.

HEpatici dicuntur quos ob iocinoris imbecillitatem morbus infeſtat, etiam ſi nula adfuerit phlegmone, quando citra mani-

feſt

ſeſtum in viſcere malum in propriis actionibus debilitatur. tunc ægrum hepaticũ appellat Galenus. Quando propter ſolam hepatis debilitatem ſanguinis effluxio contingit, tunc hepaticos vocat Aetius. Imbecillitas autem eſt functionis infirmitas, functio autem gemina eſt, propria vt ſanguificatio, & communis omnibus corporis partibus, vti attractio, retentio, & expulſio.

Cauſa. omnis imbecillitas ab intemperie, aut meatuum ametria efficitur. Intemperies autem vel eſt in ſola qualitate, vel cum humoribus, quibuſdã in propria hepatis ſubſtantia, vel circa eius venas, & arterias contentis. At meatuum ametria ſex ob cauſas contingere poteſt, nam meatus partium internarum læduntur per raritatem, oſculorũ coaleſcentiam, conſtipationem, compreſsionem, reſidentiam, & obſtructionem.

Digno. hepatica excrementa ea nominantur, quæ ob imbecillitatem deiiciuntur, qualia ſunt alui ſedimina, loturæ carnis recèns mactatæ ſimilia. Craſſus & niger ſanguis per aluum hepaticis excernitur. Si aluus chylum deiiciat, attractricem infirmari ſuſpicio eſt. Si verò in egeſtis recens caro lota eſſe videtur, alteratricem vt ſentit Aegineta. At ſi calida dyſcraſia male habet, contentos aſſat humores, & adurit, frigida craſſos, & ad fluxum contumaces reddit. Arida ſiccos craſſosq;, humi-

da magis tenues, aquosioresq; reddit. A calida rursus colliquationes fiunt, primũ humorum, deinde etiam carnosæ hepatis substantiæ, bilisq; per ventrem euacuatur fœtens, & crassa, abundeq; colorata. In frigida contra non similem egesta putorem, neque calorem, neque compagem habet. Quum verò retentrix retinere nequit, in primis cruor saniosus excernitur, posteà crassus, & feculentus. Sic infirma expultrice, excrementa retineri solent. Indeq; contingit grauitas, & tensio in viscere, & corpus decolor & cacochymicum. Aliabbas ait, ex imbecillitate retẽtricis sarcitem oriri, quia sanguis crudus, & ante perfectam concoctionem in membra attrahitur.

Præsag. Iocinoris opus omnibus particulis pernecessarium est. Qui dolore hepatis admodũ conflictantur, his febris superueniens leuat dolorẽ. In hepate phlegmonem patiẽte singultus superuenit. Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus effluit purum, & album, euadunt: his enim pus cõclusum in membrana est. Quibus iecur calidum est, & meseraicæ latæ, vt plurimum siccas habent deiectiones.

Metho.m. Dyscrasiæ sola alteratione sanantur, sed earum quæ dyscrasiam efficiunt causarum curatio, fit per euacuationem, vel per concoctionẽ: nam sæpissimè vsus optimi regiminis ad repletionem

nem & dyſcraſiam adhibitus ſatis ſufficit. Non omnis humor malus facit morbum. Neque omnis medicina exitialis poteſt ſine quantitate nocere. Obſtructio hepatis quæ ex lentis, & craſsis humoribus fit, apertione indiget, quæ fit per aſtringentia, & incidentia. Sed obſtructiones quæ morbis aliis ſuccedunt, poſterius curari debent. In obſtructione iocinoris oportet cibo, & potu attenuare craſsitiem, & lentorem incidere, poſtea verò euacuare per aluum, vel cum vrinis. Per ventrem quidem humores qui in hepatis ſima impacti ſunt: cum vrinis verò eos qui gibbis hærent. Præterea ſi digerere quod in exiguis hepatis venis farctum eſt velimus, cauendum eſt ne venarum robur reſoluamus topicis adhibitis laxandi vi præditis, niſi cum his miſceamus aſtringentia, quæ partium tenuitate polleant, & intro celerius ferantur, qualia ſunt cinamomum, caſsia, myrrha, nardus, calamus odoratus, & id genus alia. Dulcia omnia nocentiſsima ſunt, hepati affecto.

Auxilia. In omni hepatis intemperie ſeridum ac intyborum ſubſtantia hepati commodat. Item capnij ſuccus, aut decoctũ, cochlearum terreſtrium caro, hepar lupi omnibus hepatis dyſcraſiis cõuenire videntur. In cauſa frigida his remediis ſuccurritur, ſerapium de eupatorio, de agrimonia, vinum potum in quo rubia cum maſtiche elixata ſit, ſyr.

acetoſus cum radicibus ſecaniabim de radicibus decoctum eupatorij, ſyr. de thymo, ſecaniabim de calamento, melicratum conditum. Apozema de radicibus Viatici. De purgãtibus ex vſu ſunt pilulę de rhabarbaro, hiera picra, electariũ alharif. M. cõfectio alkekengi, pilulæ de turbit, pil. ſebelliæ, pil. ſtomaticæ, & aggregatiuæ. Intemperiem frigidam corrigunt ſequentia corroborantia aſſumenda, & admouẽda, electarium de aromatibus, de gemmis, diaxyloaloes, diacucurma, diagalãga, aromaticum roſatum, & nardinum, emplaſtrum diaphœnicum, empl. de gallia. M. empl. de ſpico Alm. Ab intemperie, aut materia calida, ſyrupus de cichorea cum rhabarbaro, ſyr. de endiuia, ſyr. de abſynthio, decoctio de eupatorio, ſyr. de oxalide dilutus aqua cuſcutæ, & agrimoniæ, ſy. acetoſus de pomis, acetoſus tereniabim, ſy. de portulaca, ſyr. de fumaria, tro. de camphora, de ſpodio cum ſemine acetoſæ, tro. de berberis, tro. de ſantalis, confectio diarhodon cõfectio de pſillio, diatrionſantalon. Sed de his quæ clementer purgant ſunt caſsia nigra, mel aëreum, rhabarbarum, & diarhabarbarum Viatici.

De arquato, regio've morbo. CAP. XXII.


Ic affectus arquatus dicitur: quia ab iride nomen habet quæ mille trahit varios aduerſo ſole colores. Regius etiam vocatur à ludi

ludi laſciuia, quæ morbi remedium eſt, ſi Celſo cre-
dimus, imo & Samonico ſic canente.

Regius eſt verò ſignatus nomine morbus.
Molliter hic quoniam celſa curatur in aula.

Vocatur & aurigo ab auri colore Apuleio, ἰκτερι-
κὰ ἴκτερος, ἰκτερίς, ἰκτέρισις've, ab Aurelio, & voca-
bulum ſumpſit à muſtula quæ ictis dicitur, & auri-
colores oculos habet, vt Aretæo placet, Ictinus à
Galeno miluus dicitur.

Aquatorus igitur eſt color præter naturam to-
tum corpus occupans. Cuius quatuor ſunt diffe-
rentiæ, luteus, viridis & niger. Albũ adiunxit Hip-
pocrates, lib. de morb. qui intus.

Cauſa eſt cacochymia cutem illiniens: hæc au-
tem ortum habet à vitio hepatis, cyſtis fellis, aut
lienis. Hepatis affectus ex quibus arquatus ſolet
aduenire tres ſunt, vt ait Gal. videlicet, tumor du-
rus, inflammatio, & obſtructio. Adde dyſcraſiam:
nam hepatis ſecundum naturam mutata tempe-
rie, humores vitio afficiuntur. Ex cyſti intemperie,
vel obſtructione, eius facultas attractrix imbecilli-
tatur, indeq; impurus ſanguis remanet. Non diſpa-
riliter ex lienis imbecillitate regius morbus accide-
re ſolet. Naſcitur etiam hic morbus à feruido di-
ſtemperamento ſolidorum corporum, id quod ali-
menti ratione erat exhibitum, in bilem cõmutan-
tium, veluti in pituitoſum humorem, nutrimẽtum

ingeſt

ingeſtum in anaſarca permutatur, vt ſentit Paulus. Ex quo pateſcit quòd non omnis bilis in hepate & ventriculo gignitur. Inſuper icterus fit aliquando decretoriè reponēte natura cacochymiam ad cutem. A morſu etiam ferarum ex quo ſanguis corrumpitur, bilioſusq; efficitur. Et ab epoto veneno. Plurimi quoque oppilationes in venis habentium colorem habent citrinum, quoniam ſanguis per foramina ſua ad cutis ſuperficiem non accedit, vt loquitur Auicen. Ex quibus liquet quòd non ſemper in arquato locus affectus eſt iecur. Contingit etiam icterus interdum ob crurum vlcera occluſa, teſte Amato.

N. Digno. Mutatio coloris primò, & magis apparet in oculis, & plantarum talis, vel venis quæ ſub lingua ſunt. Cur potius oculos tingat icterus, explicat Oribaſius 4.apho.com.62. Itaque hepatis dyſcraſiæ, inflammationis, obſtructionis & ſcirrhi notas require in ſequentibus, vel potius 5.de loc.aff. Veſicæ fellis vel ipſius meatuũ imbecillitas oſtenditur ex albis deiectionibus. Obſtructio verò cùm ex his, tum ex grauitate pręcordiorum dextræ partis. Si ob ſplenis vitia incidit hoc malum, color nigrior ſubſequetur, ita vt putaretur flaua bilis fuligini eſſe permiſta. At ſi nullum ex commemoratis adſit, & arquatus non vniuerſus, ſed paulatim procreatur, ex calida ſolidarum partium intempe-

rie naſcetur.

Præſagia. quibus per febres regius morbus ante ſeptimum accidit, lætale. huic Hippocratis ſententiæ reclamare videtur Auēzoar, ſimiliter, & Auerrhois, cum ipſa experientia. At quibus die ſeptimo, aut nono, aut decimo quarto acciderit, bono eſt, niſi ilium dextrum obduruerit. Arquatis iecur affici durum, male eſt. Qui regio morbo laborant, hi non admodum inflantur. Icterici quicquid vidēt, id pallere arbitrantur, nō tamen ſemper, ſed quando humor inter cryſtaloidem, & rhagoidem medius, colorem mutarit. Seniores rarò icterici fiunt. Quando icterus inueterauerit cachexiam, aut hydropa facit, quod obſeruauit Gariopontus. Icteria curabilis an ſit Concoregij experimentum docet.

Meth. m. Huiuſmodi ſymptoma nullam ſeorſum curationem exigit, vtpote cum affectu vnde naſcitur vnà ceſſans. Nihil eſt aptius phlebotomia in dolore viſcerum, vt ait Galen. Item debiliora, inquit, cathartica fortaſsis non conferunt, eò quòd non curantur faciliter icterici propter ventris ſiccitatem. Rurſus prætermittere ait quòd iuuatiuum propter guſtum, ingeneroſum eſt, ſicut & aſſumere quod nocuum propter delectationem, nefandum. Repletio, & indigentia ictericis ſunt peſsimæ, prior propter cruditates & obſtructiones, hæc verò quia bilioſiores ſuccos reddit. Ictericos purgare oportet

omni modo, quo possimus, per vomitum, deiectiones, vrinam, sudores atque adeò per palatum & nares, ex Gale. Moses. Item non possum, inquit, numerare quot ictericos liberaui per fluxum ventris tantùm. Aurelianus tamen vitandam probat frequentem & variam medicaminum potationē, quę fellea deducere promittuntur, siue vētrifluuia, siue vrinalia. In ictero duo maxima remedia, sectio venæ, & purgatio, & vtraque repetita. A phlebotomia, inquit Aetius, clyster assumitur, qui propter fæcum euacuationē spirandi facilitatem inducit, intestinaq́; irritando humores à cute retrahit, & reuellit. Quibus citra febrem regius morbus accidit, vrgente in dextra præcordiorum parte grauitatis cuiusdam sensu, his omnibus aperire obstructiones conuenit cibis, & potibus & medicamentis extenuātibus, deinde cholagogum exhibere, sicq́; plurimos vna die sanitati restituit Gale. qui verò purgatione liberari non potuerunt, his rursus valētiore ad aperiendum data potione, pharmacum quod vehemētius purgaret, exhibuit, sic deinde sub fine purgationis vel cerulea, vel flaua etiam bilis, cum acri mordacitate secernebatur.

Cur suffusis bile intueri lutea præcipiunt? vt erumpentibus papulis rubra. An quod rerum lutearum cōspectu, bilem flauam regij morbi parentem, non aliter quàm rubrorū obiectu sanguinem cieri

cieri volunt, & ad summam cutem elici, euocatum exterius facilè discuti.

Remedia sunt syr. de scolopendria Tussignanæ de cichoreo Salyceti, decoctum prassij eiusdē, syr. de fumaria minor, sy. de eupatorio, syr. rosatus cum rhabarbaro, & agarico. De purgātibus salubria sunt cassia nigra, rhabarbarum, agaricus, electarium de psyllio, rosatum, & confectio raued seni. M. pilulæ indę de fumoterę confectio de eupatorio, & de fumaria. Tro. diarhodon, de rosis, de camphora, de lacca, diatriasantalon, diarhodon. Decoctio prassij, & decoctum rhabarbari Salyceti, decoctio pilosellæ Concoregij. ℞. pul. diarrhodij ʒ. j. ß. rhabarbari ʒ ß. spicæ ℈. ß. rasuræ eboris, & cornus cerui añ. ʒ. j. foliorum saluiæ vitæ ʒ. ij. fiat puluis, sumat ʒ. j. ex vino albo, aliquot diebus ieiunus, à purgatione. ℞. rubiæ tinctorum ʒ. ß. cum succo limonum fiant pilulæ iij. Decoctio pilosclæ sanat omnes ictericos, teste Nicolo. ℞. cineris intestinorum terrę ℥. j. cum syrupo bisantino, formētur pilulæ, quas à purgatione æger deglutiat. vel ℞. cineris prædicti ʒ. j. sacchari q. s. ad bonum gustum, quod Gal. probat lib. de ther. ad Pisonem. ℞. euphorbij puluerati ʒ. ß. sumat cum ouo sorbili, sanat auriginem inueteratam ex opilatione hepatis, & splenis, vt ait Plato. Idem præstat puluis Valesci ex aloë, myrrha, & croco. Myrep. commendat puluerem radicis an-

chusæ, eius cochlearia duo pota. Item decoctum ramorum rubri diebus septem mane potum. Ictericos fœliciter expurgat sulfur cum ouo sumptum, teste Galen. ℞. sulfuris, vini exagium vnum, salis communis exagium semis, da comedenda ieiunis cum ouis sorbilibus, vt iubet Myrep. Oleũ de cartamo illitu ictericis confert. Ad hepatis duriciem cum ictericia. ℞. rosacei ℥.j.ß.succi cymarum absinthij, olei nardini, mastichæ añ. ℥.ß. pulueris schœnanti, spodij, casiæ ligneæ, hypuris, añ.ʒ.ij.ceræ puræ q.s. fiat vnguentum pro iocinore.

De hepatis obstructionibus. CAP. XXIII.

OBstructio vel in venis simarum partium, vel gibbarum consistit, sed crassorum humorũ obstructiones fiunt, inter simas & gibbas hepatis partes. Certè iecur obstruitur in poris suis, vel in meatibus per quos expurgatur sanguis à suis superfluitatibus, vel in vasis aliis. Sed vasorum obstructio nunquam integra fit, quin aliquid penetrare possit, quod penetrare debet, licet fortasse id tenuius, & subtilius sit, quod penetrat.

Causa est abundantia succi, & materiæ, vel crassicies & lentitia. Addit Aëtius flatus nebulosos & concoctu difficiles. Obstruuntur etiam viscera si quis cibum post exercitium adhuc anhelans, accipiat,

piat, vel ſi à cibo vehementer exerceatur. Obſtructio fit à materia humorali, & tenſio à flatulenta, vt ait Bertucius.

Digno. hepar dolet ob obſtructionem, mediocriter tamen, & cum quodam ponderis ſenſu. Si grauitas, diſtentio, dolorq́; dextra parte ſub præcordiis ſentiatur, nullo ſubſtantiæ tumore, nulla febri vrgẽte, venarum ſignificatur obſtructio. Quum vaporoſi & craſsi flatus multitudo coaceruatur, quæ exitum non habet, non grauitatis ſolùm, ſed diſtentionis ſenſus oboritur. Si à craſsis & viſcidis humoribus obſtructio fiat, conſequitur grauitatis cum dolore ſenſus, aliquando obtuſæ, aliquando etiam vehementis, & quandoque abſque febri, quandoque cum febri. Inſuper de obſtructionis indiciis ſunt difficultas anhelitus, color faciei malus, vrina tenuis. Simæ deiectio humida, gibbi ſicca vtriuſque deiectio partim humida, partim ſicca ex Auic. & Grad.

Præſag. obſtructio eſt affectus partium inſtrumentariarum. obſtructionibus iecur aſsiduæ corripitur.

Metho.m. Obſtructionum alia eſt ex abundantia, alia quæ ex qualitate ſuccorum incidit, qui aut lenti aut craſsi ſunt, præferetur inter remedia, in ea, quam copia facit ſanguinis miſsio, in ea quæ ex humorum qualitate conſiſtit, attenuantium vſus.

Obſtructioni opponitur ἔκφραξις, id eſt, recluſio, ſed obſtructa non ſunt aperienda prius quàm plenitudo euacuetur. Quæ verò obſtruunt per aluum vrinam, & ſudores, ea euacuare tentandum, modò diſſecta deterſaq́; ſint. Idq́; medicamentis quoad licet minime calefacientibus. Ad craſſos, & lentos humores conueniunt incidentia, & abſtergentia: at quæ ex morbis aliis ſuccedit obſtructio, poſterius curari debet. Omni cauſæ competit attenuatoria victus ratio. 1. de tuenda ſanit. Ergo humores craſsi, & lenti extenuantibus, & incidentibus maturantur, quod vir doctus videtur negare Baccanelus. Obſtructio in ſima per ventrem deturbanda eſt, at quæ in gibba eſt cum vrinis educitur. Quum digerere quod in hepatis exiguis venis factum eſt, velimus, cauendum ne venarum robur reſoluatur, topicis adhibitis laxandi vi præditis, niſi cum his miſceamus aſtringentia, quæ partium tenuitate polleant, & intro celerius ferantur, qualia ſunt aromata, vt cinamomum, caſsia, nardus, myrrha, calamus odoratus, & id genus alia. Obſtructiones reſerant quæcunque vel eſculenta vel medicamenta attenuantia ſunt, eaſq́; ſoluunt remedia quę deterſoria facultate ſunt prædita.

Itaque de remediis aſſumendis ſunt ſerum lactis, apium, cuſcuta, endiuia, hepatica, ſolanū, plantago, malua, amygdala amara, piſtacia, ſemina maiora frigida,

gida, ſy. roſatus cum rhabarbaro, & agarico, ſy. acetoſus de radicibus, ſy. diarhodon, ſy. de eupatorio, de fumaria, de ſquinanto Viatici, ſy. adiantinus, decoctio radicum Ali. de fumo terræ, de eupatorio, diarhabarbarum, pilulæ de rauet, pilulæ ad oppilationes M. ℞. pul. radicis rubiæ tinctorum ℥. j. cum ſucco limonum fiant pilulæ, ſumat. iij. ieiuno ſtomacho, à purgatione. Semina milij ſolis commanſa opitulantur. Cõfectio de ſeminibus M. vtilis eſt.

De iocinoris inflammatione. CAP. XXIIII.

INflammatio eſt magna vel exigua, in parte carnoſa vel in tunica, aut vaſis, in ſima parte vel gibba. In neutra tamen partium hepatis inflammatio exquiſitè diſtincta poteſt conſiſtere, quoniam omnium partium carnes inter ſeſe continuantur: ſic cauo hepatis phlegmone obſeſſo, protinus etiam venas quæ in meſenterio ſunt, vna phlegmone laborare eſt neceſſe, quum ex vena portæ exoriantur.

Digno. hepatis vehemens dolor fit propter inflammationem, vel propter ſpiritum flatulentum: ſed dolor à ſpiritu efficitur abſque febri. Contra ex hepatis phlegmone neceſſariò febris adeſt, imò ardens. Hepatis dolor vicina corpora ad conſenſum inducit, nam & ad iugulum vſq; producitur, & ſpirandi difficultatem crebertimè affert. Interdumq;

tuſsim ac dyſenteriam, neque raró nothas coſtas infeſtat. Diſcernitur autem hepatis inflammatio à pleuritide, ex alui ſedimentis, ex pulſu, ex linguæ, & vniuerſi corporis colore. Color enim alteratur vbi hepar vitiatum eſt. Inflammatio in gibba grandis ſolo tactu facilè dignoſci poteſt, præſertim in his, quibus à natura vel à morbo abdomen extenuatũ habent. Soli hepati proprium eſt, vt tumoris tumulum comprehenſim habeat circunſcriptum, muſculus non item, ſed inflammationis ipſius moles ſenſim diminui conſueuit.

Præſag. hepatis connexa pars maius habet annexum periculum. In hepatis inflammatione ſingultus malum. Ventris fluor mortalis. Si hepatis morbus in morbum lienis permutetur, bono eſt: malo autem, ſi contrarium eueniat. Iecoris inferiora membra ſi phlegmone corripiantur, intereunt quàm paucisſimi. Quæ iecoris, aut ventriculi occaſione eueniunt febres, ſunt omnium vehemẽtisſimæ, & magna ex parte in tabem tranſmutantur. Iocinoris inflammatio ſoluitur ſanguinis è naribus fluxu, è nare dextra, iuuat & ſudor bonus. Connexæ partes patientes eadem hæmorrhagia, ſudoribus, copioſisq; vrinis ſanantur, ſic cauę partes affectæ liberantur excremẽtis bilioſis, ſudoribus, nonnunquam verò & vomitibus.

Metho. m. pariter tum reuellẽdus tum educendus

dus qui ad inflammationem fluit ſanguis, interna in dextro cubito ſecta vena, ob id quod & è directo, & ampla via cum vena caua ſocietatem habet, hac non apparente, media ſecanda, quod ſi nec illa ſe oſtenderit, humeralis incidenda venit. Venæ ſecandæ electio à parte laborante indicatur. In vniuerſum autem quàm longiſsime à tentata fluxione parte, quod redundat reuellere conuenit. Vacuationis autem modus ex redundantiæ modo, ætate, natura, anni tempore, regione, conſuetudineq́; atque ante hæc, ipſa laborantis virtute inuenies.

Remedia. Epithemata conueniunt repellentia ex aquis roſarum, plãtaginis, ſolani cum ſantalis, & camphura, vel cũ puluere diatriaſantali. Inunctiones vtiles ſunt ex oleo roſaceo & cotoneorum. De aſſumẽdis etiam repellunt, & materiam apparant, ſerapium roſatum, aliud ex ſucco oxalidis, de cytoneis, cum aquis plantaginis, acetoſæ, adianti. Salubris quoque purgatio, quæ fit per ea quæ blandè ſoluunt, nec trahunt à remotis, qualia ſunt atramẽtum calami dulcis, manna, rhabarbarum. Eſt etiam in cibo medicamentum præſtantiſsimum, vt docet Hippocrates, & tale exhibetur ne trahat à remotis, vt inquit Agarbo. Huc pertinet quod etiam alibi Hippocrates attractorias exhiberi ſorbitiones in cauſo maligno iuſsit, id eſt, vt ſorbitiones attrahenti pharmaco miſceamus, qui modus nõ ſo-

lùm in causo, sed etiam in pestilenti febre à Brudo commẽdatur. Ab his ad phlegmones euaporationem digerentibus vtendum, mixtis tamen stypticis, vt absinthio pontico, rosis, scœnantho, spica nardi cum chamæmelo, meliloto, anetho, ibisco, ex quibus efficitur decoctum ad fouendum, vel cataplasma additis oleis lini, chamæmeli, anethini, & absinthij. Postremò victus tenuis esse debet: quia morbus acutus, & refrigerans: nam contrarius in morbo victus. Victu est opus qui meatus aperiat detergatq́; citra rosionem, sitq́; omnis tenacitatis expers, vt est ptisana, cremor hordei, & loco oxymellis quo vtebãtur antiqui syrupus rosaceus simplex, vel acetatus simplex aqua intybi vel plantaginis mixtus. Mulsa & dulcia omnia nocentissima hepati affecto, vt asserit Gal.

De scirrho iocinoris. CAP. XXV.

HEcur & lien ad scirrhos membra sunt opportunissima. Nam hepatis substantia naturaliter lutosum quippiam continet. Lienis verò substantia tametsi rarior sit, crebriùs tamen scirrhosis vitiis affligitur, quòd crasso nutritur sanguine qui veluti limus est, facillimeq́; nigra bilis efficitur.

Causa externa, vsus lentorum crassorumq́; ciborum nimius, inepta visceris curatio. Interna verò

est

eſt glutinoſus,aut craſſus,humor, tenaciſsimè partibus induratis in fixo. Interdum ab initio concreſcit atque augetur paulatim, ſed crebrius ob ineptam curationem gignitur.

Digno.in extenuatis tactu facilius deprǽhenditur,attractu temporis non facilè fuerit per tactum ipſum cognoſcere, intercipiēte iudicium aqua inter cutem,quæ illico ſcirrhum ſequi ſolet.

Præſag.ſcirrhum hepatis ab initio ſanauit Gale. vbi verò ad plures dies eſſet extenſus, neque ipſe potuit, neque alium vidit, qui poſſet ſanare. Inueteratus omnino non curatur: quia tam vehemens medicamentum,quod affectus efflagitat,iecur ferre non poteſt, vt cuius vehementia partis robur vniuerſo corpori maximè neceſſarium ſoluat.

Metho.m.hepar non ſuſtinet vt lien vehementiora medicamenta.Curandi eius communis indicatio eſt, vt quod præter naturam in particula eſt, totum vacuetur: modus tamen vacuationis eius proprius eſt, nam detergere id vbi contumaciter inhęret,oportebit,non his quæ vehementer calfaciunt,& ſiccant,ſed tantùm ſunt admouenda,quæ molliendo digerere poſſunt.Si multus & crudus ſit ſuccus,ratio victus tenuis conuenit: ſi verò copiæ craſsitudinis, aut lentoris vitio meatus obſtructi ſint,attenuatoria victus ratio erit ex vſu.

Inter remedia numeratur ſanguinis miſsio ex

interna, & post tres dies hæmorrhoidum apertio, à leui præcedente purgatione. Salubria sunt serapia de endiuia, de cichorea, sy. bisantinus, acetosus diarrhodon, sy. de eupatorio, syr. diachylon Arnal. sy. de v. rad. cũ aquis cuscutæ, lupuli, piloselæ, agrimoniæ, purgatur materia apparata diluto rhabarbari, & agarici tro. cum diacatholico, vel diamana, diasene, vel ex decocto fumariæ, aut eupatorij, aut epithymi, vel pilulis de rhabarbaro, vel istis quę recipiunt, rhabarbari, agarici tro. añ. ʒ. ß. cum sy. endiuię formẽtur pil. v. sumat post primum somnum.

De aperientibus, & roborantibus sunt conserua florum sambuci ex sero caprino pota, vel mane sumpta. ℞. oxymellis scillini ℥. j. sy. de endiuia ℥. ß. aquæ cichoreæ, cuscutæ, absinthij añ. ℥. j. cum spodio, & squinanto sumat omni mane, & de tertio in tertium addatur syrupo rhabarbarum. Item aduersus hunc affectum efficacia sunt diarrhodũ, diatriasantalũ, dialaca, diacucurma, diacalaminthes, elec. de fisticis, electarium de eupatorio, & de squinato, elec. opilatorũ Clemẽtini, tro. de spodio, de rhabarbaro, tro. diarhodon, tro. de rosis, & eupatorio. cum sy. bisantino formentur pilulæ, quas æger deglutiat ieiunus. Purgantia, & aperientia sunt pilulæ de rha. de eupatorio, imperiales. vel ℞. agarici tro. ʒ. ß. rhab. ʒ. ij. tro. diarhodon ℈. ij. mastichæ ℈. j. cũ syrupo de endiuia fiant pilulæ. vel ℞. pul. tro. de rosis,

ſis,& eupat.ʒ.j.tro.de rhab.ʒ.ß.tamarindorum ℈.
iiij.rha.ʒ.iij.maſtichæ ℈.ß.cum ſy.end.& de eupa.
formentur pilulæ v.pro ʒ.purgans, aperiens,& ro-
borans. ℞.diarrhodij Abbatis tabulati ℥.iiij.rhab.
ʒ.ij.cum ſyr.de cichorea fiat electarium, ſumat ʒ.
iij.ieiuno ſtomacho, & interdum additur ℥.j.dia-
triaſantali.

De topicis conferunt emplaſtrum diachylon,&
de meliloto, ceratū œſipi, ceratum Filagrij,& Pau-
li.vel ℞. ammoniaci ℥.ß. bdelli ℥.j. emplaſtri de
mucilaginibus ſimplicis ℥. iij. radicis rubiæ tinc.
ſpicæ nardi,ſem.leuiſtici,ſe.cichoreæ añ.ʒ.ij.meli-
loti ℥.iij.ſolue gummi in aceto acerrimo,& bulliāt
cum liquore ſequēti.℞.vini albi lib.ß.olei de fiſti-
cis, vel nardini, vel de abſinthio ℥.iij.& cum ℥.j.
ceræ albæ fiat ceratum: emollit, & digerit obſtru-
ctiones, & ſcirrhoſos affectus iocinoris.

De cachexia,ſeu cachecta. inde cachecti, & cachectici. CAP. XXVI.

Καχεξία eſt malus corporis habitus, ex
etymo. eſt ſpecies tabis, Celſo. dicitur
etiam de apoſtemate vētoſo,apud Aui-
cen.2. primi. hydropicorum caput eſt,
vt definit Paulus, vel hydropiſmi antecedens cau-
ſa,vt ait Aurel.& Auicen.

Cauſa.cachexia per proprium hepatis morbum
effic

efficitur, vel quod id per consensum afficiatur, maximè verò vitio splenis, pulmonum, & vteri. Cogitationis etiam mentisq; segnitia, ac animus deses, decoloratos atque ex atrophia graciles, ob naturalis coloris imbecillitatem reddunt. Itaque ex caloris natiui infirmitate, alteratrix facultas cibum ne minimum quidem mutat, aut tardè concoquit, vel deprauat, aut corrumpit, hinc ortum habet sanguificatio abolita, debilis, deprauata.

caloris

Digno. quemadmodum se habet nutrimentum id est, sanguis, ita & exteriora, hoc est, color corporis. 6. epi. color enim similis efflorescit humoribus, si non ingurgitauerit, vniuersa corporis miscella laxior est, ac mollescit, corpus totum cum virore albicans inualidum est, incidit interdum œdema crurum, & pedum.

Præsag. si ventris torpedo, id est, concoctionis imbecillitas fuerit, vniuersorum fit turbatio, vasorum immũditia, cerebri diminutio, propterea caluitium, & instrumentorum attritio, seu senectus. 6. epi. Capiuntur cachexia maximè senes, qui etiã maximè liberãtur. Imo & pueri qui facilè pereunt, propter vitalis firmitatis debilitatem, & quod ob cutis raritatem succi in eis facilè transpirant, at qui in vigore sunt, rarò incidunt, & facilè se inde extricant, vt scribit Aëtius, sed fallitur: quia infantes vel teste Galeno, cæteris ætatibus præstant in functíon

Aetij lapsus.

ctionibus naturalibus, ergo non periclitantur ob vitalis firmitatis debilitatem, ſed potius quòd in cachexiam incidunt, à fortiori cauſa. Nec cutis rara in pueris eſt, quod demonſtrat Galen. 1. ſimpli. & 2. de temp.

Metho. m. cachexia quum ſit in genere ſymptomatum, quæ in affectibus conſiſtunt, eius ſanatio efficientis cauſæ abolitio eſt. Diæta qua vires refocillantur, ſeu vires reparans, in moderatis deambulationibus cõſiſtit, geſtationibus, vociferationibus, & defricationibus per linteola ex lino crudo, deinde per inunctionẽ ex oleo, cui humorem reſiccantia ſint infarta, veluti nitrum & ſales, poſtea & exercitamenta moderata conducunt. Victus attenuans videtur magis cauſis aduerſari, ſicq; magis ex vſu eſſe. Cæterùm pituitoſum corporis habitum, hepatis, & viſcerum obſtructiones plerunque excipiunt. Proinde in his Galen. ſecutus Aeſculapium motus excitare ex rationali, animoſa, & appetitoria animæ parte conſulit.

Remedia purgantia. hiera ſimplex, pilulæ de eupatorio pilulæ ex aloë, & maſtiche cum ſucco abſinthij formatę, pilulę de rhab. pil. alchechẽgi M. Mirabiliter ipſos iuuat, inquit Aetius, aſsidua abſinthij delibatio, & adhibiti dropaces. Abſinthium tamen contentam in ventre pituitam nihil adiuuat. Betonica pota colorem plumbeum corporis, pri-

uatim

uatim emendat, flores ſambuci in vmbra exſiccati, & cum ſaccharo conditi ſunt efficaces contra omnia vitia hepatis, præcipuè contra obſtructiones. Ad emphraſim hepatis, & ſplenis à cauſa frigida, & rugitum, & flatus inteſtinorum. ℞.ſem.ocymi, amomi, maſtichę, anethi, cari añ.ʒ.ij.piſta ſimul lixentur in aqua: ſumat ℥.iij.de colatura cum zuccharo.huc refer, ſy.acetoſum diarrhodon, ſy.de eupatoreo M. de ſquinanto Viatici, electarium de gemmis, de xyloaloes, de eupatorio, dialaca diacucurma, confectionem de raued ſeni, conditum de bugloſſa, confectio alchechengi. tro. diarhodon, de roſis, de rhab.de eupatorio M.de berberis Viatici.℞.limaturę chalybis pręparatę ʒ.ß.cinamomi vel pul.aromatici roſati ℈.ß.ſacchari roſati ſolidi ℥.ß. fiat puluis, pro vna doſi, vel pro duabus, da quotidie ieiuno. Aliud ſcoriæ ferri præparatæ ʒ.iij. cinamomi ℈.j.ſalis gemmæ grana.iiij.da bis in ſeptimana cum momento vini albi. Aliud.aniſi fœniculi, zinz.cinamomi añ.ʒ.j.ſcoriæ ferri præparatæ ʒ.ij. ſacchari q. ſ. Decoctum corticis radicis tamariſci agreſtis cum paſſulis potum aliquot diebus etiam curat lepram quę fit vitio ſplenis, vt aſſerit Pand. ſunt qui ad cachexiam ſplenicam aqua ſtillatitia vtuntur, quæ paratur ad hunc modum. ℞.ramentorum hagioxyli lib.ß. corticũ radicum capparorũ, tamariſci, ceterac, añ.m.j.radicis lapati

acuti ℥.j.ß.conſeruæ roſ.borrag.bugl.an̄.℥.ß.nu-
cis moſchatę,gary.an̄.ʒ.j.cinamomi ʒ.ij.aquę fon-
tis,vini albi an̄.lib.iiij.macerentur 24.horis,poſtea
extillentur, vtatur hoc liquore per 5.horas ante
prandium.

De hydropiſi,ſeu hydropiſmo. CAP. XXVII.

Yδρωψ eſt triplex, vnus replet totam ven-
tris regionem colluuie quadã humidæ
& tenuis ſubſtantiæ,aſcitesq́; dicitur. Al-
ter totum corporis habitum pituitoſa
replet humiditate, atque hic anaſarca, & hypo-
ſarcidium vocatur. Tertia ſpecies, cui nomen eſt
tympaniæ,regionem ventris flatu implet, ἀσκίτης
ab ἀσκῷ, id eſt, vtre nomen habet. eius materia,
vt dictum eſt,humor aquoſus, vel ingens humoris
cum perexiguo ſpiritu. λευκοφλεγματίας hyderos
à cauſa putata nomen retinet,dici etiam ſolet ὑπο-
σαρκίδιος ſeu ὑποσάρκη, κατασάρκη, ἀνασάρκη. ſo-
laq́; intercus eſt, ex etymo, vt ſentit Aurel. eius
materia pituita, quæ ſi per vniuerſum corpus in-
creuerit,eam leucophlegmantia comitatur. A pi-
tuita alba ſarcites ſubtercus've ſuperuenit. Sunt
qui leucophlegmantiam in anaſarcam,& hypoſar-
cam diuidunt. Salernitani contra, autorq́; Paſsio-
narij hypoſarcam à leucophlegmantia ſeparãt, di-
centes quòd in illa maior flatus copia quàm phle-
gmat

gmatis eſt. In hac verò pituitæ maior quantitas, ſed ſpiritus abundantia minor exiſtit. τυμπανίτις ſeu tympania, tympanias've dicitur, quia hypogaſtriũ compulſum ſonitum edit, cuiuſmodi tympana ſolent, eius materia flatuoſus aër, ſeu multitudo ſpiritus cum exiguo aquoſo humore. At ſpiritum flatulentum gignit inſitus calor imbecillus, parumq; validus, ex cibis, & humoribus qui lente excalfiant, & in vaporem reſoluuntur, eſt enim vapor humor extenuatus. Auſtrino aëri ſimilis eſt flatuoſus ſpiritus.

Cauſa, hydropum omnium generatio communis, fit ſanguificationis opere intercidēte, ſeu quum ſanguinis generatio intermittitur, hoc eſt, ob vitiũ vel defectum ſanguificationis incidit. Iccirco fieri nō poteſt, niſi hepar refrigeretur. Refrigeratur autem ab affectione propria, aut per conſenſum ventriculi, lienis, inteſtinorum omnium, & præcipuè ieiuni, meſeraicarum, pulmonum, diaphragmatis, renum. Item per calidã, & ſiccam dyſcraſiam quæ per morbos acutos incidit, hepar ita imbecillum redditur, vt chylum nequeat in ſanguinem mutare, ſicq; frigeſcit. Affectio propria fieri poteſt à cauſa externa, & interna, veluti ab intempeſtiua frigidæ potione, & imodica ſanguinis, & cum eo ſpiritus vitalis, & caloris vacuatione. Nec ſolùm ex inſueta, & immodica hæmorrhoidum vel mēſium

profuſione, ſed etiam ex diuturna earum ſuppreſſione. Vnde calor iocinoris à craſsi & frigidi ſanguinis ſurſum regurgitãtis copia ſuffocatur. A ſcirrho, & valida obſtructione hydrops. Idem contingit ab eliquatione, & ab expultricis potẽtiæ offenſa, & ex orthopnœa apud Aetiũ. Hyderus ſiue aſcites à maiore frigiditate fit, quàm tympanias, humida enim ſubſtantia in flatuoſum aërem ſine calore non poteſt tranſmutari.

Digno. color qui per hepatis affectus apparet in vniuerſo corpore, doctum medicum fallere non poteſt. Intumeſcere pedes in omni hydropiſi commune eſt. In hydero tumor grauior eſt, tibiaſq;, & pedes occupat. In tympania leuior, ſed tenſio plurima, nullus tumor niſi in ventre cernitur, extremę corporis partes alimenti penuria marceſcunt, ſeu aridæ fiunt: percuſſo ventre ſentitur ſonus vtris flatu, & non aqua pleni. Humor ſit an ſpiritus qui in regionibus ventris continetur, nõ poſſumus tactu explorare, niſi cauata preſſu cute, & pulſare cogimur abdomen, & ægrotum in latera conuertere: ferè enim in totũ plurimi ex hydropicis febriunt, & ſitiunt, maximè qui aſcite laborant: quia humor in locis detinetur ſalſus, & putrefactus. Sitis inexpleta in tanta aquarum mole Tãtali more ægrum excruciat. An quia humor qui in locis detinetur ſalſus eſt, & inde vapores ventris exſiccat? An ve-

rò ſitiunt, quia corpus alimento idoneo humecta-tur. In ſarcite totum corpus intumeſcit, ceu corpus ſit impinguatum, præcipuè facies, cùm pituita tantùm ſit plenum, ſine ventris tumore, ob id albicat. Appreſſus cuiuis parti digitus veſtigium relinquit. Adiunctionis, & agglutinationis differentiam prodit anaſarca. Hydropes à tumore iocinoris orti arida tuſsi, deiectionumq́; paucitate, & duritie diſtinguuntur à cæteris.

Præſagia. hydrops ex acuto morbo periculoſus, numeratur inter morbos autumnales, febrē lenem & nō longam facit, ſarcites ineuitabilis. tympanias multa eaq́; bona fortuna indiget, teſtimonio Hipp. Tympania ſecundum Oribaſium aliis hydropibus minor eſt, ſed Auerrhoi eſt ſpecierum hydropiſmi deterrima, cui ſuffragari videtur Aëtius, tympanias inquiens eſt omnino periculoſus, minus eo aſcites: quia remediis promptius obedit. Adde quòd alteratrix facultas magis aberrat à ſcopo in tympania quàm in hydero. vide Con. differentia 102. Aſcite detentus ſi aqua per venas in ventrem defluxerit, morbo ſoluetur. Quibus iecur aqua repletum in omentum erumpit, his iecur aqua impletur, atque ita moriuntur, hydropicis tamen aqua colligitur inter peritonæum, & epigaſtrium teſte Galen. vel inter omentum ſeu inteſtina, & peritonæum tranſfunditur, & aliquando inter abdomen, & peritonæum,

næum, hydropicis ſi ſuperueniat tuſsis, ipſius morbi ratione ſignum eſt exitiale. A furore hydros bonum. Hydropicorum vlcera difficulter ſanantur. Vbi peius habent ægri vſq; ad ſemora tumor producitur, quãdo ſanè ex aſcite, & ſarcite hydropum complexus factus apparet. Anaſarca hydrops peſſimus dicitur: quia in eo totus permutatur homo, cuius nulla pars ei ineſt noxa carens, eſt tamen curabilis apud Aëtium, nam qui alba pituita detinẽtur, ſi fortis ventris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberantur, vt Hippo. dixit.

Metho. m. Curatio fit per remedia cauſam efficientem tollentia, & hepar roborantia, & ex Galeni ſententia ad tres reducitur intentiones, nempe vt viſceris malum ſanemus, & apponamus ea quæ humiditatem diſſoluunt, & propinemus medicamenta, quæ mouẽt vrinas. Aſcites curatur per purgantia aquoſitatem, & per epithemata eorum quæ vim habent ciendi vrinam, & in vapores ſoluendi, humorem talem: nam hyderum habentem ſi per venas humor aquoſus in ventriculum veſicam've defluat, hominem liberat. Quæ in aſcite continetur aqua aliena à corporis ſubſtãtia tota natura eſt, cuius euacuationem vel medicamentis quæ digerant molimur, vel chirurgia adhibita punctione. In aſcite παρακεντήσεις ſunt magis in vſu, quàm vſtiones, hydropicos paululum ſupra vmbilicum pun-

gunt Chirurgi, ferro quod myrſem vocant, vt docet Herod. & Paul. In paracenteſi cauere oportet vniuerſam euacuationem: non poteſt enim ſimul, & confertim vacuari abſque animi deliquio. An congruat, & ſalubris punctio ſit, Aurel. diſputat, & Conc. differētia 199. Fiſſuræ circa internū talum factæ conducunt, & in ſcorto tumefacto, fœmoribus, pudēdis, & locis ſupra manuum iuncturas, ſed Hippo. non ſupra talos adhibet chirurgiam, ſed iuxta ſcortum, & fœmora. Non diſpariliter cauſam effectricem excindere oportet, iecurq́; roborare in tympania, & anaſarca. Omniumq́; inflationū communis indicatio eſt, vt quod præter naturam eſt, vacuetur, in quocunque id contineatur, propria verò vt tenuiſsimis, & calidis poteſtate medicamentis huius digeſtio fiat. In aſcite, inquit Razes, roborare oportet hepar. In tympania ventrem, in hypoſarca verò omnia membra.

Tympanias primæ digeſtionis vitio fit, & ventoſitatis reſolutione curatur.

Aſcites ſecundę digeſtionis vitio fit, & aquæ eductione curatur.

Anaſarca tertiæ digeſtionis vitio fit, & eductione vrinæ ac ſeri curatur.

Remedia ad aſcitem præcipua ſunt hydragoga ſequentia. ℞. ſucci radicum ireos depurati ℥.j. vel ℥.j.ß. ſumat omni mane vel alternis diebus, cum ſacc

ſaccharo vel ouo ſorbili,ſuccus coctus eſt ſine efficacia, vt ait Gordo. Vel ℞.ſucci ireos ℥.ij.mellis roſati colati ℥.j.ſumat ieiuno ſtomacho. vel ℞. ſucci ireos,mellis,aquæ añ.℥.ß.coquãtur ſimul & parũ, & detur ante diem. Clem. Vel ex ſucco decocto cũ melle vel ſaccharo fiat ſyrupus, vt monet Nicolus. ℞.radicis ireos mundatæ,& per tyrocneſtim traiectæ ℥.ß.zinziberis ℈.ß.mellis q.ſ.ad ſpiſsitudinẽ; ſumptum ſine dolore purgat,teſte Amato. Succum iridis noſtratis miſce cum vitello oui effuſo albumine,modicè ad cineres calfactum, da pro hauſto mane. Euony.℞.ſyr.de cichorea cum rhabarbaro ℥.j.ſyr.de.v.radicibus ℥.ß.rhabar.puluerati ʒ.j.cũ decocto paſſul.aniſi & ſoldanæ fiat potio. Vel ℞. ſoldanæ ℥.j.ſucci ireos ʒ.x.ſyr.de v.radicibus,lib.j. cum aqua endiuiæ,& fœniculi,fiat ſyr.longus,doſis ab ℥.ij.vſque ad tres. Vel ſumat quotidie ſucci ſolani hortenſis cyathum vnum. Aliud.pul.radicum cucumeris ſyl.℈.j.per triduum macerato in vino aſtringẽte,dato tribus diebus, molliter aquam ſubducit,neque ſtomachum lædit,& vires ſeruat. Myrep. Aliud.ſuccorũ radicis ireos,& morellę depuratorũ añ.lib.ß.datur ℥.j.alternis diebus,ſolatri enim ſuccus hydragogum eſt Roſario, Serapioni, & Ali. Item hydragogus eſt ſyr.roſatus cartharticus, mel roſatum confectum ex floribus perſicæ arboris. Succus radicis palmæ Chriſti non minus purgat

ſerum, quàm ſuccus radicis ireos, & non vrit gullam, vt inquit Nicolus, doſis depurati eſt ab ℥.ß. vſque ad vnam. Succus plantaginis coctus hydragogus eſt, Plateario, & Briſienſi. Aquam trahit farinę foliorum ſalicis ʒ.j.ex iure pota ſingulis diebus Al.B.idem præſtat farina foliorum ſaluiæ vitæ. Radix cucumeris ſyl.pota educit ſerum abſque noxa, doſis ʒ.ß.electarium inſtar ciceris ſumptum ex vino decoctionis rhab. & mellis:vel fiant pilulæ elaterij ℈.j.rhab.ʒ.j. miſce. ℞.ſe.ebuli puluerati ʒ.iij. cum vino albo fiat potio. ſoluit ſerũ citra noxam. ℞.oxymellis compoſiti ℥.ij.rhabarbari ʒ.j.ex vino albo fiat potio, quam ſumat frequenter, vel quotidie, aut alternis diebus.ſanat aſcitem, icterum, & omnem hepatis obſtructionem ſine febri. Aqua cuſcutæ ſumpta cum ſy.acetoſo, laxat ſerum, vrinã prouocat, obſtructiones aperit, hepar & ventriculum roborat in cauſa calida. Aqua florum geniſtæ pota omni mane ad ℥.v.ab aſcite ſanauit ſenem quendam Genuenſem. Ad aſcitem ab occaſione frigida Nicolus præſcribit aquæ praſsij ℥.iiij.mane aſſumendæ, & ℥.ij.ante cœnam, & de quarto in quartum ex ſucco ireos hominẽ purgat, ſicq; breui ſanitati reſtituit. Confectio alkekengi M.bis in menſe ſumpta ab hydrope liberat.

Ea quæ vim habent ciendi vrinam partim admouentur partim verò aſſumuntur, ſuccus è granis veſica

veſicariæ expreſſus, & in vmbra ſiccatus vrinam potus cit. vt ait Agricola. Granum vnum grili vſti, & triti potum idem præſtat, teſte Acaliaco. Notatur audax in datione cantharidum ab Hipp. 4.r.a. Item ad prolectandas vrinas. ℞. ſeri caprini ℥.iiij. ſpicæ nardi ʒ.ij.bulliant leniter ad conſumptionẽ tertiæ partis,& colatum bibatur. Epithemata quæ vim habent ciendi vrinam, & in vapores ſoluendi fiunt ex diureticis cum vino albo elixatis,piſtis, & pubi appoſitis.

Viſcus ſanant, & roborant diacucurma, & dialaca M. diacubebe Roſarij, diarrhodum N. Delphinis iecur curat aſcitem. Hydropicus quidã deploratus ſolo potu vini aruiſij ſeu Cretici, in quo etiam carnes, ſuaq; edulia elixabat perſanatus fuit. Idem pollet vinum in quo roriſmarini flores macerati ſunt,vt ait Girard. liquet quòd hydrops erat ab occaſione frigida. De hydragogis empomphaliis ſeu vmbilicaribus laudatur vng.arthanitæ magnum. M. his illinitur qui non poſſunt ſumere cathartica, ſed non conuenit debilibus, vt ait Raz. 7.cont.

De reſoluentibus per inſenſibilem tranſpirationem ſunt limaces,quæ tritæ cum teſtis,& impoſitæ ventri,impensè deſiccant. Confert etiã arenis calentibus ventrem,& tumẽtes locos obruere. Conſtat etiam quoſdam frumenti aceruis obuolutos à

ſomno ſurrexiſſe firmos, vt narrat Aet.auxiliantur item inſolationes.opitulatur ſuffitus ad loca tumẽtia ex aceto,in quo lixa ſint radix ebuli, vrticæ,cucumeris ſylue.baccarum,& foliorum lauri,hederę, & ſem.iuniperi.Optimum quoque eſt emplaſtrum de chalcanto Aëtij, de calce viua Actuarij, malagma Gale. 9. κατὰ τόπ. ſed huiuſmodi topica applicari debent toto ventri in aſcite frigida, non item in calida,ne hepar calfaciant,ex Auicen.ſententia.

Amuleta. lapis colubri hydropicorum ventri alligatur, atque in totum exhauſta aqua liberat. Oler. Buffo ſciſus ſecundum longitudinem dorſo adalligatur. Varig. Gagatem hydropicus ſi ſecum portauerit,liberabitur.Ad hydropicos,& ſplenicos confert lapis ranæ terreſtris in capite repertus, & ex collo alligatus.Myrep.Iaſpis reprimit febrem,& hydropiſim,in argento ligatus maiorem habet efficaciam.Vital.ebur trahit aquas ventri appoſitum Vincent.

Ad ſitim in aſcite, quæ ex compoſita affectione videlicet calida,& ſicca naſcitur, cõpoſita medela eſt oxycratũ, quod ex aceto conſtat tenuium partium atque refrigerante, & ex aqua quæ non modò refrigerat, ſed humidorum omnium eſt humidiſsima.folia herbæ ſcillæ ſub lingua detenta, ſitim hydropicorũ ſedat, ſi credimus Plinio,qui ait: Scimus voluntate ſitim victam, vt in Iulio viatore.

aquæ

aquæ dulcis poculum, & lauachrum hydropicis aduersissimũ est, thermarum verò, & aquæ maris perutile, vt sentit Gal. vinum hydropicis congruẽs est fuluum tenueq́;, & non recens, vt ciat vrinas: sed his confert quàm minimũ bibere, & quàm plurimũ laborare: nã talis vitæ ratio calfacit & siccat.

Victus ratio calida, & sicca ac tenuis, erit ex vsu. De cibis salubribus est panis hordeaceus, pulli gallinacei, & columborum, carophasidis, perdicis, attagenis, turturis, turdi, alaudæ seu cassitæ, ficedulæ, merulæ, & similium, pistacia, & vuæ passæ, oua sorbilia recentia. Quæ verò difficulter concoquũtur cibaria insalubria sunt, quoniam alteratrix facultas imbecilla est. Nos viros ac mulieres non paucos ab ascite liberauimus cum Dei auxilio, & prædicta victus ratione, & remediis supra scriptis.

Ad œdemata crurum fiant frictiones in cruribus, aliàs oxyrhodino, aliàs oleo cum sale, aut oxyrhodino salem habente. Ad idem cataplasma ex mica panis madefacta cum vino, & sale admisto imponitur, vel illinitur. Aliud. pul. anisi maratri, cari, cumini añ. ℥. iij. farinæ fabarum ℥. ij. cum succo ebulliant sambuci, & vino vinoso fiat cataplasma calidum: imponatur super scortum & crura.

Sarcites curatur dispositionem hepatis anasarcę causam tollentibus. Materia pituitosa apparatur melle rosato, oxymellite simplici, syr. de cortice ci-

tri,ſy.de ij.aut v.radicibus,cum aqua fœniculi,agrimoniæ,caſſuthæ,eupatorij:purgãtur verò ſequentibus,videlicet,hiera ſimplici cum agarico,tro.pilulis de rhabarb. M. vel puluere turbit qui recipit, turbit ℥.j.zinziberis,maſtichæ añ.ʒ.ij.ſacchari ℥.j.ß.doſis eſt à ʒ.ß.vſque ad ℈.iiij.cum aqua zuccharì,vel cum ſy.de cortice citri. Aliud. ℞. agarici tro. ℈.ij rhabar.℈.j.f.pil.v.ſæpe autẽ vacuandum: quia affectus eſt longus,& ſolui cõtumax. Sarcites quoque aliquando curabilis fit per vrinæ fluxum, vt Tarega obſeruauit.Item per frictiones ſub ardenti ſole factas cum oleo ſalſuginoſo,vel linteis aſperioribus, laconicum vtile,& ſuffitus, aut ſtuba per lapides ignitos irrigatos ſequenti decocto. ℞.foliorũ lauri,roriſmarini,ſaluię,origani,anethi,chamęl.añ. m.ij. florum vel foliorũ ebuli vel ſambuci m.j.fiat decoctio in vino albo. Thymus,zinziber,& libanũ deſtruunt pituitam, idem præſtat confectio de cinamomo, & de xyloaloës, ſumpta. Victus ratio morbo contraria eſſe debet,vt in curatione aſcitis dicta eſt.

Ad tympaniam.℞.ſy.de eupatorio, biſantini,& mellis roſati colati añ.℥.ß.aquę abſinthij,fœniculi, & agrimoniæ añ.℥.j.miſce pro vna doſi,repetatur per ſex dies, aromatiſetur cũ cinamomo:hepar roborat,flatusq; digerit. ℞. ſe.aniſi,fœniculi, cartami añ.ʒ.ij.agarici,tro.ʒ.iij.ſoldanæ ʒ.ij.in aqua ſuff. fiat

deco

decoctio ad consumpt.medietatis, colaturæ adde rha.puluerati ʒ.ij. spicæ grana.x.f.potio. A purgatione vtilis est hic puluis,qui recipit cymarũ absinthij pontici, eupatorij, soldanæ añ.ʒ.ij.spicæ ℈.ij. sumat ʒ.j.in diluculo ex vino,vel ex aqua rad.sambuci. Vel loco pulueris vtatur pilulis sequentibus quotidie mane,& vesperi per ij.horas ante cibum. ℞.tro.de aniso,& decapparibus añ.℥.j.rhab.ʒ.j.ß. spodij ʒ.j.spicæ ℈.j.fiat pul.& cum sy.de absinthio fiat massa,ex qua formentur catapotia, sumat ℈.ij. Aliud.galangæ,zedoariæ añ.ʒ.ij.gary. cinamomi añ.ʒ.ß.soldanæ ℥.ß.fiat puluis, & cum syrupo de cortice citri fiat elect.sumat ℥.j.ieiuno stomacho. Aliud. ℞.pul.radicis centauriæ maioris ʒ.j.se.anisi & cari añ.ʒ.ß.fiat puluis,sumat de tertio die in tertium in potione.℞.florum chamæl.anethi añ.m.j. anisi,fœniculi,cari añ.℥.j.in aqua suffic.f.decoctio colata ad librã ß.cui adde hieræ s.℥.j.pul.elect.de baccis lauri ʒ.iij.olei rutacei ℥.j.ß.olei liliaci ℥.ij. satis ℥. ß. fiat clysmus. ℞.cumini se. anisi añ. ℥.ij. pul.baccharũ lauri ℥.j.milij,panici,furfuris,salis añ. ℥.iij.calfiant omnia ista in vase stagneo,& fiat sacculus, qui calidus ventri admotus flatus digeret. ℞.empl.de baccis lauri,& de meliloto añ.℥.vj. extende super aluta, & ventri adapplicetur, opitulatur etiam sicya magna admota.

De

De omni lienis affectu. CAP. XXVIII.

Lien ſiniſter. 6. epi. per pleonaſmon. In dextra tamen parte, aliquando prodigiosè repertus, vt ait Ariſtoteles primo de nat. animalium. Caro eius, & reliquorum viſcerum parenchyma vocatur, rara & laxa, multis magniſq; arteriis, & venis peruia, raroq; integumento velata, vt faciliùs melancholicum humorem tum alliciat, tum ſuſcipiat, vt ſcribit Theophy. 2. anato. Magnitudo, & color nõ idem omnibus: nam calida, & ſicca animalia nigrum obtinẽt, frigida & humida albicãtem magis. Sima eius pars conuertitur ad iecur, & ventriculum inferius, quæ venis craſsius trahit alimentum, arteriis verò ſubtilius. Confectum humorem vis in liene ſequeſtratiua partitur, eiuſq; tenue ac purum ad ſui eſcam retinet, reliquum ad ventriculum expellit, roborat enim quas contingit ventriculi partes, animaliſq; appetentiam excitat. Vnde pateſcit quomodo lien iungitur hepati per venas, cordi per arterias, & vẽ-venos⁹ canalis triculo per venoſum canalem, vt 2. de fabrica hominis ſcripſit Protoſpatarius.

Liene languidè trahẽte, fæculentus ſanguis per vniuerſum corpus diſpergitur: nam hepar non ſolùm purgatur à renibus, & ab inhærente veſica, ſed etiam à ſplene, qui ſanguinem limoſum ex hepate trahit,

trahit, quo nutritur, à ſe prius elaborato, & quod elaborare non poteſt, ad vicinum vẽtriculum mittit. Proinde lien malè affectus colorem totius corporis vitiat, & lienis quàm hepatis vitia nigriorem colorẽ reddunt. Lien faciliùs induratur quàm hepar: quia craſſo nutritur ſanguine, & craſsiori quàm hepar, licet eius ſubſtantia quàm hepatis rarior ſit. In hac re varius videtur Gal. nam 4. de vſu p. Lien inquit, nutritur tenuiori quàm hepar portione ſanguinis. Rurſus ait, Benigno, & craſſo hepar nutritur ſanguine. & 6. eiuſdem Iecur, inquit, nutritur ſanguine craſſo, & limoſo, lieni per renes nulla adminiſtrari poteſt vacuatio, ſed tantummodo per inteſtina. *Nota.*

De lienis inflammatione. CAP. XXIX.

AD inflammationem adhibetur phlebotomia, ſi nihil prohibet, quæ ſi omiſſa ſit, venter per clyſterẽ aſsiduè eluatur. Attamen inflammatio purganda non eſt, ante ſectionem venę, ſed deinde deiectoriis medicamentis vti ſunt diacatholicum, cõfectio hamec. materiam per ſyrupos acetoſi ſimpl. fumariæ, epithymi, cum aqua lupuli intybi, & oxalidis apparatam deturbamus. Arabes retrahunt ſecta axillari dextra. Deriuãt verò, & abeuacuant phlebotomia ſiniſtræ, vel eius rami, qui inter paruum, & anularẽ digi

digitos repit. Galenus verò retrahit, deriuat, & vacuat per ſectionem internæ ſiniſtræ partis, id eſt, ex lienaria. Affecto liene vena circa annularem digitum ſiniſtræ manus inciſa prodeſt, vt ait Gal. Venæ inter anularem, & medium digitum ſitæ in ſiniſtra manu ſectionem, opitulari lieni idem aſſerit, ex aliquorum ſententia, modo ſinas ſanguinem ex ea fluere, quouſque vltro ſiſtatur. A phlebotome lieni imponantur adſtringẽtia, quæ id quod influit reprimere, & lienis firmitatem conſeruare poſſunt, robuſta vbi fluoris impetus fortis cõtingit, moderata vbi mediocris. Cognoſcitur autẽ irruẽtis humoris magnitudo, ex magnitudine, & velocitate generationis phlegmones. Non ſunt tamẽ ſola aſtringẽtia adhibenda, ſed admiſcenda erunt ea, quæ citra euidentem calorem extenuant, ſecant, atque relaxant, ne ſcilicet craſſus in eo ſuccus obturatus vehementiùs incraſſeſcat à ſanguinis miſsione, & in augmento repellentibus frigidis, & parùm aſtringentibus vtẽdum, vt ℞.olei roſati violati cotoneorum añ.℥.ij.olei chamæmelini ℥.j.aceti optimi ℥.ß.miſce, ſed cauendum ne actu frigida lieni imponantur. In ſtatu digerentibus magis vtẽdum, vt decocto chamæmeli, meliloti, alteæ, ſem.lini, fœnug. oleo amygd.dul. & capparis in varias medicamẽti formas compoſitis. Item cauendum ne valentius refrigerando vel digerẽdo, ex phlegmone ſcirrhus

fiat,

fiat, poſtremò vacuata omni materia pars roboranda oleo maſtichino, & roſato. ℞. ſeminis viticis decorticati, fructus tamariſci añ. ℨ.v. ſem. intybi, & portulacę añ. ℨ.ij. ß. his aceto açri detritis fiant tro. ſumat ℨ.iij. & ſuperbibat ſyr. acetatum ſimpl. lienis inflammatio rarò ſuppuratur.

Ad lienis dolorem à cauſa frigida. CAP. XXX.

HVic malo erunt remedio tro. de capparibus poti ex ſyr. acetato, ſimplici mellino. Ad vehementem dolorem inflam. duritiem tenſionem, & puncturam. ℞. corticum rad. cappa. ℨ.vj. ſem. rumicis ℨ.iij. ß. corticis radicũ tamariſci ℨ.j. ß. fiat puluis: doſis ℨ.j. ex aqua pota: mox iaceat ſuper latus affectũ. N. Alex. Ad ſplenis dolorem confert prius dextrum pedem quàm ſiniſtrum calceare caligas, aut calceum, & prius ſiniſtrum quàm dextrum exuere, ſi Arnaldo credimus.

De lienis obſtructione. CAP. XXXI.

IN ſplene fieri non ſolet obſtructio ex abundantia, ſed ex qualitate ſuccorum, qui ſcilicet lenti, & craſsi ſunt, quum lien ſit fons, & officina limoſi craſsi've ſanguinis, proinde præfertur inter remedia, non ſanguinis miſsio, ſed attenuantium vſus. Quoties

obſt

obſtructio in lienẽ incidit,aut phlegmone ſcirrhoſa,tum ea quæ obſtructiones eximant, tum quæ diſſecent,vehementiora exigit,nã quale med.iocinori eſt abſinthium, tale eſt lieni capparis cortex: quale rurſus hepati eupatorium,tale eſt lieni ſcolopendrium:ſi quidem ſimilia genere medicamenta, ambo viſcera poſtulant, ſed tanto valẽtiora lienis, quanto craſsiore vtitur alimento. Ex quo claret, quod non ob id quod hepar ſit magis paſsibile, lien fortiora fert medicamenta, vt retur Agrado (lienis enim ſubſtantia rarior quàm iocinoris eſt) ſed nutrimenti cauſa, hepar rubicundo, & craſſo nutritur ſanguine,ſplen verò ſubtili, & nigro.hinc Gordonius egregiè doctus, virq; bonus, infert, quòd ſanguis ſubtilis,& niger,rubicundo ac craſſo, craſsior eſt. Acetum ſplenicis remediis miſcẽdum, vel quia ſplen nutritur ſapore acetoſo, vt ait Zoar, vnde non omnino iniucundus videtur:eſt nanque in eo acerbum quiddã intelligere, vel propter humoris quem continet craſsitudinem, & lentorem, vel vt medicamẽtá penetrare faciat. In obſtructione recenti conferre poteſt ſanguinis detractio ex baſilica ſiniſtræ partis, non item in obſtructione inueterata: quia tumor redderetur durior.opitulatur hæmorrhoidum apertio, & ſapheæ ſiniſtri pedis inciſio. Mox apparãda materia ſerapio diarhodon ſyr.de lupulis,ſy.acetato ſimpl.cũ duplo aquę

radicum cuſcutæ,ſcolopendriȩ,buglosſȩ,dein materia purganda ex potu diacatholici, diamannæ, diaſenæ, & confectionis hamec. Roborãtia viſcus & reſarantia,ſunt electariũ de limatura ferri, quod recipit limaturæ ferri præparatæ ℥.ß.pul.diarho. & diacucumeræ añ.ʒ.ij.epithy. thymi añ.ʒ.ij.cum melle deſpumato fiat elect. dialaca, diapraſsium. Aliud. ℞. fructus tamariſci ℥. ij. cinamomi ℥.j.ß. ſpicȩ nardi ℥.ß.cum ſyrupo de lupulis vel oxymelite fiat elect. huc pertinet tro. de eupatorio. Ad emphraſim hepatis,& ſplenis, ammoniaci ℈.ij.da in cõdito diebus tribus:miraculo proximè accedit: ſemper enim vitioſos hu.per ventrem vacuat & hydropiſim arcet. De foris admouendis. ℞. ſucci ciclaminis,aceti añ.℥.ij.mellis ℥.ij.bulliant ad ſpiſſitudinem, & cum cera pura fiat linimentum. Ciclamen teſte Dio.obſtructiones ſoluit emollit, reſoluit,attenuat.Ad obſtructionem,& duriciem. ℞. bdellij maſtichæ, galangæ,ammoniaci,aloës,colophoniæ,mellis añ.℥.j.terebinthinȩ ℥.ij.ſerapini,ſtyracis liquidæ añ.℥.j.ſucci ciclaminis, & abſinthij añ.lib.j. olei chamæmeli lib.ß.ceræ citrinæ ℥.iij. fiat empl.emollit,digerit, dyſcraſiamq; emẽdat. ℞. olei cappa.℥.iij.olei ſiſamini ℥.j.ß.ſcolopendriæ, ſem.endiuiæ,ſcariolȩ,lactucæ,corticum cappa.añ. ʒ.ß.ſe.viticis ʒ.j.ceræ q.ſ.fiat vng.molle conſperſum modico aceto. Confert in dyſcraſia frigida, &

ʒ iß.

ammoniac

calida, duriciem emollit, & flatus dissipat. Mirè confert opilationibus splenis, & hepatis, ammoniaci ℈.ij.sumpti cum condito, vt asserit N. Alex. Aliabbas dat ʒ.j.ex aceto bibendam. ℞.tamarisci, scolopendriæ, scoriæ ferri añ.℥.j.rad.cappa. ciperi, acori, azari, berberis, cinamomi, añ. ℥.ß. bulliant in lib.j.olei veteris, & in lib.j.aceti acerrimi ad cõsumpt.aceti: postea ℞.serapini, galbani, opopanacis, bdellij, ammoniaci, añ.ʒ.iij.cũ prędicto oleo, & cæra fiat vng.quo splen ieiuno stomacho illinatur actu calido, attenuat crassos hu.obstructionẽ soluit, & splenem roborat.

Ad lienosos, & splenicos. CAP. XXXII.

SPlenici sunt illi, quibus diuturna durities inest splenis, vt Galenus interpretatur. Lien infernè durus, rotundus, latus, crassus, & longus. 6.epi.com. 2. sunt igitur tumorum differentiæ quatuor. De maximo splenis incremento meminit Trall. Lienis morbi nõ sunt acuti. Quibus lien deorsum vergit, his pedes, & genua calent, nasus verò, & aures frigent, palamq́; est quòd ob lienis tumores respiratio lęditur. Dextrę partes validiores sunt, & debiliores sinistrę: quia has regit calor visceris sui, illæ contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur, vt apud Macrobiũ scriptum est, cui astipulatur Galen.dextræ omnes partes,

partes, inquit, ſiniſtris ob hepatis ſitim* calidiores, & valentiores. Miniſtri canem curãtes qui eſt moriturus, vt plurimũ ſplenici fiunt. Et qui planè ſunt lienoſi neque odorare, neque ridere, neque ſternutare poſſunt, ſi credimus Oro. ſplen riſus inſtrumentum apud Viaticum, quum ſanus expurgat humorem atrabilarium. Riſus tumultuoſus ex thoracis vulnere. 5. epi. & apud Plin. Qui magnum habent liene͂ bilioſi, magis patiuntur quàm pituitoſi, vt ait Hippo. Quibus corpus floret, lien minuitur, quibus lien augeſcit his corpus minuitur, cacochymicumq; redditur. Iure ergo Traianus fiſcum appellauit lienem, apud Rhodiginum. Curſus impedimentum ex liene, ob id curſoribus inurebatur, ſi Plinio creditur. Lien fluxioni obnoxius. Tame͂ qui diſtillationibus à capite laborãt, his lien minus tumens efficitur, vt Hippocrati placet: perrarũ enim eſt in omni corpore duo aliqua membra æqualiter eſſe debilia, vt inquit Galenus. Vnde vitia lienis grauedine capitis laborantibus minus eueniunt, in quibus pituitoſa humiditas, aut tenuis, & aquoſa colligitur, & non craſſa, & melancholica. Lienoſis ventres perduri efficiuntur, vt ait Ariſtoteles, propter confluuium ad lienem humoris. Lienicis dyſenteria ſuperueniens bonum, ſi verò vltra modum extendatur, moriuntur.

*ſitum. Nota.

Metho. m. ſcirrhoſum ſplenem vehementibus

medicamentis curare oportet: nam & hæc citrà
molestiam *modestiam præfert, siue foris siue introrsum adhibeantur, etiam si raræ sit substantiæ, & munus habeat corpori necessarium: quoniam minime neruosa pars est, proindeq; sensus hebetis, & in alto condita. Eiusq; scirrhus curandus est primùm per crassi sanguinis à sede, vel infernis partibus, detractionem, mox humorem atrabilarium concoquere, deinde apparatum expurgare oportet, postremò tumorem durum emollire, & digerere. Apparant materiam syr. acetatus simplex, oxymel simplex, sy. de fumaria, de lupulis, violatus, de scolopendria, de thymo, & epithymo, de buglosso, de squinanto, & syr. ad scirrhosum splenem Clementini, fœliciter expurgant decoctum epithymi, & fumariæ M. diacatholicum, diamanna, diasena, cōfectio Amech. pilulæ de fumaria, & de rhabarbaro, pilulæ inde. A purgatione vtatur sequentibus remediis. ℞. conseruæ ceterac lib. j. conseruæ borraginis ℥. j. tro. de agno casto ʒ. iij. diarrhodij abb. tabulati ℥. ij. folia auri. vj. margaritarum ʒ. j. fiat mixtura de qua sumat ieiunus instar castaneæ, per tres horas ante cibum, opitulantur etiam tro. de eupatorio, de laca. Pecora sine liene inuenta quia asplenem roderent in Creta, teste Victruuio. *sed hoc fabulosum. ex Du*

De foris admouendis acinorum ebuli oleum lienis tumores discutit. Oleum benedictum N. illitum

paruo

paruo tempore diſſoluit, ſimiliter efficit viticella cum axungia, farina, & oleo ſuperpoſita ſcirrhũ diſſoluit. Aliud. ℞. ſucci bryoniæ ſucci ciclaminis an̄. ℥.iij. butyri recentis ℥.j.ß. medullæ crurum bouis ℥.iij. olei ℥.ix. bulliant ad lentum ignem vſque ad conſumptionem ſucci, colaturæ adde pulueris ceterac, corticum capparorum, tamariſci, ſem. viticis an̄. ʒ.vj. fiat vng. Aliud. ℞. olei ſiſamini, amyg. dulciũ an̄. ℥.iiij. butyri recen. medullę crurum bouis an̄. ℥.iij. adipis anatis, & gallinæ an̄. ℥.j. ceræ albę ℥.ij. fiat vng. ſi addantur lutea ouorum tria, & croci ʒ.j. erit anodynum, ſi adhuc addas bdellij, & ammoniaci diſſolutorũ in aceto albo acri an̄. ℥.j. emolliet magis, & reſoluet. Ad craſsitiem lienis. ℞. fermenti ſoluti in aceto ℥.ß. ammoniaci, bdellij, caricarũ an̄. ℥.j. foliorum rutæ, fructus tamariſci, baurac an̄. ʒ.j. fiat empl. eſt mirabile in maximo lienis tumore, curatio difficillima, quàm recuſare oportet, quod ſi cogamur à dubiis, & hebetibus remediis auſpicabimur, periculo eis incumbente prædicto. Antequam innoteſcant morborũ ſpecies, aut proximæ cauſæ temperatis, aut neutris regendus eſt æger, vt monet Arnal. Si lien frigida, & ſtomachus calida affectione laboret, calida frigidis in cibo præmittenda ſunt. Epithema ad ſplenicos, & hydropicos humores in profundo reſiccans. ℞. nitri, & ſpumæ eius, chalcanti, ſalis an̄. ʒ.iij. ceruſæ cæræ an̄. ℥.vij.

consiliũ

olei ℥. x. oleum cum cerusa donec inquinet amplius coquito, ceram his addito, qua liquata reliqua in mortario terito ad mellis compagem, hydrocephalis,& hydrocele pro glutinio existit.

Victus ratio attenuãs, & quæ atrabilarium succum declinat, videtur ex vsu, salubria etiã sunt cibaria boni succi ac facilis cõcoctionis. Lien iecurq; à dulcibus omnibus maximè intumescũt, à vinisq; crassis lædũtur. Vinũ vel aqua in qua candẽs ferrũ sit restinctum potu lienosis auxiliatur, Dio. Vinũ potum in quo aurum candens extinctum. Ad splenicos Marcel. iubet bibere quotidie serum capræ quæ hedera pascitur, & splene consumpto erunt. Splen catelli manducatus lienicos sanat; potenter etiam sanat splenis asini arefacti pauxillum quotidie ieiuno manducatum. Ad idem confert hippuris contrita,& ex vino potui data; folia asplenij in aceto feruefacta, & pota lienem absumunt, teste Dioscor.

Amuleta. Lienosis proficit potus datus in calice è caudice tamarisci. Dio. vel hederæ, Plin. vel in lagenis fraxini. Valesc. tamen scobs fraxini potu perniciem affert. Dio. Lienicos infra triduum liberant hederæ nigræ tres taleolæ in linteo ligatæ filo, in amuleti modum adpensæ. Ruell. Ebulus gestatus. Apul. lacerta viridis in olla appensa ante cubiculum in quo æger decumbit. Plin. *cap. xxxii.*

FINIS TOMI TERTII.

ANASCEVES MORBORVM TOMVS QVARTVS.

*

De nephritide. CAP. I.



Εφρῖτις est renum vitium, & ex renum morbis qui νεφρίτιδες dicuntur, princeps constituitur λιθίασις. Quæritur an calculus sit morbus, causa, aut symptoma. Cõstat quod est in numero morbus, si in numero sint morbi quicunque substantiæ præter naturam in nobis cõsistunt, est etiam morbus in via, à calculo enim via læditur. Est morbi causa, solutæ videlicet renum continuitatis, est etiã symptoma renum dyscrasiæ. Porro calculorum differentię ducuntur à magnitudine, paruitate, figura, & colore.

Causa, materia ex qua crassus est, vel glutinosus

ſuccus, vel etiam vtroque modo vitiatus. Efficiens renum calor vehemens, aut tepidus : nam ſi craſſa materia eſt, ſufficere poteſt tepida, & moderata caliditas: ſi verò tenuior ſit, indiget vehemētiori. Lac natura craſſum eſt, & ad calculos generandū aptiſſimum. Vrinarum craſsitudo creandorum calculorum prima cauſa. Caliditas verò mediocris ad huiuſmodi materiam inſpiſſandam ſatis eſt, ſciendum inſuper quod calculorum in renibus cōcretio ante mictum fit, in veſica contrà poſt mictum.

Digno. dolor modicus in profundo lumborum infeſtans, paruo loco circunſcriptus, fixus, & pungens, dolor grauis lapide, ſcilicet in carnoſa parte concreato, grauis dicitur à ſenſu ponderis, vel quia acerbus, dolor vehemens quum renum cauitatem ſubit, aut vreteras ingreditur. Dolor non abſimilis colico, vnde vomitus pituitæ, & ſuper abundante dolore æruginoſorum. Dolor paſtis mitior, quàm ieiunis, ſi credimus Syluio viro impēſè docto: nam contrarium innuere videtur Hipp. In renē, inquit, dolor grauis, quando cibo replētur. Et paulò pòſt, Soluuntur, inquit, quum cibo euacuātur. Teſticuli dolor eiuſdem lateris. Stupor eius fœmoris quod è directo eſt. Dolor autē vehemens in iliis ad iſchion extenſus calculum vreteris adeſſe deſignat. Cruēta mingunt, quādo ſcilicet lapis erodit vias, per quas tranſit. In vrinis ſabuloſa quædam, eoq; vt plurimum

mum rubra. Quibus in vrinis ſabuloſa ſubſiſtunt, his veſica calculo laborat, aut renes. Calculi ſubalbidi pituitoſiorem humorem oſtendunt, pallidi bilem, teſtacei ſuper aſſatam bilem, nigri atræ bilis humorem declarant.

Præſag. Calculorum cruciatus aſperrimus. Eſt morbus hæreditarius, repetitq́; per circuitionem. Renes ſi calculũ creãt, & corpus ſi gracile, inæqualis cõpoſitio eſt, quæ nulli in malitia cedit. Renũ calculi ætatẽ perfectam, veſicæ verò pueritiam vexant frequentiùs: pinguiores renum calculi, veſicæ verò maciem ſolicitant. Calculi rotundi, leues, & parui facilè excernuntur, aliter figurati ac aſperi difficulter. Arenulæ egeruntur dum fiunt lapides. Trãſmoto lapide, & ex ſede agitato dolores quieſcunt. Calculi renum per tuſſim magnam aliquãdo crepant. Ex lithiaſi podagra in nephriticis, qui vtuntur diureticis. Lapis in renibus, & veſica duntaxat naſcitur, ex inteſtinis eiectum non vidit Gal. ipſe vidi calculum inſtar oui columbini per aluum excretũ Lugduni à muliere quæ dolore coli conflictabatur; ſimilem ſe vidiſſe teſtatur Beniuenius. Quid quod de lapidũ ex aluo fluxu meminit Pedemontanus, Arcul. Guainerius. In aliis quoque corporis partibus calculus procreatur, vt grãdo in pulmone, lapis ſputatione eiectus, apud Trall. In tunica hepatis ortum vidit Beni. In folliculo fellis

plures non ſemel conſpicatus ſum. Item vnum ſub lingua cuiuſdam heroinæ natum, & inde euulſum inſtar ſtrobili, vt omittã quòd in articulis lapidoſæ durities fiunt. Renum & veſicę vitia in ſenibus difficulter ſanantur, diuturnis enim morbis correpti ferè commoriuntur. Morbus renum difficulter curari poteſt, etiã ſi nuper ægrotare incœperint, qui in pinguibus, letalis eſt, teſte Ariſt. Nephritis tamen alia facilè ſolubilis, alia ægrè, vt pote, quando renes ſcirrhis deprehenſi ſunt. Renibus accidunt febres hecticæ, vt maraſmus. Renes affecti ex potione frigidæ, apud Galen. Lynocephalus æquinoctio vnã quanq; diei horam lotij profuſione declarat: nam interdiu duodecies, noctuq́; toties vrinam facit.

Metho.m. Quæ in renibus ſunt, & veſica promptius euacuãtur per vrinã. Renes & veſica, & iocinoris gibba ſi multo vitioſo ſucco ſint referta, per deiectiones, & pharmaca deiectoria expurgantur: ſin modicè per vrinales meatus, ſi quidem à figura mẽbri indicatio modi euacuandi excrementi ſuggeritur. Omni ætati conuenit non quieſcere, ſed exercitari, cibo, potuq́; non impleri. Iuuenibus verò purgatio, venæ poplitis ſectio, & vrinã mouentia dare. Sed ante diuretica vti iubet Hippoc. balneo aquæ dulcis, inũctionibusq́; laxãtibus, ac mollientibus meatus. Iugiter lauacro vtantur, vt monet Aetius, & à lauacro eorum aliquid, quæ vrinã mouent,

uent, potent. Galenus primùm vomitu, mox cly- N
ſteribus aluũ ſupra infraq́; euacuare præcipit. dein
venam ſecare, ſi adſit plethora. Cubiti vbi renibus
adhuc fluxus imminet, vel ſi virtus imbecilla ſit, aut
poplitis ſub genu, vel ad malleolos, dummodo va-
lida ſit virtus. Deinceps bis, ter, aut amplius, vacua-
re enemate, poſtea iniicere quæ vreteras, renesq́;
dilatare, calculum laxare, cruciatus commitigare
queant. Præterea fomentis humectantibus, & rela-
xantibus delinire affectũ locum oportet, & ſicyas
affigere, vt lapidem tranſmoueant, à renibus inci-
piendo, procedendumq́; ad inguina eſt per obli-
quam iliorum poſitionem, poſtmodum fomentis
iterum emplaſtris, cataplaſmatis vtendum, mox la-
uacro, & ab hoc, ſi dolor vrget, narcoticis, poſtre-
mò quæ lapidem conterunt tepida dãda ſunt, quæ
ſi non ſanant, oportebit ad ea, quę à tota ſubſtantia
operantur, deſcendere. Enemata exiguæ quantita-
tis eſſe debent, quoniam refertis grauatisq́; inteſti-
nis vnà quoque rem laborans ſtringitur. Ex præfa-
tis ſatis conſtat, quòd leniens medicina deuoranda
eſt ante exhibitionem eorum quæ lotium mouẽt,
& lapidem conterunt. Calculi coliciq́; doloris prę-
ſidia omnia communia ſunt, & quidem calorifica
imprimis, ſiue ea extrinſecus exhibeantur, ſiue inii-
ciantur. Deinde niſi mitigatus dolor fuerit, narco-
ticum exhibendum, cuiuſmodi eſt philonium.

Re

Remedia. ℞.caſsiæ nigræ traiectæ per ſetacium ℥.j.vel ʒ.x. cum oleo amygd.dul. recèns facto fiat bolus,ſumat ieiuno ſtomacho. Vel ℞. mannæ ℥.j.ß.cum butyro recenti, & decocto ſem.maluæ fiat potio,quã ſumat tribus diebus. Aliud.terebinthinę lotæ ex aqua violarũ ʒ.iij. benedictæ ſimplicis ʒ.ij. f.bolus.℞.adipis gallinę œſipi añ.℥.ß.olei chamæmeli,anethi,& liliaci añ.℥.j.cum cera f.illitio ad renes. Decoctum pro balneo fit ex aqua dulci cum malua,maluauiſco,parietaria,anetho,chamæmila, & radicibus petro. fœniculi, ſemine lini, & id genus aliis. Item admota lapidem conterentia ſunt ſanguis vulpis calidus renibus illitus. Oleum ſcorpionis ſimiliter illitũ. Ad idem. ℞.ſucci petro. apij, fœniculi añ.lib.ß. cum mica panis fiat cataplaſma pro renibus. Aliud. ℞.ſem.bardanæ ℥.j.croci ℈.ß. ſacchari ʒ.x.cum vino albo fiat potio,quam ſumat mane & veſperi, & illinantur renes oleo ſequenti parietariæ m.ij. cepas albas decorticatas. x. piſta ſimul bulliant in oleo chamæmeli, dein colatum oleum ſerua ad vſum. Aliud lapidem conterens. ℞. rad.fœniculi,ſaxifragiæ,petro.añ.lib.ß.radicis lapæ ℥.vj.lota & piſta bulliant in aqua ſuff.cum ℥.j.liq. raſæ,de colatura ſumat mane, & veſperi. De aſſumendis ſunt elect. lithon tripum,id eſt,lapidẽ perforãs, & iuſtinum,elect.ducis Nicol.cum decoctione milij ſolis vel ſcolopẽdriæ,elect.de lepore combuſto

busto Monta. nephrocatharticum Nicol. Aliud. percolei ℥.iiij.lapidis lincis ℥.j.ß.bulliant simul,& de colatura fiat collyrium : lapidem confirmatum frangit iniectum, post fotum pudendi ex decocto maluæ. petrolei

Victus ratio in frigidiore temperatura prædi-tis sit exquisitè attenuatoria. In calidioribus verò inter hanc,& impinguantia media.

Calculi renum prophylatice. CAP. II.

PRophylatice declinat causas morbificas quales sunt materia crassa,& lenta ex cibis genita,& calidam renum dyscrasiam emendat.℞.cassiæ traiectæ per setacium ℥.j.cum sacharo fiat bolus, sumat per horam ante prandium bis in mense, si fastidit cassiam,sumat ℥.j.confectionis de sebesten sine dacridio; tempore frigido sumat ʒ.iij.terebinthinę iusculo capi,per.ij. horas ante prandium, vel sumat per horam ante prandium ʒ.ß.pilularum de hiera simpl.vel masti-chinarum,vel sumat ℥.iij. syrupi de vesicaria per tres horas ante prandium,detergit renes & ventri-culum firmat.℞.hordei mundi m.j. liquiritiæ rasæ ʒ.x.radicum graminis m.j.fiat ptisana aromatizata cum cinamomo, sumat die sequenti operationem pharmacorum lenientium supra scriptorum,℥.vj. actu calidas.Idem pręstat aqua mulsa pota M.arcet

calc

calculi aduentum. Ad idem cõfert decoctum verbenæ, betonicæ, millefolij, decoctum eryngij, aqua genistæ pota, strobili esitati, aut amygdalæ amaræ ieiuno stomacho. Item ad præcautionem opitulantur sequentia. ℞. cineris leporis cochlear vnum bibat cum aqua calida. Puluis putaminum ouorum. Puluis ex semine mespilorum. ℞. cineris scorpij ℈. j. vel ʒ. ß. ex vino albo propinetur. ℞. betonicæ, saluiæ vitæ, siccatarum in vmbra añ. ʒ. ß. sumat ex vino albo. vel ℞. milij solis, quatuor sem. frigidorum maiorum decorticatorum, sacchari añ. ℥. j. sumat cochlear vnum ex vino. Aliud. scolopendriæ, milij solis añ. ℥. j. præseruat à sabulo, & calculis. Aliud. pulueris membranarum stomachorum gallinarum præparatarum ℥. ij. sumat ex vino cochlear vnum. ℞. foliorum altheæ m. j. mellis ℥. j. bulliant simul, & colentur, adde butyri recentis ʒ. vj. fiat potio vnciarum quinque vel sex, sumat calidam. ℞. cerati Galen. infrigidantis ℥. j. olei nenupharis, & violati añ. ℥. ß. misce. illinantur renes.

Periapta. sigillum aureum cum figura leonis renibus applicatum non permittit sensum percipere læsionem calculi. Ita loquuntur Hermes, Piccatrix, Conciliator, Arnal.

Ad renum vlcera. CAP. III.

VLcerum renum indicia sunt, si sanguinem, aut

aut pus mingant, multis diebus, & menſibus, vrina purulenta, propria ſigna ex loci dolore ducuntur, renum dolor, pus cum vrina mediocriter commiſtum, partes à renibus auulſæ carunculis ſimiles, ſine impedimento vrina redditur. Ex abſceſſu ſuperiorum locorum dirupto, ſimul cum vrinis aliquando pus egreditur, ſed non multis diebus, & menſibus. Si pus exactè commiſtum, eſt à ſupernis aliunde partibus. In vreterarum vlcere dolor mediam inter renem, & veſicam regionem occupat. Lotium purulentum, intercalatum, & mediocriter commiſtum habet.

Metho.m. Ad renum conueniunt tria remediorum genera. Anodyna ob dolorẽ, detergentia propter pus, & quæ vlcus incarnant, & ad cicatricem ducunt. Primum vitioſi acresq; humores purgandi ſunt catharticis cacochymiæ accommodatis, qualia ſunt diacatholicum, diaſebeſten ſine dacrydio, atramentum calami dulcis, ſyrupus roſatus cum rabarbaro. Confectio Amec. ſine ſcamonea. Vomitus vtiliſſimus: quia humorum motum planè in contrariũ vertit. Ab his deuoranda ſunt quæ morſus obtundunt, vt malua, intybum, portulaca, ſemina frigida maiora decorticata, ſy. roſatus, iuiubinus, violaceus, nymphеæ, & id genus alia. ℞. ſeminis intybi, cichoreæ, lactucæ, ſeni, altheæ, & maluæ, añ. ʒ. j. ß. mellis ℥. ij. in aqua ſufficienti fiat decoctio colata.

lata, in qua diſſolue tro.alchechengi ſine opio ʒ.ij. ſumat ieiuno ſtomacho vice vna, & vice alia in decocto prædicto diſſolue ʒ.j.tro. qui ad cicatricem ducunt. Recipiunt autem boli armeniȩ carabæ añ. ʒ.v.acaciæ, balauſtiæ, gummi arabici, hypociſtidis añ.ʒ.j.ß.ſe.apij,ſe.alterci albi añ.ʒ.j.cũ ſucco oxiachantæ vel myrtino fiant paſtilli, ſumat ʒ. ij. pro doſi, cum decocto myrtilorum vel berberis.

Anodyna. ℞.foliorum violarum, chamæmeli, meliloti añ.m.ij.foliorum papa.& lactucæ añ.m.j.ß.croci ℈.j.farinȩ hordei ℥.ß.cum decocto papaueris fiat cataplaſma. Aliud.farinæ hordei, milij, ſiliginis añ.℥.iij.butyri rec.adipis anatis añ.℥.j. croci ℈.j.coque in lacte, & ſuperpone. ℞.ſucci vel aquæ chamæmeli ℥.ij.olei amygd.dulc.℥.j. Vel aquæ altheæ ℥.iij.croci ℈.ß.ſem.hyoſciami grana.viij.fiat potio. Vel ſem.lactucæ,portul. cucumeris añ.℈.j. croci grana v. corticum, mandragoræ ℈.j.fiat puluis,ſumat ℈.ij.cum ſucco chamæmeli vel cum decocto papaueris. Vlcus detergunt ſerum lactis vaccini potum, muccago ſeminis altheæ cum iuſculo pulli omni mane pota, hydromel coctũ cum aqua altheæ, & potum. Vlcera renum, & veſicæ vomitu aſſiduè facto ſanantur, lac potum præſtat cæteris remediis : magis detergit aſininum, magis nutrit vaccinum : caprillum medium eſt, quantitas ſit ab vnciis iiij. ad nouem. Strobili præparati cum ſac-

charo

charo comesti opitulantur. Vel ℞. pinearum recentium præparatarum ℥.iiij.fisticorum ℥.ß.sem. portulacæ ʒ.j.ß.sem.papa.albi ʒ.iij.radicis dulcis ℥.ß.sacchari albissimi ℥.v.fiat miscella,de quo sumat cochlear vnum ante cœnam, & prandium. Trãquillitas,& quies optima. Motus & coitus oppidò sunt insalubria, teste Dama. Itẽ ad vlcera renum, & vesicæ saluberrima est potio sequẽs. ℞.foliorum pentaphylli m.iij.sacchari albissimi q. s. fiat syrup.de quo sumat æger ℥.ij.cum aquæ plant.℥. iij.detergit, & ad cicatricem ducit. Confert etiam vsus decocti radicis sinarum orientalis.

De vlcere vesicæ. CAP. IIII.

IN vesicæ vlcere, ramentum,sanies,purulentia, & fœtor inest, tormentum in pube,vrinæ difficultas, pus vbi redditur subsidet. Si sanguis, aut pus minxerint, aut squamulas,& grauis odor adest. Partes à vesica auulsæ lamis sunt similes. In vrina crassa furfurea exeuntia vesicam scabie laborare denotant. In tenui verò vrina venarum scabiem portendunt. Ad vrinæ ardorem, & vlcus.Si ab humore bilioso ardor incidit, vrina citrina est, si verò à salsa pituita efficitur,vrina est alba,si ab vstione humorum con tingit ardor, vrina erit citrino fusca, si à consumptione humiditatum ardor nascitur, macies cor-

poris apparet.

Purgatio cacochymiæ accõmodata cõuenit, per cholagoga, phlegmagoga, melanogoga, qualia ſunt ſy. roſ. cũ rhabarbaro, atramentũ caſsię nigræ, terebinthina lota, diacatholicũ cum ℥. j. cõfec. Amech. ſine dacridio. Exuberantia lotij eſt curatio ardoris, lotium autem exuberat eſu ciborũ frigidorum, & humidorũ, quales ſunt lac, portulaca, cucurbita, cucumis, pepo, melones, & ſemperuiui, modò corpus non ſit cacochymum. Auertitur materia à renibus, & veſica per purgantia ſupra ſcripta, & per ſudorem prouocantia, vt pote ex decocto radicis ſinarum orientalis vel ex potu ſerapij: qui refertur ad diuum Ambroſium vel ex balneo, & ſtubis. Ardoris remiſsio fit per clyſteres molles, & per ea quę alterant hepatis, & renum calidam intemperiem, & ſiccam aſſumpta, & admota. ℞. iuſculi inteſtinorum, vel carnis in quo elixata ſint malua, violaria, nymphea, althea, brãcha vrſina, lib. j. loch de caſsia ℥. j. olei violati ℥. ij. mucaginis ſem. pſylli ℥. ß. ſacchari ℥. j. ß. fiat enema. Clyſmus etiam confert ex lacte cum ſaccaro iniectus. ℞. aquæ nenupharis ℥. iij. aq. violarum, ſemperuiui añ. ℥. j. ſucci ſolatri ℥. j. ß. lactis muliebris ℥. ij. olei violati butyri rec. añ. ℥. vj. miſce fiat epithema ad pubem, & perineon. ℞. albumina 4. ouorum recentiũ concuſſu in aquam conuerſa, lactis humani ℥. iij. butyri rec. ℥. ß. fiat colly

collyrium. Ad alterandum hepar, renes, veſicam, ℞.diapapaueris, diatriaſantali, ſacchari violati añ. ℥.ij.miſce,ſumat inſtar caſtaneæ mane, & veſperi ieiuno ſtomacho. ℞ infrigidantis Gale.cerati ſantalini añ.℥.j.illine hepar,& renes. Ad vlcus veſicæ. ℞.mucc.ſebeſten,& ſem. cytoniorum añ.℥.iij.penidiarum ℥.iiij.ſacchari lib.ß.cum puluere ſequẽti fiat elec.℞.ſe.acetoſæ,ſcariolę,endiuiæ,portulacæ, añ.ʒ.ij.ſpodij ʒ.j.tragacanthę,gummi arab.& ceraſorum añ.ʒ.ij.granorum ſiſamini,nuclei ſem.citri añ.℥.j.adde ℥.iiij.vini granatorum dulcium, doſis ℥.ß.ſumat ter in die.

Ad vlcus veſicæ ardoris cauſâ. Loch de papa. diadrag.frigidi añ.℥.ß.boliarmeniæ ori.ʒ.j.cum ſyrupo violato fiat elec. Deterſiuum aquæ hordei ℥.iiij.zucchari albiſsimi ℥.j.fiat collyrium,iniice per ſyringam. Lac vaccinum calidum ab vbere iniectum detergit, & conſolidat. Aliud. aquæ 4. albuminum ouorum agitatorum,boli arm.ſang.dra.añ. ℈.ij.muccaginis ſem.pſylli,lactis muliebris añ.℥.ij. fiat collyrium. Ad idem. ℞.roſarum,malicorei, balauſtię,ſumac añ.ʒ.j.ß.thuris ʒ.j.boliarm.ſang.dra. añ.ʒ.ß.fiat puluis, & cum aquato ouorum fiat illitio in regione veſicæ. Anodynum. ℞.lactis ſeminũ frigidorum ex aqua ſolatri extracti lib.ß.muccaginis ſem.pſylli,maluarum,altheæ, ſe.lini, cytoniorũ ℥.iij. olei nenupharis ℥.j.in quibus diſſolue opij,

croci,ſem.alterci,canforę añ. granum vnũ,fiat collyrium. Vel tere ſe.alterci album,& ſem.papaueris albi cum aqua roſarum , & aqua albuminũ ouorũ cõcuſſorum cum lacte muliebri,& grano vno opij fiat colly.℞.ſuccorũ endiuiæ, lactucæ, equiſeti depuratorum añ.℥.iiij.adde ſucci cucumeris , emulſionis ſeminum communium frigidorum, aquæ violarum añ. ℥.ij. cum zuccharo puro fiat ſy.longus.Confert etiam ſy.iuiubinus, myrtinus , & puluis qui recipit, ſucci liquiritiæ, tragachantæ, gummi arabici,amyli,ſpodij,boli armeniæ,añ.ʒ.ij.zucchari ℥.ij.ſerua ad vſum, ſyrupus tuſſilaginis Pedemontani vtilis eſt.Ad vlcus veſicæ aqua ex ſero caprino ſtillatitia pota,vtiliſſima eſt,teſtibus Moſe,& Guidone , puluis hyppuris ſiccæ cum ſyrupo myrtino,& mucagine pſylli,& cũ aqua liquiritię potus. Aqua chalybata pota vrinæ vlceribus remediat. Scribonius.Armenicus bolus cum vino potus,herba hyppuris , & graminis cũ vino bibita potio vlceribus veſicæ cõueniens,ſucci plantaginis vtriuſque ſymphyti añ.lib.j.aquæ roſ.lib.ß.ſacchari lib. ij.compoſitæ potioni adde roſam , ſantali puluerẽ cũ exiguo canphoræ & aqua veſicariæ , doſis ℥.ij. Efficax & vltimũ remediũ eſt , aqua thermarũ Lucenſium pota , paſtilli alkekengi Raſis deſcripti in antidotario ſuo.Collyrium ex muc.ſe.pſyl.maluarum,ſe.cotoneorũ ſe.lini cum ʒ.j.ſieſ albi , & lacte

mu

mulieris. Aliud. cum lacte mulieris mucc. psylli, & camphora. Aliud fit ex succo hyppuris, & momiæ Rasis, qui iniicere acetum tepidũ in vesicam consulit, & statim dolorem mitigat, vt ait. cont. modò acetum non sit adeò acre. Collyrium ex aqua vitæ remissę facultatis vtile est, teste Barzizio. Aqua florũ hyperici extillata opifera est. Benefacit aqua vitæ in qua macerantur hyppuris, flores hyperici, plantago, mumia, camphora, vel tro. alkekengi M.

Ad vlcus vesicæ cum strãguria. ℞. aquæ florum fabarum ℥.iiij. aquæ nenupharis, & rosarum añ. ℥. ij. aquæ plantaginis ℥.j. cerusæ lotæ in aqua rosarũ, & postea in aqua plantaginis ℥.ß. camphoræ ʒ.j. fiat colly. Aliud fit ex aqua albuminis oui cum lacte, & semine papa. albi. Aliud muccaginis se. psylli, cotoneor. altheæ, & seminum communium frigidorum, cum aqua albuminis oui, lacte mulieris, cerusa, gummi arabico, se. alterci ʒ.j. radicis cõsolidæ minoris coctæ in iusculis capi sine sale ℥.j. in mortario plumbi fiat collyrium. Ad penis dolorem vehementem. ℞. albumina 4. ouorum recen. infunde in aceto, postea totum infunde in calice pleno aqua frigida cum ℈.j. pulueris camphoræ, imponat pudendum in hoc balneo. statim dolorem leuat.

Ad

Ad sanguinis ex vesica eruptionem. CAP. V.

INiice per syringam succum arnoglossæ, vel aquam virgæ pastoris, & portulacæ, vel decoctum ex sumac, rosis, myrto. Illinatur regio affecta astringentibus, vti sunt bolus armenia, terra sigillata, sang. dra. gummi, & tragachanta, balaustia, rosa, myrtus. Ad mictum sanguinis cum vrina, ex plaga vesicæ, aut pudendi, ℞. rob de vino, & bulliat donec coaguletur, sume de eo lib. j. & misce cum farina siliginis, da quotidie mane ieiuno stomacho ʒ. v.

De stranguria. CAP. VI.

EXcretio vrinæ est actio naturalis vesicæ & non voluntaria, quę trifariam lęditur: nam deprauatur in stranguria, minuitur dysuria siue dyschuria, aboletur in ischuria. Est ergo ἰσχουρία passio in qua vrina in totū supprimitur, δυσουρία malum est in quo vrina ægrè, & & difficulter admodum redditur, στραγγουρία est vrinæ stillatim expressio.

Στραγγουρία, id est, vrinæ stillicidiū ab οὖρον vrina, & στραγγίζειν quod est colare, & vi guttulas exprimere. Quum aliquis parum & frequenter mingit, hæc passio strãguria nominatur, etiã si guttatim nō meiat, vt adnotauit Brassauolus, vir egregiè doctus.

Cau

Cauſa. affectus veſicæ vti eſt veſicæ imbecillitas,
vel accidens eſt : nam quæ ob vrinæ acrimoniam
efficitur, accidẽs eſt veſicæ, affectus verò minime.
Sunt aut veſicæ affectus πάρεσις, λιθίασις, πυτιρία-
σις, ἕλκωσις, id eſt, vrina ſponte profluens, calcu-
lus, furfures, exulceratio, vt Herodotus numerat.
his adiunge minus proprios, veluti ſunt dyſcraſiæ,
inflammationes, tumoresq́; præter naturam : nam
actio inſtrumẽti læditur affecta parte ſimilari à qua
fit actio, vel ad actionem vtili, vel inſtrumẽto ipſo.
Stranguriam facit potentiæ retentricis in veſica
imbecillitas, quæ ob dyſcraſiam fit præſertim frigi-
dam. Ergo à pareſi ſtranguria. Ex meatus obſtru-
ctione ſtranguria: ergo à lithiaſi, & à grumo. Ex cõ-
tinuo irritamẽto expultricis, ſtranguria : ergo à py-
tiriaſis, & helcoſi, quæ ſunt præſentes cauſæ expul-
tricem continuò ſtimulantes, nempe pytiriaſis ſca-
biem veſicæ ſignificat, ſtranguria ob vlcus, ob in-
flammationem vel abſceſſum veſicæ à dyſcraſia ab
aëre autumnali facta. Item ob expultricis quæ in
veſica eſt imbecillitatẽ, quæ infirmitas ex dyſcraſia
contingit. Itaque ob longam vrinæ retentionem
veſicæ repletio, indeq́; ſtranguria incidit. Veſica
enim extenſa vrinã guttatim emittit. Inſuper à re-
cti inteſtini vel vteri tumore, veſicæ compreſſio, &
conſequenter ſtranguria efficitur, hæc autem per
conſenſum. Porro vrinę acrimonia propter renum

paſsionem efficitur, vel ab acri, & ſeroſa venarum ſuperfluitate. Vrinæ acritudo fit magis à dyſcraſia calida, poſt hanc à calida & humida, tertio ab humida.

Digno. ab eſſentiæ ratione petenda, ex lotij qualitate, & conſiſtentia, & rebus cum eo excretis, ex imi ventris pectinis, & perinei dolore. eſt autẽ perineum pars inter anũ, & teſtes. Vrinæ acrimonia ex hominis ætate, tẽperie, & excrementis facilè intelligitur. Si autem indolens fuerit ſtranguria, & inuita, coniectura eſt eam contingere ab retentricis vel expultricis imbecillitate, aut ob reſolutũ colli veſicæ muſculum ſphincterem.

Præſag. In ſiccitatibus ſtranguriæ fiunt: quia bilioſi hu. generantur, vt ait Philotheus. autũno fiunt: quia veſica ab inæquali dyſcraſia alteratur. Ex ſträguria ileo ſuperueniente pereunt in 7. diebus, niſi febri ſuperueniente ſatis vrina fluxerit. Vrinæ acrimonia perſeuerans meatuum vrinæ exulcerationem minatur.

Metho. m. ſtranguria curatur per ea, quæ cauſæ ipſius ſunt contraria, modò iſthæc oportunè adhibeantur, hoc autem eſt, in qualitate, & quantitate, vtendiq; modo, ac occaſione.

Remedia. primùm ſucci mordaces minutè vacuandi ſunt, ſanguinis miſsione, vel decenti purgatione, mox eos apparare, & reuellere à viis veſicæ

opor

oportet ſequentibus auxiliis. ℞.atramenti, calami dul. ℥.j.mannæ puræ ℥.ß.cum zuccharo fiat bolus. ℞.ſy.violati ℥.j.ſy.de nenuphare ℥.ß. decocti liquir. iuiubarum, ſebeſten colati ℥. iij. miſce pro vna doſi.repetatur. Ab his expurganda materia eſt per cholagoga, qualia ſunt dilutum rhabarbari, ſyr. roſatus catharticus, diaprunũ ſimplex, diaſebeſten ſine dacridio, elect.roſatum M. Ad pituitam ſalſam conuenit therebinthinæ lotæ ℥.ß. Deinde materia auerti debet clyſmis mollibus, vomitibus, frictionibus brachiorum, & fœmorum, balneo aquæ dulcis calido, ſudoribus, & hæmorrhoidum reſeratione, & interiorũ venarũ, hoc eſt, poplitũ, aut malleorum inciſione: quẽadmodũ enim omnes ſuperiores thoracis partes in cubito ſecta vena iuuãtur, ſic quæ his inferiores ſunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt. Ad reprimẽdum humorum acrimoniam puluis Manſoris porrigendus eſt, qui cõponitur ex ſeminibus frigidis maioribus, & minoribus cum ſaccharo albo, & ʒ.ij. ſe. alterci albi, doſis ʒ.iij.mane, & veſperi propinentur. ℞.ſyr.de papa.ſy.nympheæ añ.ʒ.vj.aquæ violarum ℥.iij.℞. aquæ maluæ ℥.iiij.ſyr.viol.℥.ij.m.& repetatur per ſeptẽ dies. De his quæ vlcus detergunt citra moleſtiã, eſt aqua hordei calida cum zuccharo albiſſimo per ſyringã iniecta. Aliud aquę lactis lib.ß.ſacchari albiſsimi ℥.v.miſce ad ignem, & liquor actu cali-

dus iniiciatur. Lac vaccinũ calidum ab vbere immiſſum dolorem lenit, detergit, conſolidat. Aliud. albumina ouorum quatuor cōcuſſu in aquam verſa, boli armeniæ, ſang. dra. añ. ℈. ij. muccag. pſylli, lactis muliebris añ. ℥. ij. iniiciatur per ſyringam, actu calidam. ℞. aq nenupharis violarum, roſarũ añ. ℥. iij. ſucci ſolatri ℥. ij. ſemperuiui ℥. j. olei nenupharis & violarum añ. ʒ. vj. lactis mulieris ℥. ij. fiat epithema in ſumine, & perineo. Aliud. roſarum, malicorei, balauſtiæ, ſumac añ. ʒ. j. ß. thuris ʒ. ß. boliarm. ſang. dra. añ. ʒ. ß. fiat puluis, & cum albuminibus ouorum illinantur loca dicta: vlcus conſolidat. Vlcera renũ, & veſicæ cõglutinant radix pentaphylli, hyppuris, mumia, tragachanta. Ad ſtranguriam lingua anſeris ebibita eſt mirabilis, vt aiunt. Locuſtarum ſuffitu ſtranguriæ maximè mulierum iuuãtur. Sanguis vulpis calidus ſuper renes, pectine, & genitalia ſæpius illitus calculos frangit, & ſtranguriam ſoluit. Eam quoque ſoluit argentum viuum cum lacte per virgam cathathere immiſſum, vt apud N. Alex. ſcriptum eſt.

In victus ratione æger abſtineat à ſalſis, acidis, & acribus cibis, vtatur verò eduliis humectãtibus ac aluum emollientibus, herbis pręparatis, & iuſculis, & aqua chalybata.

Ad ſtranguriam ob ſiccatam veſicam vel abſumptam proſtatarum humiditatem quæ ſemini

viam

tiam sternit alimento pleniore,& crasso opus est. ℞.olei nenupharis, medullæ crurum vituli dissolutæ in oleo amyg.dulcium & lacte muliebri añ.℥.ij. fiat collyrium, quod per syringam tepidum immittatur. Illinatur tota vesicæ regio vnguento resumptiuo recens facto vel sequenti, quod recipit gummi tragacanthi,gūmi arabici añ.℥.j.fiat muccago ex aqua rosacea, cui addatur olei violati ℥.j. ℞.butyri rec.ʒ.vj.& in mortario cū lacte muliebri fiat linimentum.

De ischuria. CAP. VII.

VRinæ suppressæ causa vel est in vesica, vel in vrinæ meatu. In vesica quidē est, imbecillitas ab intemperie,vel tensio ex lotij repletione, inflammatio, obtusus sensus,affectus per consensum spinæ ictæ,aut luxatæ. In meatu verò cōstrictio,stipatio,angustia:hæc autem contingunt obstructione à lapide, ab humore crasso,& lento,à grumo,aut pure,à re præter naturam meatui innata, vt caruncula, verruca,aut ex tumore præter naturam. Ischuriā efficit corium virgæ carnis, si Rasio credimus.

Curatur per ea,quæ causæ ipsius sunt contraria. vesicæ plenitudo vacuatur ferramento quod καθετῆρα nominant,modum demittendi docet Paulus. De remediis sunt antidotum hæmagogū, & musa

ænea

ænea N. De aſſumendis vrinam prouocant aqua agrimoniæ & ſparagorum pota, ſuccus millefoli cum aceto hauſtus, ſyr. factus ex ſucco verbenæ cu ſaccharo, & rha. decoctio radicum acori pota. ℞. aquæ ſtillaticiæ ex cepa alba ℥.iij. cum zuccharo fiat potio. Aliud. ℞. hordei adianti albi an̄. p.iij. ſebeſtem iuiubarum an̄. x. rad. dulcis raſæ ℥.ß. ſeminum frigidorum maiorum ℥.j. radicis vrticæ ℥.ß. grana alkekengi ſex, croci ʒ.ß. fiat decoctio colata, de qua ſumat lib.ß. mane. Aliud. elixetur gallina vel capus cum petroſilio ad ſeparationem oſsium à carne. ℞. huius iuſculi lib. ß. pulueris reſinæ pini ʒ.ij. bibatur, ilico mingere facit. Succus è granis veſicariæ expreſſus, & ſiccatus in vmbra, ad ciendam vrinam ſumitur. Difficultatibus vrinæ ſuccinū potum alligatumq́; prodeſt. ℞. pulueris teſtarum limacum ʒ.ij. ex aqua potum vrinam cit. Iſchuriam quæ à craſſis humoribus naſcitur, ſanat ſuffitus ex locuſtis factus, vt ait Razes, opitulatur etiam ex pilis capræ ſuffumigatio. Ad difficulter mingentes capillos cerui ſuffumigato, & confeſtim minget. Myrep. Emplaſtrum ex parietaria, ſenatio, & capite alliorum in vino coctis pectini admotum, mirabile dicitur. Allium piſtum glandi in pudēdo alligatum vrinam ſtatim mouet. Idem facit choclea integra, piſta, in linteo detrito glandi colis alligata. Aliud. parietariæ, graminis, rubiæ maioris an̄. m.j. radicis

cyperi ℥.j.pista in vino albo coquãtur, & fiat empl. Aliud. parietariæ, mercurialis, maluæ, altheæ, graminis, florũ chamæmeli, añ.m.j.cretani, saxifragiæ añ.m.ß.fiat decoctio in hydreleo, fiat fotus, & de fece empl. adde adipem cuniculi, oleum scorpionum, cinamomum, crocum, cassiam ligneam.

De diabete. CAP. VIII.

Diabetes est vrinæ profluuium, & passio talis, qualis est circa aluum lienteria. fit autem quum venarũ succos in serosam saniem resolutos renes trahunt, & ad vesicam trasfundunt. Itaque frequentis vrinæ causa est humida intemperies, aut retentrix imbecilla. Diabetes, inquit Aretæus, est carniũ ac membrorum in vrinam colliquatio, qua affecti nõ diu durant. Mirum de puella Mediolanensi, quæ plus vrinæ emittebat quàm ponderaret. Causam esse aërẽ in arteriis cõuersum in aquam dicebat Marlianus, sed diabetes est proprius renũ affectus, qui ab eorum imbecillitate prouenit, vel ab meatuum vrinę dilatatione, aut à vehementi algore aquositatem exprimẽte, vel ab immodica renum caliditate, per quam vehemens fit attractio, ab hac causa, vt plurimum incidit, vt Auicennæ placet. Quapropter eius curatio est infrigidatio, & humectatio, primũ hepatis, & renum dyscrasia alteranda per assumen-

da,

da,& admouenda.℞.ſy.è roſis ſiccis, myrtini,& d
ſucco oxalydis an̄.℥ ß.pul.corralli ℈.j.aquæ plan
taginis, endiuiæ, bugloſſæ, an̄.℥.j.miſce pro vn
doſi, repetatur. Ab his materia purganda per hy
dragoga,qualis eſt ſyrupus roſatus catharticus cum
decocto corticum myrob.citrearũ ſoldanæ plan
tag.& ſem.aniſi,& paſſularum.℞.cõſeruæ roſarum
antiquæ,diacotonei ſaccharacei an̄.℥.ij.ſpodij ʒ.ij
coralli ʒ.j.corticũ myro.cyt.ʒ.j.cum ſucco cyto.f
conditum de quo ſumat ieiunus.Vel ℞.tro.de ſpo
dio cum ſem.acetoſæ ʒ.iij.fiat puluis & cum ſucco
cytoniorum formẽtur catapotia, ſumat iij.per ho
ram ante prandium quando non ſumit de cõdito
Aliud.℞.roſarum ſpodij an̄.ʒ.v.ſe.portul.ſucci liq
boli armeniæ,ſumac an̄.ʒ.j.ſem.lactucæ,coriandri
berberis,ſantali rub. an̄. ʒ. ß.tragacanthæ,gummi
arab.balauſtiæ an̄. ʒ.j. camphoræ ℈.j. cum ſucco
granatorum acidorum fiant paſtilli,de quibus ſu-
mat ieiunus ʒ.j.& veſperi tantumdem cum ſy.ro-
ſato diluto aqua frigida. Porrò ſi affectio augeſcat,
non erit abſurdũ vti narcoticis.℞.diapapaueris ℥.
ij.conſeruæ roſarum veteris ℥.j.miſce.ſumat inſtar
caſtaneæ.vel ℞.conſeruæ roſ.℥.j. philonei perſici
℈.ij.miſce.ſumat ʒ.j.℞.ſantalorum alb.& rub.roſa-
rum,gummi arab. ſpodij,ſumac,balauſtiæ,acaciæ,
hypociſtidis an̄.ʒ.ß.fiat pul.& cum aqua roſ. fiat
epithema ad renes. Aliud.olei roſ.myrt.cito.an̄.℥.

j.ſpo

ʒ.ſpodij coralli ſantal.alb. & rub.añ.ʒ.j.cum ſucco plant.& ſemperuiuæ, & cera pura fiat linimentum pro renibus. Aliud.roſacei olei, violati, & mandragoræ, ſucci vmbilici veneris aceti albi añ. ℥.iij.farinæ roſarũ, myrti, ſantali albi, & rub.añ.ʒ.j.cum cera alba fiat emplaſtrum pro renibus.

Diætemata ne facile attrahantur craſſa eſſe debent, ſed mediocriter craſſa, vt concoqui poſſint, ne've cruditates pariant, ſintq́; boni ſucci, vt ſunt ſimilago, halica, oryza, caro ſuilla macra, caro perdicis, turturis, columborũ, gallinarum, phaſidis, aſſa vel frixa potius quàm elixa, caſeus recens ſine ſale, lac chalybatũ, cytonium coctum & caſtaneæ. Vinum craſſum dilutũ aqua ferroſa corporis miſcellã ad dulcorem permutat vinum, vt ait Aetius.

De veſicæ lithiaſi. CAP. IX.

Efficiens cauſa eſt ignea veſicæ caliditas. Vrina retenta lapidem ſolet generare. Idcirco mirum non eſt ſi ſcribere aſſueti, ludo, vel lectionibus, eo morbo corripiuntur.

Digno. vrina cruda, & ſubalbida, cui ſubſidet arenoſum, pruritus, & tenſio crebra pudendi, ſtillicidioq́; vexantur. huc referenda eſt præcedens victus ratio.

Præſag. Qui maiores calculos habent, facilè ſanan

nantur: quia inflammationibus aſſueuerunt. Qui minores habẽt, difficulter curantur contrarias ob cauſas. Veſicæ calculus manuum opera duntaxat curatur. 6. epi. com. 5.

Remedia. cineris leporis ʒ. ij. ſumat ex vino albo. Iaſpis potui datus veſicæ calculos diſſipat: puluis vitri cõbuſti ex vino potus. potus ex medulla agni lapidem frangit. Aqua è ſucco limonis extillata à ieiuno pota, & in pectine illita lapidem frangit. Idem efficit aqua è cepa alba extillata, pota aqua Arnaldi 2. breuiarij, huc pertinẽt elect. de cicadis, & puluis Manlij, elect. de cineribus Clement. elect. de lepore combuſto. Monta. Lithou trypticon & iuſtinum. N. elec. vitale Clem. elect. Monta. conſ. 182. ℞. ſanguinis hirci, & vulpis añ. ℥. j. puluis lapidis iudaici ℥. ij. ß. cum ſucco limonum fiat linimentum, quo illine regionem veſicæ. Tecolythes cum aqua ſubactus ad glutinis conſiſtentiam, & ſumini ac pubi applicatus, veſicæ calculos frangit. Iniectiones fiunt per catheterem ex puluere tecolithi vel lapidum cancrorum, vel ex aqua è ſucco mercurialis cum puluere vitri extillata. Sanguis recens vulpis potus, & pudẽdo illitus, ſtatim per vrinam lapidem eiicit. Lapidem conterẽtes compoſitiones nouem, apud Myrep. Ad lapidem confirmatum lapid. lyncis pulu erati ℥. ij. bulliat in petroleo, & colatum iniice per ſyringuam, ſed prius co-

lis fou

lis fouendus ex maluarum decocto. herba cretani elixa pectini admouetur. Adamas lapidem conterit in ſtili ſummitate poſitus, Sera. Auer.

Ad Vrinæ fluxum. CAP. X.

EOs qui lotium continere nequeunt, aqua è ſorbis pota continuis diebus ſanat, ſed modum ſeruato. Vel ℞. aquæ foliorum conſolidæ mediæ lib. j. ſumat ℥. iiij. pro doſi, de tertio in tertium. Aliud. mala punica recentia, integra, contuſa, extillētur, in meta vitrea. ℞. huius liquoris ℥. iij. pulueris membranæ carni caſtaneæ hærentis ʒ. j. candi ℥. ß. ſumat in aurora, & ante cœnam per horam. Vel ſumat quotidie ℥. j. pulueris glandium aſſatarum, cum aqua in qua ſcoria ferri præparata, decocta ſit. ℞. baccarũ myrti, glandium aſſatarũ, mãnæ, thuris, cumini, cyperi añ. ℥. j. fiat puluis, ſumat ʒ. iij. cum vino veteri, vel in vino in quo macerati ſint calyces glandium, ſemen myrti, ſumac, & balauſtium.

De colico dolore. CAP. XI.

INteſtinum ſingulari numero prolatum colon dicitur. 6. epi igitur κωλικὴ, id eſt, colica, eſt inteſtini dolor. Colon inuiſum morbi genus, apud Serenũ, telum apud eundem ventris dolor eſt, Strophus ventris dolor.

Vegetio, leparæ sunt ventris dolores. 6. epi. sed hi affectus non multum à colica differunt.

Causa externa, mala victus ratio, scamonea, lues seu contagium: nam vi pestifera colica quãdoque regiones,& prouincias occupat, letiferaq; conta- gia imitatur, vt narrat Aegineta. Coli dolor ex ob- turatione facta à scybalis. De reliquis internis oc- casionibus sunt crassi & pituitosi humores, intra coli membranulas subsidentes. Item flatulenti spi- ritus, quibus non est exitus. Fit etiã colica propter acres, & erodentes humores, qui intestinum in- festant, aliquando inflammationem sequitur, quæ intestinum distendit, ac male habet. Interdum effi- citur per consensum ventriculi, hepatis, lienis, ce- rebri, pulmonum, quæ partes excrementa sua ad κωλὸν transmittunt. Insuper efficitur à renum vesi- cæ ac vteri præter naturam tumore, colum vel in- testina premente.

Digno. Quum adest torsio, punctura, & vrina tincta, colica adest, vrina autem tingitur: quia bilis regurgitat ad vias vrinales, vt ait Gord. tamen coli- ci doloris agnitio coniecturalis. 12. ther. est autem difficilis cognitu propter vicinitatẽ locorum, qui iisdem omnium doloribus subinde tentantur. Gal. ipse colica deceptus, vt fatetur 2. de loc. aff. nam similitudines eruditis etiam medicis errores am- biguitatesq; pariũt. Colicam magna ex parte præ-

cedit

cedit cruditas, ſpiritus flatuoſus, vomitus, nauſea inanis,& in præcordiis mordacitas,& faſtidiũ. Eius ſigna ſunt inflatio quædam, & extenſio, & flatus complures,& tormina,& excrementa flatibus plena, quin etiam cibi tum cupiditas tum concoctio deterior euadit, intueri etiam oportet præcedentia & præſentia,& ea quæ per communitatem conſequuntur. Cauſarum indicia ducũtur à doloris ſpecie, & ab excretis: nam pituitã vitream arguit dolor qualis à calculo aſpero vreteris infixo fit, depręhenditur etiam ex huiuſmodi humoris excretione. Dolor mordax mordacis, & bilioſi humoris nota eſt, reliqua ſumuntur à ieiunantibus, & nocẽtibus. Cauſæ enim exaſperantur remediis ſumptis, iniectis, admotisq; ſimilibus, & remittuntur contrariis. Itaque in doloribus cuiuſcunque partis duo ſunt conſideranda, doloris ſpecies, & vehementia, hæc enim faciunt ad patientis loci noticiam, ad præſagiendum, & ad curationis inuentionem. Nempe dolor colicus à craſſo, aut viſcoſo humore, aut flatulento ſpiritu in corpore craſſo, denſoque genito, ſed egredi nequeunte, dolorem excitat vehementem, ob geminam cauſam, dyſcraſiam ſcilicet, & corporum quibus continetur tenſionem. Longum verò quia difficulter euacuatur: quoniam corpora ambientia ob craſſitudinem tum ſpiſſitudinem ipſum arcere poſſunt.

Præſag. Colicus dolor ſæpenumero duobus diebus perpetuis cruciare ſolet. Ceſſat verò vbi articularis morbus incipit. Interdumq; articulari morbo ſanato, reddit colica, hæc quandoq; finitur in paralyſim, epilepſiam, melancholiam, & arthritidem, vt præſagiunt Aliab. & Auic. Ob capitis dolorem vehementẽ nemo vnquàm animi deliquio compræhenſus, mortuus eſt, neque ſe ipſum occidit, quemadmodum quidam coli dolore vexati fecerunt. Colicam ortam à ſpiritu vel phlegmate ſanat febricula. Dolores vẽtris ſublimes, id eſt, in ſuperficie, leuiores, qui verò non ſublimes, fortiores.

Metho. m. Colicus dolor citò curandus, ne ob vehementiam vires proſternat. Curatur autem remediis cauſam auferẽtibus, ſimul enim cum cauſa ablata dolor ceſſat, deſinit etiam imminuto vel adempto ſenſu per anodyna, quę duplicia ſunt, vera & narcotica. Illa ſi moram trahunt, ſpiritus, & ſubſtantiam corporis digerunt, & diſſoluunt, hæc verò vim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Affectus qui in craſsis ſunt inteſtinis, ſumpta à poſitu indicatione, his quæ per ſedem iniiciuntur remediis magis egent. Inteſtinorum dolores vbicũque ſint, iuuantur à bibitis, & per ſedem iniectis medicamentis. Obſtructio quæ fit à ſcybalo habet duriciei remedium ex humidis pinguibuſq; clyſmis, demũ ex acribus, euacuationẽ expoſcit. Dolores à craſsis

ſuc

ſuccis producti, per ea quæ incidunt, concoquunt, & flatus diſcutiunt, citra valentem calfactionē curandi ſunt: nam metuendum eſt à calore qui eos liquet, & in flatus vertat, & nō valeat diſcutere. Dolores à ſuccis mordētibus poſtulant, vt ea quæ contriſtant vacuentur, aut alterētur, aut narcoticis retundantur. Si dolor à tenui acriq́; ſucco in inteſtinis cōtento excitetur, iniicere per ſedem oportet, quod blandè eluere, detergere huiuſmodi humorē poſsit. Dolores à flatuoſo ſpiritu, curantur per digerentia, & extenuantia. Cucurbitula quoque admota illico à dolore liberat, poſtea euacuādus humor infuſo per ſedem medicamento calfaciente, & attenuante, quod ſi etiam tum dolores permanſerint, vti philonio ne dubites.

Remedia. ℞. maluarum, mercurialis, florū chamæ. anethi, añ. m. j. iuris ex decocto inteſtinorum, lib. j. ß. hieræ picræ, loch de caſſia añ. ʒ. vj. olei cōmunis ℥. j. fiat clyſter, ſed in colica clyſma ieiunis non iniiciendum, vt monet Valerianus. Aliud loch de caſſia ℥. j. benedictæ ſimpl. ℥. ß. hieræ picrę ʒ. ij. pul. elec. de baccis lauri ʒ. iij. olei chamæmeli, liliaci, & nardini añ. ℥. j. vitellum vnum oui, ſalis ℥. ß. iniiciatur. Infuſum Aetij laudatur, quod recipit decoctum lini, & fœnugræci, lib. j. œſipi ℥. ij. miſce. Aliud iuſculi carnis lib. j. ß. in quo elixētur ſe. aniſi, & cari añ. ℥. ß. colaturæ adde adipis anſeris, & gal-

linæ añ.℥.j.olei chamæmeli ℥.ij.philonij rom.℈.j. fiat enema.℞.ſe.aniſi ℥.ij.fimi recẽtis aſini ℥.j.furfuris m.j.bulliant in vino albo dulci,colaturæ adde ol.chamę.℥.iij.ol.de cappa.℥.ß.fiat clyſmus.Aliud vini albi vinoſi lib.j.olei communis ℥.v.butyri rec. ℥.iiij.luteum oui, ſalis ʒ.iij.ſacchari rub.℥.j.imponatur tepidum iuſculum galli veteris exenterati cum ſartura ex polypodio,& cartano facta potum, caroq; comeſta maximum eſt remedium:nam deturbat humores lentos,& craſſos,& flatus diſſipat. Aliud. ℞.iuſculi galli decrepiti flagellati lib.j. polypodij ℥.iij.anethi m.ß.ſem.cartami contuſi ℥.ß. ſalis ʒ.iij.ſumat ℥.viij.℞.medullæ cartani ʒ.j. caricas albas, & pingues iij. paſſarum ę corintho ʒ.ij. penidiarum ℥.ß.ſumat cum iuſculo carnis. ℞.diaphœnici ℥.ß.philonij ℈.j.cũ zuccharo fiat bolus. huc refer elect.de gallia Manſoris.Indum,maius,& minus, elect.aleſcof,diacydonium, pil.agg. maio. ℞.præcipitati grana ij.diacymini ℈.j.cum ſyrupo de duabus radicibus fiant pil.iij.deauratæ,quas ſumat præaſſumpta leui cibatione:nam ſtatim morboſum humorem vomitu vel deiectione purgat. Refertur hoc auxilium ad Aeginetam, Razim, & Vigo.Potio ex cochlea Scribonij,& elec.vitæ Vitalis,ſalubria ſunt,puluis momordicę ſumptus ſtatim ſanat colicam, idem præſtat ſerpẽtina herba, apud Sardum.℞.cymini pulueratı ʒ.ij.ſumat ex vino. ℞.

inteſtini lupi ℥.ij.cornus cerui ℥.j.fimi albi lupi ℥.
ß.croci ℈.ß.ſacchari ℥.ij.f.puluis,puluis oſſium repertorum in fimo lupi potus omnem colicam ſanat. ℞.terebinthinæ lotæ cum aqua fœniculi ℥.vj.
ſy.de ij.radicibus ſine aceto ℥.x.fimi aſini lactantis ſiccati ℥.j.ß.croci ℥.ij.fœniculi dul.℈.j.fiat potio, quam ſumat ieiuno ſtomacho. Coagulum catuli cum vino ſtatim ſanat colicam, Raſis. Lapæ purpureæ flores ex vino dantur.In deſperatis ſubuenit album quod ineſt in fimo gallinaceo. ex vino meraciore bibitur. Marubium in vino mulſo decoctũ bibendum præbe,liberabitur,neque vnquã poſtea incidet in affectionem, vt aſſerit Aet. Aqua in qua ſiccum cerui genitale lotum ſit,pota ſanat colicam & dyſuriam.Idem efficit catuli coagulum ad ℥.j.ex vino pota.Raſ.aut pauidi leporis madefacta coagu la pota, vt canit Serenus. Alauda auis ſimplici iure elixa coli cruciatibus opitulatur, aſſumi autem cõtinuè,& ſæpe cũ ipſo iure debet,ex Marcello,Dio. Sereno,Aegineta.datur ſalubriter pilula vna de cynogloſſa. Membrana interſepiens nucis iuglandis nucleũ puluerata,ex vino albo pota ſanat colicam. Ad colicam à flatu. ℞.zinz.piperis añ.ʒ.ß.ciperi, maſtichæ añ.℥.j.ſacchari ʒ.iij.fiat puluis, ſumat ℥.
iij.cum calida. Ad idem opitulantur calcanei brutorum combuſti Raſ.& fimum lupi album cum zuccharo ſumptum. Fomenta calida quæ corpus

quouis modo calfaciunt doloribus ſæpiuſculè adiumento ſunt: quia cutem ad perſpirationes rariorem efficiũt, ſiue humida ſunt, ſiue ſicca, ſiue miſta ſint. ℞. furfuris contuſi, florum chamæ. meliloti añ. m. j. farinæ fabarum ℥. j. croci ʒ. ß. bulliant cum ſapa, & addito oleo anethi, chamæ. f. cataplaſma pro dolore. fotus etiam è chamæmelino oleo, & meraco vino calidus dolores omnium partium corporis cõpeſcit. Contra flatus, & dolores frigidos ventris, & vteri. ℞. olei anethi lib. ß. ſe. agni, ſe. rutæ añ. ℥. j. ß. cinamomi ʒ. iij. lento igne coquantur, & illine. Sacculus ex milio & ſale torrefactis cum farina florum chamæmeli calidus adapplicatur. pedes in aqua calidiſſima quàm diutiſſimè tenere torſiones ſanat. Ad torminoſos. venter anatis viuæ dolori appoſitus, ſanat, tranſit enim morbus in auem, eáq; moritur. Rana viua ventri adpoſita transfert ad ſe malum. Catuli lactantes ventri admoti, transferunt in ſe malum, & moriuntur, ſi credimus Marcello.

Amuleta. fimum lupi potum vel ſuſpenſum ſanat. 10. ſimpl. vmbilicus infantis præciſus, & in annulo argenteo geſtatus ita, vt carnem tangat. Corrigia ex pelle canis. Talus leporis ſuſpenſus vel ligatus ad ventrem. Sext. ad colicam, & iliacam confert corrigia de dorſo lupi cincta, Arnal. ſedere ſuper corium lupi, & eo ſtringere ventrem confert, Raſis. phyſicum remedium eſt vmbilicus geſtatus,

Trall.

Trall.in armila.N.Alex.

Ad calculi morbum colico complicatum, iniiciũtur clyſmi anodyni, admouentur ſotus,& cataplaſmata anodyna, & ſumat tribus diebus omni mane ℥.j.ß.mannæ puræ cum butyro rec.& decocto ſe.maluæ. Vel ℞. aniſi, maratri,cari, cumini añ.ʒ.j.coriand.præpa.ʒ.ß.liqui.ſe. bardanæ añ.ʒ.j.ß.cinamomi, galangæ añ.℈.j.ſem.ſolis ſe.geniſtæ añ.℈.ij.pul.diadrag.frig.ʒ.ij.dacrydij ℈.j.maſtichæ ℈.ß.ſenæ ori, ad pondus omniũ fiat pul.doſis ʒ.j. ex iuſculo cicerum. Confert etiam zona ex lupi corio ſecundum carnem cincta.Briel. Aliud.℞.turbit dacrydij añ. ʒ.iij. gary. cinamomi,zinz.myrob. emblicorum conditorum,nucis moſchatæ, polypodij añ.℈.iiij.ſacchari ſoluti in aqua fœniculi q.ſ. fiat elec.doſis à ʒ.ij.vſq; ad ʒ.iij.educit excrementa à toto corpore,& digerit flatus.

Ad colicam inflammationi adiunctam vena in cubito aperiẽda eſt. Si verò vrinæ difficultas ſuperet,ex maleolo ſanguis detrahẽdus,prædictis vtendum remediis exceptis acribus,& vehemẽter purgantibus, clyſmis lenientibus,item cataplaſmatis, & irrigationibus, & in oleum deſcenſu vtendum. ℞.folia maluarum tenera, & violariæ añ.m.iij.bulliant in aqua, & colentur, piſta cum oleo violato malaxentur, & ſupra totã regionem inteſtinorum applicentur,nec diu morentur: quia ſuperfluè ſol-

uerent, relaxat, emollit, & lubricat. Victus autem ratio tenuis, & ferè febricitantium donec inflammatio soluatur.

Ad colicam cum febre, principiò fomentum siccum ex milio adhibēdum est, deinde per sedem infundere oportet oleum in quo semen aliquod, quod flatum dissipet, incoctum sit, cum anseris, aut gallinæ seuo, nec salso, nec veteri. Si verò ex hoc non remittatur dolor, secundò rursus iniiciendum est idem, adiectiendo succi papaueris ℥.j. castorei ℈.ß. Glandes etiam fieri possunt ex hoc medicamento, quæ appensæ forti filo in rectum intestinum inseri debent.

De volulo siue ileo, vnde ileosi. CAP. XII.

CHordapsos etiam dicitur, quòd non aliter quàm chordæ intestina tendantur: nam veteres intestina chordas vocauerunt, estq; omnium intestinorum vexatio. Differentiæ eius plures. in sublimibus intestininis consedit, vel crassis, graueolentus, non male olens. Prior dicitur de eo, in quo stercus euomitur, deinde si graueolens fuerit respiratio, tertiò si ructus, quartò si flatus, quintò si graueolēs sit corpus. Ileos est vomitus stercoris, vt definiuit Philotheus, scilicet pessimus: nam quandoque ileos est sine vomitu. Si obstructio sit in parte superiori gracilioris

intest

intestini, exit cibus per vomitum, si in parte inferiori, exit stercus, vt docet Cel. stercus hic inauditur etiã de cibo corrupto, qui futurus erat stercus.

Causa. fit ab inflammatione intestinorum tenuium, interdum ab obstructione aridi stercoris, nonnunquam à crassis humoribus, & tenacibus. Oboritur etiam ex plagis, & ictibus circa tenue intestinum, ob intestinum vna cum stercore in scor*tum delapsum, à fungis comestis, ex frigore vehementi, ex frigidæ potione, post sudores. *Scrotum.

Digno. In ileis nihil descendit ad inferiora, & hoc est proprium, & inseparabile passionis. Vomitus non semper adest, sed quando exitiales sunt. Tumor, & durities circa tenue intestinum tactu sentitur, ad chordę similitudinem. Inde dolores vehementes, & tormina impendio molesta.

Præsag. omnis ileos periculosus, sed deterior qui in sublimibus intestinis, vt qui contagio iecur afficiat, & lienem. Vt plurimum tertiam, aut quartam horam nõ excedit, nisi ad suppurationem inflammatio vergat. periculosissimus est in quo stercus euomitur. Pomerius Viẽnæ sacerdos ileo cum vomitu stercoris conflictabatur: tamen cum Dei auxilio, & nostris remediis infrascriptis sanatus est, etiãnum sanus viuit. Ventus per podicem redditus sine odore tetro perniciem denotat, cum fœtore verò salutem. A voluulo amoto si febris hominem

corr

corripiat, vel inferna aluus ſoluta, deſperatus eſt.

Metho.m.eſt cauſas efficientes abigere. Omni conatu enitendum quò tum flatus tum ſtercora infra trahuntur per glandes, enemata, illitiones, fomenta varia, per furfures, per veſicas bubulas oleo ſemiplenas, per irrigationes, & enchatiſmata, ex calida cum oleo hybiſco, & rerum laxantiũ decoctione cataplaſmata & per cucurbitulas inanes, perq́; potiones ex oleo in quo anetum, lixum ſit. Clyſmata cauſis morbificis contraria, ſaluberrima ſunt. Argentum viuum extinctum (præcipitatum vocant) datur in ileo. vt ℞. præcipitati grana ij. diacymini ℈.j. philonij grana iiij. formentur pil. iij. deauratæ, ſumat à leui cibatione. Quidã tamen ſumpſerunt arg. viuum mortificatum, & mortui ſunt ileo: teſte Serap. Ad ileum iubet Hipp. folle immittere ventum per podicem, quo diſtantia ventris, & inteſtinorum replicatis folliculis fiat. Mox detracto folle clyſterem adhibendum probat, & podicem ſpongia obſtruendum, atque in aqua calida ægrotantem deponendum. Sanè in hoc affectu ſi inteſtinorum verticula, & conuolutio incidat, vt ſentit Aurel. flatus immiſſus poterit eſſe vſui, quòd inteſtina in figurã naturalẽ, & ſitum reducat, vt ſileam quòd ventus immiſſus humores obſtruentes commouere, & agitare, ac demum penetrare poterit, ſicq́; eos apparabit expulſioni. Chordapſo opitu-

lan

lantur, vnguentum alabaſtrum, vng.aragon. vng. aureum, diacitonitem lax.elect.ducis N.vng.laxatiuum eiuſdem, vng.marciaton, puluis catapuciæ, in enemate, ſy.maior, & pilulæ ſine quibus N.oleũ de cherua M.

De cœliaca, & dyſcœlia, inde cœliaci.
CAP. XIII.

Κοιλίακα, aliter ab aliis accipitur: nam Celſo eſt affectus portæ ventriculi, ſub quo venter indureſcit, dolorque eius eſt, aluus nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem tranſmittit: hunc affectum ſanauit Anto. Beniuenius ſolo lacte condito iniecto. Aliter Scribonius. dyſcœli, inquit, ſubito, & multa deiiciũt. Itaq; Plinio cœliaci dicuntur, qui aluo cita laborant, & Valerianus ex officio ventris per omnia turbatum deſcribit κοιλιάκους. Sanè lienteriæ ſimilis eſt affectus, vt inquit, Leonicenus. Cœliaca eſt proximum pathema lienteriæ, niſi quòd in hac magis cruda, & celeriùs deiiciuntur, vt tradit Paul. ſed potiſſimũ liẽteria à cœliaco affectu cruditate ſecernitur. Igitur non omnis ventris fluxus eſt cœliaca, vt ait Archigenes apud Aetium. Neque enim ſi cibi crudi inferne prodeunt, neque ſi corrupti cœliaca dicitur, ſed tunc ſolùm quum leuia, & humecta excrementa egeruntur, ventre præ imbecillitate ea di-

gere

gerere nequeunte. Author defi. Cœliaca, inquit, eſt alui fluxio non recens ſed diuturna, cum vermibus multisq; excretionibus corpore ſimul marceſcēte.

Cauſa. in cœliaca materiæ non ſunt mordaces, quæ inteſtinorum imbecillitatem ſequi conſueuerunt: quia retinere contenta ne exiguo quidē tempore poſſunt, ſed illico excernunt ea, perinde ac ſi graue aliquod onus deponerent. Cœliaca fit ex infirmitate concoctricis, & contentricis ſtomachi, & ventris. Ex ventriculi, & graciliorū inteſtinorum vitio. Item ob iocinoris obſtructionem, & attractricis imbecillitatem.

Præſag. ad hūc affectum parati videntur dyſcœlij. Ad magnam deſperationē res deuenit, ſi morbus diutius duret, vt aiunt Trall. & Aet.

Metho. m. eſt cauſarum ſublatio. De auxiliis ſunt elect. de ſcoria ferri, elec. de thure, diacalaminthes, myrobolani conditæ. ℞. conſeruæ roſarum veteris ℥. iij. pul. chalybis pręparatę ʒ. iij. cinamomi ʒ. j. fiat conditum. Huc pertinet diacytoneum cum pipere thymo, & ſe. aniſi, & ſpodio, triphera myrob. cum limatura chalybis præparata, vnguēta, & cærotaria ventriculum, & ventrem corroborantia. Victus ratio. Dormire ſuper ventrē vis cōcoctrix, & retentiua firmatur, ſorbitiones ex medulla lentis aſtringit, oriza, panis elotus, palūbi in aceto diſcocti, turtures, perdices, phaſides, gallinæ, aſſa, & frixa ſumac.

mac. Venus nonnunquam diuturnum alui fluorem deſiccat, teſtibus, Ariſt. Aeg. & Aetio.

De lienteria. CAP. XIIII.

Λειεντερία eſt velox exitus eorum quæ comeduntur atq; bibuntur, quæ talia deiiciuntur, qualia fuerũt deuorata. Eſt cõcoctionis priuatio. Certè in liẽteria pauca fit cibi mutatio vel ſecundum ſubſtantiam, colorem, odorem, vel aliam qualitatem: quia ſi nulla fieret, corpus penitus non nutriretur, & ex conſequenti non viueret: nam tam diu viuimus quam diu nutrimur. Duplex autem eſt. Vna ex languore virium alimenta in ventriculo cõtinentium creatur. Altera ex ſumma inteſtinorum exulceratione contrahitur, vel ex cicatricibus quas excitauit dyſenteria.

Cauſa igitur varia. fit ob pituitam frigidam vel ſolam intemperiem, quæ vim alui vel inſtrumẽtorum quæ ad aluum pertinent contentiuam reddit imbecillem, & ob vlcera ſummas partes occupantia, fit à materia non mordaci, ſed aggrauante, quæ contentiuam facit imbecillem.

Digno. ſi ventriculus in cibos conſuetos nihil agere videatur, maxima intẽperie afficitur. Omnis enim vehemens intẽperies vires deiicit. Coquendi facultas non dicitur læſa, ſi quæ concoqui nõ poſ-

ſunt

ſunt deuorentur, & immutata deiiciantur.

Præſag. omnis lienteria periculoſa. Si vires alimentum non conficiunt, præſidia vana ſunt. Cibi appetentiam lienteriam diſcutit. In longis lienteriis ructus acidus ſuperueniẽs ſignum bonum. Senibus diarrhœæ, dyſenterię, lienteriæ. Lienteria infeſtati hyberno tẽpore, eos ſupra purgare neceſſe eſt. Lienteriam conſequuntur tabidæ febres.

Quoties maior fuerit excretio, minor erit concoctio. Quoties concoctio maxima fuerit, excretio pene nulla eſt. Si magna fit concoctio in ventriculo, deiectio erit minor: quia maxima pars hepati diſtribuitur, ac plus deſcẽdit in veſicam quàm in ventrem.

Metho.m.conſiſtit in cauſarum ablatione. Remedia ſunt autem quæ aluinis, & cœliacis conueniunt ſubteriora, puluis conus cypreſſi, in cibis, Plat.carabæ Aeg.& Serap.aqua cocta cum maſtichæ, Plat. Aqua ferroſa vel chalybata, Ser.zinziber, Auicen.Saccharum roſatũ cum puluere dianthos. Cydoniatum N.diacodion eiuſdem, cum careno, ſuſuf, de myrto, ſyr.de mentha. Confectio de ſeminibus, elect.de myrto.elect. ex inuentione noſtra M.Nabac Auicen.Mithridatium, cum decocto balauſtiæ propinatum. Miua & micleta N.pilulæ ſtypticæ. Athanaſia eiuſdem. Margaritæ lienteriæ, & diarrhœæ vtiles, Alb. ſed Plinius laudat manus in

ſeruentem aquam mittere, & pedes conſtringere, ſuper quo ducto, deliberandum.

De diarrhœa. CAP. XVI.

Διαῤῥοία ventris effuſio interpretatur, eſt copioſior alui fluxio diuturna ſine phlegmone, & vlceratione, fluor autem alui eſt expultricis motus deprauatus, id quod irritat egerentis. Cuius differentiæ tres ſunt diſcretæ ab euacuatis: nam in lienteria crudorum eſt fluxio, in dyſenteria cruētis deiectionis, in diarrhœa humorum. Ad hanc reducitur fluxus ſtercoroſus, cuius meminit Arcul. cuius cauſa otium, cibus multus, & excrementoſus, & imbecilla anadoſis. Idem meminit cum Pedemontano, & Guainerio fluxus vermium, & lapidum, huc etiam referunt fluxum eliquationis vniuerſi corporis vel ſuccorum, quatenus id quod eliquatū eſt, in ventrem, & non per vrinam defluit, nec per ſudorem. huc etiam referunt dyſenteriam cruētam, quæ eſt purgatio humorum inutilium partis alicuius affectæ per hepar, accidit mutilatis, & otioſis, maximè in vere. huc inſuper referunt fluxum quē vocant ſtomachalem, nam diarrhœa ex ciborum concoctionis defectu gignitur, vt ait Galen. 2. nat. virt. imo diarrhœa diutina, vt inquit 6. apho. com. 23. eſt ventriculi proprius affectus. his proximus eſt flu-

cruentæ

N

xus chylosus, qui contingit ex offensa attractricis potentiæ hepatis, aut meserij, cuius venis veluti manibus, quæ ex ventriculo cibum sibi afferant, iecur vtitur. Inde meseraici. Rursus sunt alij fluxus veluti iecorosus, splenicus, cerebralis, qui ex affectibus illarum partium oboriuntur.

Causa propinqua, omnium excretionum causa res mordens, aut aggrauans. Remota verò partium affectus. Deiectionis causas citæ, crebræ, assiduæ, & multæ Gal. explicuit. 3. de ca. symp.

Digno. ex egestis assumenda sunt, quæ etiam à Galeno certa dicuntur. Quibus per alui fluorem deiectiones spumant, his pituita à capite defluit.

Præsag. In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis si talia &c. Aluus profluẽs absq; signis coctionis nihil iuuat. In profluuiis alui mutationes egestionum iuuant, nisi in parua mutentur. Deiectiones nigræ pessimæ, & quo plus sunt praui colores, eo peius. In omni morbo incipiente si atra bilis vel supra vel infra exierit, letale. Quibus deiectiones biliosæ exeunt, surditate superueniente finiũtur. Balbi ab alui profusione longa capiuntur. Diarrhœæ in febribus difficilior curatio, post longum morbum ventris fluxio malum est. A pituita alba detento alui fluor superueniens ægritudinem tollit. Diarrhœa forti detento si vomitus fiat bono est. In diarrhœa proritatur febris ex desurgẽdi frequen

quentia. Alui excrementa ſi ex breuibus interuallis deiiciantur, mala: fatigatur enim æger ſi crebro ſurgit, vigiliisq́; cõſumitur: quum verò affatim ſæpeq́; deiicit, ne animus eum deficiat periculum eſt. Periculoſum ſtercus perliquidum, albicans, pallidum, vehementer rufum, aut ſpumans eſt. Malum quod exiguum, glutinoſum, idemq́; ſubpallidum vehementer rufum, aut ſpumans eſt. Malum quod ſubpallidum, letiferum nigrum, pingue liuens, & quod peioris odoris eſt quàm pro conſuetudine. Læthalia etiam ſunt varia excrementa ramentoſa, bilioſa, nigra, & porracea. Si cutis fuerit raritas, ventris aſtrictio ei cõiungitur è regione. Si cutis fuerit denſitudo, venter & veſica multa deiiciunt.

Metho.m. ſymptoma nullam per ſe curationem exigit: quia vnà ceſſat cum affectu vnde naſcitur, ex accidenti tamen curandi rationem mutat, dum cauſæ locum habet, hoc eſt quando vires lædit, & morbum auget. Ideo ex tribus ſymptomatis ſolæ actionum offenſæ, & exceſſus eorum quæ retinentur, & expelluntur, ſolicitudinem medici ad ſe cõuertunt, affectumq́; deſerere cogunt. Solutum ventrem irritare non oportet, ex his quæ melius ſoluant ne poſtea materiæ impetum cohibere poſſis, vt monet Oribaſius cui ſubſcribere videtur Auic. inquiens, In alui profluuio aluum ſoluere periculoſum. Si cum diarrhœa, inquit Galen. febris acceſſe-

rit,alia vacuatione opus non eſt, verùm ipſa per ſe ſufficit, etiam ſi non ſit, pro multitudinis ratione. Eſt tamen vbi fluxus ſanari nõ poteſt,niſi eius cauſa catharticis auferatur, iuxta illud Hippo.ſi quis medicamẽtum lubricum porrigat, alui fluor ſedatur,& vomitus vomitu. Itaque Antylus cum Aetio in quibuſdam alui profluuiis acres humores infernè purgant, & ad inteſtinorũ rheumata vel ipſum veratrum propinant, ſed nos ab his quæ moleſtè euacuant abſtinere, melius & ſaluberrimum eſt. Nec licet ante debitam redundantiæ ſpontinã vel artificioſam vacuationem, aſtringentibus ſeu ſtypticis aluum ſupprimere, ne mali ſucci principem aliquam partem impetant. Niſi fluxionis impetus ſit adeò vehemens,vt periculũ ſit, ne animus ægrũ deficiat: nam curationum indicationes ſi ſint contrariæ, tunc ad id, quod grauius minatur, periculum attendendum eſt. Omnis immodicæ euacuationis cõmunia remedia ſunt reuulſio,quæ ad contraria fit,& deriuatio, quæ ad proxima. phlebotomia quia ad diuerſum trahit,fluxum cohibet.Idem præſtat vomitus, ſudor & vrina, hæc duo eandem habent materiam.

Remedia.Ventrem laxum cum indiciis caliditatis coërcet ſyr.roſarum ſiccarum, myrtinus, de ribes,de berberis,de cydoneis,de agreſta, de dactylis immaturis, acetoſus de ſuccis, & aquis fructuũ, ſyr.

ſyr.de plantagine Arnal.elect.de fructibus M. De purgantibus rha vſtum, micleta. A purgatione tro. de ſpodio cum ſemine acetoſæ, tro.de berberis M.tro.de balauſtiis. Auic.lac caprinum, aut bubulum coctũ ita vt ſemper agitetur donec ad tertias redigatur, deſpumatum, & potum optimũ eſt, ſed in febre quarta pars aquæ cœleſtis, aut fontanæ lacti miſcenda eſt, & coqui ad dimidias, & ita exhiberi. Lactuca parciùs commanducata ventrem ſiſtit, copioſiùs verò laxat. Ius teſtudinum aluum tenet. In omni fluxu ventris valet diacydonium ſimplex, ſi ante cibum ſumatur inſtar caſtaneæ, vt ait Honeſtus. Inſuper aluum ſiſtunt halica, triticum, bromos, hordeũ, oriza, milium, panicum, medulla lentis, braſſica bis cocta, polenta ex vino auſtero pota, carnes leporis, mora rubi, pyra cotonea, mala punica, poma auſtera, acerba, meſpila, ſorba, corna, pruna ſylueſtria, palmulæ, & vuæ paſſæ auſteræ. Vina alba fulua nigra, tortiua, modò ſint auſtera, his addit Serap.aquam ferroſam. Carnes perdicis, turturis, turdi, alaudæ, phaſidis, ſtornæ, & coturnicis. Similam panem elotum, & amylum in ſorbitionibus. Aqua frigida non ducit aluum: nam frigiditas externa aluum indurat, vnde illud Hippocratis, In conſtitutione aquilonia alui duræ. 3. aphoriſmo.

Lactucæ vſus parc. & copioſus

De dysenteria siue torminoso fluxu. CAP. XVII.

DYsenteriæ nomen à læsa particula sumitur, & perperā difficultas intestinorum interpretatur, neque enim particula δὺς hoc loci significat difficultatem, sed detrimentum: falluntur etiam qui lienteriam leuitatem intestinorum vocāt, quod alibi notauimus. Dysenteria est intestinorum vlcus. Cuius tres sunt gradus. In primo excernuntur corpora pinguia: in secundo ramenta intestinorum, abiecta horum superficie interiore: in tertio aliquid ex intestinorum substantia abraditur, quod si caruncula nominari queat, lethalis est. Obiter notandum intestina duplicem habere tunicam, partim, vt vis excretoria esset validior, partim vt hæc ipsa organa minus afficiantur: nā aliquando interior pars per dysenterias aliosq; affectus lōgos putrescit, exteriori salua, eoq; ægroti nōnunquā euadunt, sed inter vtrāque tunicam crassities quædam est, quam dicit Brassauolus esse musculos, & carnē, quæ si abraditur exitialis est, quod de excreta interna intestinorū parte dici non potest. Sunt autem intestina, vt ait Oribasius, intus carnosa, foris neruosa, & sub carne humorem glutinosum habent.

An vlcus intestinorum cessante acri fluxione sit dysenteria? In dysenteria, inquit Gale. ablata causa per

perſeuerans manet diſpoſitio, in ea denſum ſtercus apparet cruentis guttis reſperſum. Ergo non ſemper in dyſenteria fluxio acris vlcus efficiens, ſed ſemper ineſt cruēta fluxio. Eſtq́; omnis dyſenteria cruenta fluxio, & è cōuerſo, propria aut non vera. At fluxionis cruentæ quatuor ſunt ſpecies, in prima ſanguis per circuitus excernitur, vt in quibuſdam plethoricis otioſis aut mutilatis. In ſecūda ſanguis deiicitur, aquoſus, vt per hepatis imbecillitatem. In tertia ſanguis nigrior, & ſplendidus, vt in atrabilariis. In quarta quę dyſenteria propriè vocatur, non multum, & affatim, vt in cæteris, ſed paulatim, & breuibus interuallis ſanguis ſyncerus, nonnunquam grumoſus cum pure, vel ramentis inteſtinorum, ſæpenumero etiam denſum ſtercus deiicitur, cruentis guttis reſperſum.

Cauſa externa, acre medicamentum, venenum. Interna mordax humor.

Digno. ſcientifica eſt dyſenteriæ agnitio, certis videlicet definitisq́; notis comparata. A doloris proprietate, eam præcedunt mordaces dolores. Exulcerationis notæ ſunt, abraſiones cum pingui quopiam, cruor, ramentum, pus. Vlceris locus depræhenditur ex raſura, exitus tempore, & ex miſtione cum ſtercore. Ex craſſis ramenta ſunt craſſa, & lata cum quodam pingui excrementis aliis parum mixta. Excretio paulò pòſt torminoſa effici-

tur. Dolor lacerans, & pungens est sub vmbilico. Contra in tenuibus vlceratis, dolor est supra vmbilicum, quibus complicari solet offensa ventriculi.

Præsag. dysenteria coxendicum morbum corrigit. Lienosis dysenteria superueniēs bonum. A furore dysenteria bono est. Acria tormina periculosa nō sunt dum febris absit. Verè homines, & æstate potissimū à dysenteriis capiuntur. A deiectione syncera dysenteria malo est, si ab atra bile incipit, letalis. A dysenteria letalis est liēteria. In longis dysenteriis inediæ ex fastidio, malum, & cum febre peius. Infusum in dysenteria non retentum mortale. Vlcus crassorum intestinorum facilè curatur, tenuium verò difficulter, dysenteria in recto, & colo incurabilis est Aetio. In dysenteria periculum est in asperis auxiliis perseuerare, ne ex dolore ægrotans conuulsione, aut animi defectu intereat.

Meth. m. ægritudinis quæ adhuc fit, quod factū est curare opus est, quod futurum prohibere ne fiat: prohibēbitur verò sublata causa efficiente. Si verò per consensum efficitur, ad id quod superuacuum transmittit, omnem curam transferre oportet, & de parte affecta tantisper esse solicitum, ne quæ confluant promptè recipiat. Idq; fit duplici ratione, vna omnium fluxionum communi quæ ab astringentibus repercutiuntur. Altera ex omniū partiū temperiei mediocritate. Longissimè à ten-

tata

tāta fluxione parte, quod redundat reuellere conuenit, ſed ſola per ſudores reuulſio tuta eſt: nã quæ fit per ſanguinis miſſionem periculoſa exiſtit, iuxta illud Galeni, Fluente aluo ſanguinem nõ detrahes: nam ſi poſt detractum perſeueret fluor, vires proſternet. Adde quòd cacochymia non ſanguinis miſſione, ſed purgatione accommodata curatur. Accedit quòd dyſenteriæ cauſa ſunt ſucci mordaces, quorum malitia per ſanguinis detractionẽ augetur, vt monent Gale. & Aet. Nec tuto nec facilè per vomitum, aut per vrinas reuelles: quia humor acris, & mordax facilè vẽtriculum, vreteras, & veſicam abraderet, & exulceraret. Itaque in confeſſo eſt, quòd in dyſenteria fœliciter humor noxius per inferna purgatur, cholagogis quæ clementer purgant & aſtringunt, vlcusq́; detergunt & exſiccant, & quemadmodum vomendo vomitus ſedatur, ſic fluxui fluxus medetur, quod Hippoc. affirmat his verbis, propter ſimilia morbi gignuntur, propterq́; porrecta morbi ſaneſcunt, ſicuti ſi quis medicamẽtum lubricum porrigat, alui fluor ſedatur, cui ſententiæ ſuffragantur Aetius, & Auic. Vlcus humidũ ex ſanie ſiccantibus eget, ſordidum his quæ expurgent, vlcera quæ in craſsis ſunt inteſtinis, infuſis magis egent: quæ in tenuibus habentur, ambo requirunt, & quæ ſupernè ſumuntur, & quæ per ſedem infunduntur. Si vlcus putreſcens eſt, clyſteribus

cruſtam inducentibus vtendum.

Ad dyſenteriæ cauſam purgandam. ℞.rhabarbari vſti ʒ.j.ſyr.cytoniorum ℥.j.cum aqua plantaginis fiat potio. deturbat acres humores, partem firmat,& aſtringit. Aliud.corticum myro. citrearũ aſſatarũ ℈.iiij.ſy.myrtini ℥.j.cum aqua chalybata vel plant.f.potio. Si verò bili admiſta ſit pituita, ℞. rha.vſti ʒ.j.miuæ cito.℥.j.cum decocto myrob.citrinarum,& chebularum,ex aqua plant. fiat potio. vel ℞.micletæ ʒ.vj.rha.vſti pulucrati ℈.j.cum aqua plantag.& endiuiæ f.potio. Apparatur corrigiturq́; materia acris potu ſyr.è roſis ſiccis, myrtini, cytoniorum,de acore citri, cum duplo aquarum endiuiæ,acetoſæ,plantaginis.

Fluorem etiam aſtringunt ſyr.è ſucco mali punici,acidi,ſy.acreſtæ, cydoniorum,pyrorum,de ribes,de berberis. Confectio de ſucco cytoniorum, elec.de cytoneis,de fructibus,de ſorbis, de myrto. rob.acetoſæ de cornis,de citro,de ſumac,de pyris, tro.de berberis,de corallo,de balauſtiis, de ſpodio, cum ſemine acetoſæ. Conſerua roſarum antiqua, conſerua florum luteorum phlomi. Cryſtallus eſt frænum bilis æruginoſæ ſumptus, vt poſt Cōcil.ait Guain.℞.marga.coralli añ.℈.j.ſpodij,de canna,raſuræ eboris añ.℈.ß.cryſtalli ʒ.ß.ſmaragdi,ſapphyri,granati,añ.gra.v.folia auri vj.ſacchari roſati ſolidi ℥.ij.vel q.ſ.fiat puluis. ſumat cochlear paruũ per

horam

horam ante prandium. Aliud. Raſ. accipit lithargyri grana octo, camphoræ grana ij. fiat pul. aiunt quoq; dyſenteriæ mirum in modum prodeſſe talchum auellanæ, pondere potum. Item dyſentericos deſperatos de abrupto periculo liberat ſpondogos trita, cum vino auſtero potui data. Eſt lanugo quæ in roſa ſylueſtri ſolet naſci. Marcel. ℞. diacodij N. ℥. ß. ex aqua roſ. vel plantaginis fiat potio, conuenit delicatis. Opitulantur emplaſtra de gallis, de gallia, & diaphœnicum M.

nota vte ſpondooes. bedeguar

Vlcera ſanant clyſmi detergentes, obtundentes, adſtringētes reſiccantes. ℞. aquæ hordei lib. j. zucchari ℥. ij. ß. lutea ij. ouorum. magis abſtergit infuſum ex hydromelle. ℞. lactis chalybati lib. j. ſacchari ℥. j. vitellos ij. ouorum. ℞. olei roſati ℥. vj. ſucci plāt. depurati ℥. iij. mucc. ſem. pſylli ℥. ij. ß. ardorem, & dolorem lenit infuſum. Anodyna diaclyſmata, & obtundentia cōponuntur ex decocto pulli in aqua cœleſti elixi cum tragacanta: fit etiam ex lacte chalybato. Adeps caprillus dyſentericis, & teneſmoſis iniicitur, quòd in recto inteſtino, & colo acrimonias obtundit, ac concreſcit citius. 11. S. Hippuris valenter exſiccat, citra morſum, dyſenterias cæteroſq; alui fluxus coërcet. 6. S. ℞. butyri rec. ℥. vj. ſang. dra. ʒ. ij. fiat iniectio. confert in omni dyſent. Nicolus laudat infuſum ex rhabarbaro aſſo cum aqua plāt. Pandectarius ex albo oui cum meliloto.

℞.

℞.cineris turturis,boli arm.gummi arabici aſsi añ. ℥.j.fiat puluis,& cũ aqua plant.fiat ænema. Ad vlcus cum putredine fiant clyſmata ex vino, & aqua ex vino ſemel extillata, vel ex vino cum pauca aqua Caſtri, vel ex aqua Armenienſis cum ſucco plant. Item ſuffitus ex minio factitio cum libano. Ad vlcus purum competit infuſum ex vino cum ſucco hippuris, vel ex lacte vſtilato cum ſanguine dra.vel cum tro.de ſuccino. Item ex colophonia, Plat.Pręterea ad vlcera inteſtinorum Sardus laudat oleũ è pomis balſaminę infuſum,vel dat ſemel tantùm foliorum balſaminæ pulueratorum cochlear vnum cum aqua plantaginis potãdum. Pand.propinat decem pilulas è cera pura deuorandas. ſuffitus etiam vtiles ſunt ad ſedem facti ex terebinthina,vel ex fimo pulli aſini, aut ex reſina pini, vel ex corticibus pinearum,vel ex acri aceto.

In victus ratione, aër lucidus, ſomnus, & quies conueniunt, decumbat in dextrum, coxa dextra ſurſum retracta, ſic enim hepar chylum faciliùs attrahit.prodeſt manus in aqua calida ponere.In dyſenteriis,inquit Gale.medicina præcipua eſt victus tenuis,& quæ aſſumuntur quàm leuiſſima, & concoctu facilia. Nutriendus æger eſt halica calente, ſed iniectis mali punici acidi granis,potus illi offerendus è mali punici ſucco, vinumq; rhoites. In aceto coctum ouum ſi edatur, vẽtris fluxiones deſicc

ſiccat,lac capræ coctum cum amylo recenti ieiuno ſtomacho aliquot diebus,poſt aliquantulum panis ſicci ad comedendum exhibetur , hæc acredinem temperant , & vlcera cicatrizant. Mora ſicca pro ſunt , & emplaſtica , vt amylum,farina tritici, quia acrimoniam hebetant. Epiphoræ ventris conueniunt,potiones ferro candenti calfactæ & datæ.Salubres item cibi panatela, ſimola, hordeatum, milium,panicum,oriza, colatura furfuris, amygdalatum, lomentum fabarum , & lentium , huiuſmodi enim emplaſtica acrimoniam hebetant.Aqua carnis quæ paratur variis modis ex vitulo , lepuſculo, capo,phaſide,attagene,perdice, turture,hepar capi,& anſeris,teſticuli gallorũ,pedes veruecis, hœdi vituli, ex quorum iuſculo gelu laudatum. Oua nec ſorbilia , nec dura vtilia ſunt. De piſcibus lucius, perca, trota.De holeribus portulaca,cichorea , lactuca,crambe bis cocta.De fructibus punica meza vel acida,aurantia,limones,ſuccus citri,pyra,cytonia,meſpila,ſorba,caſtanea.Sed potum ſi aluus humida fuerit, minorem dare oportet, & illi viam ad veſicam parare:ergo alba vina præſtant rubeis, nigris craſsis. Conueniunt potiones ferro candenti vel auro calfactæ. Lac ſine ſero datur quibus venter acrium excrementorum demorſu infeſtatur. Serum autem conſumitur,aut elixatione, aut iniectis lapillis ignitis,aut ferreis orbiculis.Aliud eſt lac
ſchi

ſchiſtum,in quo ſegregatur ſerum à caſeo. 10.S.

Amuleta. ſmaragdus appenſus vel in ore retentus dyſenteriam ſanat, teſte Auenzoar, qui etiam propinare iubet ſmaragdi puluerati grana ſex cum aqua, ante cibum octo vel decem horis, qua de re agit Mundela in ſuis epiſtolis.

De teneſmo. CAP. XVIII.



Ηνεσμὸς, id eſt, tentia ſeu tenſio, dyſenteriæ ſpecies eſt, atque ita nomenclaturam habet, propterea quod inteſtina tēduntur, vnde crebra voluntas deſidendi, ſed irrita citatur. Morbus enim eſt recti inteſtini: hoc enim inflammatione laborans continuæ intentiones, & frequēs deſidendi cupiditas exercēt. Eſt igitur egerendi voluntas citra affectum.

Cauſa eadem eſt,atq; ea,quæ eſt dyſenteriæ,ſcilicet recti inteſtini vlcus, vel eius inflammatio, aut humores mordaces,vel calculus.

Digno. ſymptomata dyſenteriæ ſimilia habet, tenſionis verò vehementia dyſenteriam longe ſuperat.

Præſag.facilè tollitur, neque vnquam per ſe iugulat, vt ait Celſus. ſi prægnanti contingat abortire facit.

Metho.m.eius ſanatio eſt cauſarum ſublatio, videlicet inflammationis,aut vlceris.

Remedia fiunt per enchatiſmata ex decocto chamæli, foliorum maluę, & radicum altheæ, ſeminis lini, meliloti, roſarum, foliorum lauri, & roriſmarini, per ſuffitus ſupra ſcriptos, huc refer vnguẽtum, & tro. Valeſci, glandes ex adipe hirci, & alia innumera.

De lumbricis, & verminatione. CAP. XIX.

Ἑλμινθες, id eſt, lumbrici ſunt morbus in numero, quorum differentiæ ducuntur à figura, loco, & materia. Tres autẽ ſunt, videlicet teretes, aſcarides, lati. ςρογγύλαι, id eſt, teretes ſunt ſimiles ouiſculis in fœtunticetis naſcentibus, quos vocat Gal. γῆς ἔντερα, id eſt, terræ inteſtina, ſunt rotundi palmi longitudine, vel etiam maiore. Ἀσκαρίδες dicuntur ab ἀσκέω, id eſt, exerceo, vel ab ἀσκαρίζω, moueo, ſunt tenues & breues. πλατεῖαι, id eſt, inſtitæ καὶ ταινίαι, lati vocantur, quòd inſtar faſciarum ſint lati, & longi, vt in totum extẽdantur inteſtinum. Latum, inquit Ariſtoteles, illud ſolùm inteſtino adhærens parit ſimile cucumeris ſemini. Cucurbitinos ſe vidiſſe teſtatur Beniuenius inter ſeſe adeò cohærentes, vt vnus vermis videretur quatuor cubitorum longitudinem excedens, Alex. quoque B. inuicem compactos ſe vidiſſe narrat longitudine quindecim pedũ complectentes, atque ita in vnum, inquit, mentiuntur

animal. Sunt præterea vermes figura à præfatis adeò differentes, vt ille, quem à potione hieræ picrę deiecit Canonicus Antonianus qui colico dolore torquebatur. Erat viridis figura lacerti, sed craſsior, hirſutusq́;, & pedibus quatuor innixus, breui tempore à propulſa fera obit Canonicus, contra illa menſes aliquot vixit in vitrea phyala aquæ plena. Teretes in ſuperioribus inteſtinis magis generãtur, & ad ſtomachum vſque proſerpunt. Aſcarides in parte inferiore recti inteſtini. Lati in totum exporriguntur inteſtinum. Non generãtur in ipſius digeſtionis loco, vt ſentit Ariſtoteles. Attamen naſcuntur vermes in prora cerebri, vt ſcribit De ſolo, ſuper Viatico. Vermis de naribus proiectus, apud Beneuenium, vermes in auribus apud Oribaſium, in dentibus apud Auic. ſub lingua, & in vlceribus, Valeſcus. In hepate Alb. in pulmone & thorace Aſarauius, & Zoar. in vtero apud Hipp. & Torna. in renibus, & veſica: nam ipſe vidi cucurbitinos mictos, & viuos in lotio. In venis L. de iuuamentis anhelitus. Naſcuntur in ſanguine hominis animalia exeſura corpus, vt refert Plinius; in partibus muſculoſis, vt dracunculi, Aeg. in epidermide, vt acari ſub cute, vt in phthiriaſi. Inde hominis miſeria pateſcit, cuius nulla pars præter vitalia ab his tediis immunis eſt.

Cauſa. Animalia alia per coitum fœminæ, & maris gig

ris gignuntur alia non ex coitu, ſed putri materia prodeunt, hæc generãt quidẽ, ſed genus diuerſum: quodq́; prodit nec mas, nec fœmina eſt. Origo omnium generum eſt ex cruda, craſſa, pituitoſaq́; materia, & putredini accommoda. Non autem ex calida, acri, aut melancholica ſubſtantia: nam calidus, & acris humor amarus eſt, ex quo nihil generatur, neque nutritur, melancholicus verò quia frigidus, & ſiccus non eſt vitæ proportionatus, vt retur Auic. fiunt igitur omnes ex pituita ſyncera vel mixta. Teretes naſcuntur ex pituita minus frigida, & minus humida. Lati ex minus calida, & ſatis humida. Cucurbitini ex muſcilaginoſa. Aſcarides ex eadẽ ſed acetoſa, vt putat Tornamira, ſed Oribaſius vermes omnes ex omnibus naſci humoribus exiſtimat, videlicet aſcarides ex nigro, ex bilioſo teretes, latos ex pituitoſo fieri ſucco affirmat. Mihi autẽ veriſimile non fit, quòd aiunt Paulus, & Aet. internam inteſtinorum membranam permutari in animal mobile, ſeu in latos: nã ſi vermes ex putredine ortum habent, eorũ generationem præcederent vlcera inteſtinorum putrida, & conſequenter dyſenteria. Adde quòd interna inteſtinorũ tunica carnoſior eſt, ſicut externa mẽbranoſior: atqui in dyſenterico ſi carunculæ exeunt, lethale. Commune omnium vermium eſt, & eorum quę ex vermibus proueniunt animalium, vt primordium ge-

nerationis,aut à ſole, aut à ſpiritu præſtetur. Vnde efficiens duplex vniuerſalis, & particularis, prior eſt calor ſolis,ſtellarũq; vis, hæc ſola ſufficit ex materia producere vegetabilia, & animalia imperfecta,quæ ſcilicet ſunt ſimilarium partiũ, vt vermes, vel nõ adeò diſſimilarium,vt mures,& talpæ,quoniam humor in terra,ſpiritus in humore, calor naturalis in vniuerſo ineſt,ita vt quodammodo plena ſint animæ omnia, vt autumat Ariſto.ſed Auic.ſecus opinatur, nempe quòd ſola vis ſtellarum commiſta viribus elementorum, animalia etiam perfecta formare, & perficere queat. Nec in generatione, inquit, opus eſt fœmina, niſi propter locum. Efficiens poſterior eſt ſpiritus,id eſt, calor naturalis, cuius natura proportione reſpondet elemento ſtellarum. Itaque vermes fieri à naturali calore indicat Ariſto. 4. meteo.

Digno. ſi mane ieiunis pueris frigida ſuper ſtomacho ſpergatur, vermes in ventre exiſtentes in vnum congregabuntur locum, vt narrat Alex.B. Reliqua ſumuntur ab actione læſa,& à caſibus,veluti aſcarides ex pruritu,& dolore ſphinteris ani ve fibulæ.Lati ex bulimo, & excretis:nam latas tineas habens cum ſtercore ſimilia cucumeris ſemini demittit.

Præſag.tineæ intra hominem tricenum pedum longitudo, ſi Plinio credimus, Tinea duodecim

cubi

cubitorum, quæ ſint cauſa bulimi, apud Trall. Autumno maximè ferinum. Tineæ poſt meridiem, cæteriq; morbi magis vexant, hoc eſt, illa diei parte, quæ maximè reſpondet autumno. Lumbricos cum excrementis ſub fine morbi deſcendiſſe nihil nocet. Si natura expellit deorſum, melius eſt quàm ſi ſurſum. Et quotiens aliter, expellit ratione accidentis, ſunt inimica creanti, vt canit Serenus, Pherecydes vt ſcribit Plin. copia ſerpentem ex corpore eius erumpente expirauit. Deteriores ſunt maiores minoribus, multi paucis, rubri albis, & viuētes mortuis, ſed latæ omnium deteriores, vt ait Cel. Vermium excretorum in febribus præſagationes require apud Aet. Paul. Raſin, & Torna.

Metho. m. Sunt tota ſubſtantia præter naturam, quare eos expelli è corpore conuenit. Expelles ſi prius necaueris, necantur autem amaris. Teretes abſinthium perimere poteſt: latæ vehemētiora deſiderant: pari modo quæ aſcaris dicitur. Organum per quod amara per os iniiciuntur inuitis pueris depingit Aegineta lib. 4.

Remedia nos pluria ſcripſimus in noſtra de puerorum malis pragmatia. De catharticis optima ſunt aloës, agaricum, hiera picra, rha. diaturpentū cum rhab. quod cunctis aliis præſidiis præponit vir doctus, Hierony. Gabucinus in ſuo de lumb. commētario. Vermes extrahit ptiſana facta ex ſemine fœ-

ſerpentum

nugræci,& ſiligine pota ad ℥.iiij.Vel calchanti ʒ.j. piſta cum melle,vel hydromelle ſumpta. Aliud. ℞. comæ eupatorij M.ſeu agerati m.j.per noctem in vino albo maceretur, & dilutum potandum exhibetur.Sebeſten expellit vermes:quia adhęrent dulcedini,vt ait Serap.ſuffitus ex penna vpupæ expellit vermes,teſte Raſio.Mirum quod tradit Agricola, radicem bugloſſæ animali appenſam vermes in vlcere interficere, vel abigere, ſponte enim decidunt. Vermes educit vng.arthanitæ magnum vmbilico illitum,vnguẽtum ex giarga Braſauolæ optimum. Aduerſus omne vermium genus. ℞.mẽthæ, abſinthij,centaurei minoris, cornu cerui,vſti,lupinorum, myrrhæ,añ.ʒ.ij.hermodactyl. colocynthidis,aloës,añ.ʒ.j.ſe.centonici ℥.xij.fiat puluis,doſis ʒ.ß.pueris minora remedia danda ſunt. Medicamen forte ad vermes eſt oleum è lignis colurnis deſtillatum,cuius doſis guttæ duæ ſumuntur cum mica panis ieiuno ſtomacho.

In victus ratione abſtinere oportet à cibariis quæ pituitam generant, vt lac,caſeus,ceraſa,poma,pyra,dulcia omnia,rapę,napi,& vinum nouellum,piſces ſine ſquamis. Item gallinarum comeſtio lumbricos generat,vt aſſerit Raſes 4. aphor. triticum crudum, coctum, & crudum, nouum ſeu recens, vermes creare aiunt.Dio.Auic.Iſac.

De

De hæmorrhoidibus. CAP. XX.

HÆmorrhois à ſanguinis defluxu nomen ſortitur, vnde cæca mariſca hæmorrhois non eſt, hæmorrhoidam os venæ ſedis appellat Gal. Celſo mariſcæ ſunt ora venarum tanquam, & capitulis quibuſdam ſurgentia, quæ ſæpe ſanguinem fundunt. Differentiæ à pluribus ducuntur, primùm à ſymptomate, vt quæ nimis ſunt, occæcatæ, citra dolorem, & quæ dolent. A more, mites & malignę. A figura, magnę, paruæ, anguſtæ, vel latæ baſis, moro ſimiles, apud Pollucē. inſuper quædam ſunt acino vuæ, nonnullæ verrucæ compares, apud Auic. A loco in ano, & in fœminarum ſinu, aut in veſica.

Cauſa. humor atrabilarius, bilis vel pituita ſalſa ſedis venas petens. Ex acritudine eorum quæ excernuntur, paulatim aperitur os venæ, quam vocant hæmorrhoidam. Aſſiduus gallinarum eſus, hæmorrhoidas inducit, ſi Raſi credimus.

Digno. ſumuntur ex deiectionibus, item ex ſedis dolore, ex vniuerſi corporis colore, qui eſt luteus color declinans ad viridum. Anus, & veſica inter ſe cohærent, mutuoq; afficiuntur, vt ſcribit Atetæus.

Præſag. eſt affectus hæreditarius, eſt paſſio ætatis declinantis. Vacuare ſuperflua ſunt conſueta, maximè hepatis, vniuerſum corpus vacuāt, & humo-

rem ſanguini mixtum, ſine vlla corporis pernicie. Proinde quod certis periodis contingit per hæmorrhoidas profluuium, non præter naturam dici debet, ſi in tempore expellatur, vt vult Gale. lib. de diff. ſy. Attamen 3. de ca. ſy. dicit, quòd omnis ſanguinis expulſio, excepta ea quæ mulieribus ab vtero defluit, eſt toto genere præter naturã, hæmorrhoides, abſceſſus, & fiſtulæ aliorum morborũ medella. Qui ficoſi ſunt laterum, & pulmonis morbo, phadagenis, cancro, varis, puſtulisq; cęteris obnoxij non ſunt, nec forſan cuti aſperitati lepræ ve. Natura ſanguinẽ ſemper expurgare conatur. Atræ bilis ſanatio, vt ſimile per hæmorrhoidas fluat. Inſaniæ ſolutio per eas fit, aut per varices. Atra bile vexatis, & renũ paſſionibus vtiles. Mulieri mariſcas habenti deteriores accidunt purgationes: natura enim ita fert, ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſoleat, vt ait Ariſto. vbi enim ad alteram partium ſanguis defertur, altera ſicceſcit. A diuturnis ſanato periculum eſt hydropem, aut tabem aduenire, ſi congrua viuendi ratio negligitur. Sed miſeram vitam hæmorrhoides inducunt, nam interiores ægerrimè curantur. Cæcæ grauiore quàm aliæ dolore cruciant. Immodicè fluentes acquieſcere paulatim corporis habitum faciunt.

*queſcere

Meth. m. Aegrotantes magna ex parte afficiuntur exceſſu eorum quæ retinentur, aut eorum quæ

expe

expelluntur, exceſſu, vehementiq́; dolore. Quocirca idonea curatio eſt, quod pręter naturam retinetur, vacuare, quod præter naturã expellitur, reſtringere. Quod ſi dolor coniunctus præualuerit, huic primò curam conuenit adhibere: quia inde maximum imminet periculum. Itaque ante topicorum vſum, plethora vel cacochymia affecti corporis eſt ſananda: nam, vt inquit Gal. quibus ex retentis hęmorrhoidibus coaceruatus ſanguis fuerit, his audacter ſanguinem mittes.

Auxilia. dolorem ſoluunt verè anodyna, quæ ſunt temperata, & primi ordinis excal. vt anethũ, melilotus, chamæmelum, ſemen lini, mixta cum emolliẽtibus, vt ſunt medullæ, & adipes, poſtremò narcotica, ſiquidem quod dolorẽ mitigat vel dyſcraſiam mutat, vel materiam diſſoluit, & emollit, aut ſenſum ſtupidum reddit. Dolorẽ mulcet aqua gei vel cynogloſſæ pota, vel illita. Oleum momordicæ illitum, oleum nucis indicæ inunctum. ℞. olei de luteis ouorũ, roſaceis, & adipis, anatis, & gallinæ añ. ℥. j. ceræ ℥. j. ß. croci ʒ. j. ß. fiat linimentũ. Aliud. ſucci calendulæ ℥. ij. ſucci morelæ, ſeu ſolatri ℥. j. adipis gallinæ, & anatis rec. añ. ℥. ß. cum modica cera pura f. linimentum. Valet etiam vnguentum populeon cum momento opij, & oui luteo. Aliud. roſacei ℥. ij. croci ℈. j. lutea ij. ouorum, opij, mãdragoræ añ. ℈. j. fiat illitio. ℞. foliorũ maluarũ, violariæ,

florum luteorũ,phlomi, chamæmeli,meliloti,anethi, añ.m.j.ſe.lini ℥.iij.ſem.fœnugræci ℥.ij.furfuris m.iij.poma dulcia conciſa iiij.caput veruecis conciſum. bulliant omnia ſimul vſque ad coctură carnis,ex decocto fiat ſuffitus ad ſedem. ℞.carnis pomorum dulcium,ſub prunis decoctorum ℥.iiij.butyri rec.℥.iij.adipis anatis,& gallinæ rec.olei violati,& amyg.dul.añ.℥.ß.lactis mulieris ſanæ ℥.ij.ducantur in mortario plumbi,poſtea cum farina hordei,& fabarum fiat empl.ad ignẽ cum luteis duorũ ouorum recentium. Aliud. butyri rec.ʒ. x.olei de luteis ouorum ℥.ß.adipis anatis rec.ʒ.iij.ſucci plãtag.& florum phlomi añ.℥.j. ducantur in mortario plumbi,& imponãtur. Aliud.oleum ex ſemine lini, buty.rec.añ.℥.j.ducantur in mortario plumbi, & iniice in anum,vel ſedem illine. Ad dolorem cum calore. ℞.ceruſæ ʒ.x. plumbi vſti ʒ.ij. camphoræ, tragacantę,opij añ.℈.j.cerę albæ ʒ.ij.cum roſaceo, & albo oui fiat vng. Aliud. ad dolorẽ cum duritie, adipis anatis gallinæ rec.añ.℥.j.roſacei ℥.ij.vitellũ oui,opij ℈.j.croci ℈.ß.Ad idem imponitur empl. diachylon cum roſaceo, vel oleo chamæmeli croco , & opio emollitum. Galanga pota confert hæmorrhoidibus à proprietate. Ad idẽ vtilis eſt hermodactylorum ʒ.ß.pota , vel puluis eius cum butyro veteri mixtus,cũ bombace impoſitus. Tertio die æger ſanus euadet, vt aſſerit Moſes.

Ad cæcas hæmorrhoides. Quæcunque menſes prouocant excæcatis expediunt. Reſarantur lanceola, hyrudinibus, frictione foliorum ficus, ſucco cyclaminis in floccis appoſito, catapotiis ex aloë non lota deuoratis. Tumentes, & cæcas ſanat apiũ in vino coctum, & adapplicatum. Ad fluxum ſanguinis immodicum, valet elec. fenoris, elec. limaturæ chalybis, elect. myrobolanorum. Micleta, pilulæ de bdellio, quæ accipiunt bdellij ℥.vj. ameos ℥.j.ß. myrobal. indarum, chebularũ, beller. emblicarum, auellanarum vſtarum, carabæ añ. ℥.j.ß. diſſoluitur bdelliũ cum ſucco porri, fiat maſſa, ex qua formentur pilulæ. ſanant hæmorrhoidum, & mẽſium profluuia deuoratæ, & inteſtinorum vlcera. Ad idem opitulatur ſuccus millefolij potus, cinis quoq; putaminum ouorum ex vino albo bibitus, millefoliũ piſtum ano appoſitum, antimonium cum ſucco phlomi illitum. Enchatiſma vtile ex decocto rerũ aſtringentium, videlicet plant. florum phlomi, roſarum, malicorei, balauſtię, gallarũ, ſumac, ſe. myrti, calycum, glandium, adiuncto vino aſtringente, aut ſtyptico. Reuulſoria citra ſanguinis euacuationem fiunt per frictiones, & ſicyas præcordiis affixas. Ad anaſtomoſim aſtringentibus topicis vtendum. Ad eruptionem aſtringentibus, & glutinantibus. Ad diabroſim his quæ carnem gignunt, mixtis cum digerentibus. Si ex eroſione putreſcentis alicuius

loci, crustificis vel ignitis ferramentis vti necessarium. ℞.thuris ℥.j.aloës ʒ.ß.cum oui albo, & pilis leporis excipitur. Gypsum oui aquato dilutũ cum gausipo imponitur.℞.amyli,farinæ volatilis añ.℥.j. boli arm.sang.dra.aloës, sarcocollæ,thuris añ.ʒ.ß. cum oui albo applicatur. ℞.cineris nucleorũ palmarum,ostreorum, atramenti sutorij añ.ʒ.j.ß.spodij,succini,sang.drac.gummi arabici vsti añ.ʒ.j.ß. cum aceto rosato adhibetur. Ad earũ nimietatem adipe cygni locus tangatur, & cinis spongiæ bibatur,ex præscripto Marcelli.Sanguinem vndecunq; fluentem sistit mirabili experimento scobs dentis equi fluuialis pota,vt aiunt : verũ ego quum id experiri volui, falsum comperi. At ranarum vstarum cinis sanguinis eruptioni medetur inspersus.

Amuleta. topazius in anulo gestatus, Varign. Sessio super leonis pelle,sanguinẽ à mariscis fluentem sistit.Rasis.nos verum esse,sumus experti.Corallus,& iaspis appensi. Cinis ranæ maioris in sacculo de collo suspensus.Gordo.

Mariscarum orificia incisa consolidantur remediis sequentibus. ℞.tragacanthæ, gummi arabici, mastichæ,thuris, boliarm.acaciæ,hypocyst.lithargyri,coriandri assati añ.ʒ.j.mumiæ ʒ.ij.fiat puluis, inspergatur, vel cum oui aquato applicetur.Cinis corticis salicis inspersus persanat omnem vlcerationem.Bert.

Hæc

Hæmorrhoidas delet decoctum radicis anonidis potũ. Puluis bistortę frequenter potus eas stringit, & desiccat. fricare eas ex agrimonia idem pollet, teste Lanfranco. In hoc etiam laudat comedere per nouem dies buccellam quæ sic paratur. ℞. pulueris radicum phlomi siccatarum in furno, farinæ tritici an̄. ʒ.ij. cum oui vitello misce, & frictelata sumatur. Ad idem conferre puto conseruã florum phlomi. Eas etiam abigit certo remedio, galbani puri ʒ.ij. sumat ex aqua per tres dies. Auicẽ. Testudinis testa suffita bene facit. Gal. Vng. exsiccans. ℞. mellis ℥.iij. aceti ℥.ij. vitreoli vsti ʒ.j. tutiæ præparatæ, lithargyri, plumbi vsti an̄. ʒ.j.ß. mel, & acetũ simul bulliant, quibus reliqua misce in mortario plumbi, & adline.

Phlomos. verbascum

Ad alia ani vitia. CAP. XXI.

DIfficilem curationem accipiunt: quia multo sensu sedes est prædita, vnde facilè per acriora, & austera irritatur. Item retrimentorum transitus per se mordax est. Accedit quòd nullũ habemus certum tempus ad imponenda remedia, sed plerunque tempore non conuenienti ægrotantes ad excernendũ concitantur. Quin, & humiditas, & caliditas ipsius loci frigefacientibus, & siccantibus citra acrimoniã opus habẽt. Aptissima igitur pharmaca erunt, quæ

absque

abſque aſpredine conſtringunt, qualia ſunt, quæ ex metallis neque acria, neque acerba exiſtunt, hæc enim lota citra mordacitatem operantur.

Ad ſedis vlcera. ℞.lithargyri, & ceruſæ añ.ʒ.v. thuris ʒ.j.aluminis ſciſſi ℈.j.croci obol.ij.vini, & roſacei q.ſ.fiat linimentum. Optimum eſt collyriũ ex præcipitato cum aqua hordei, vel cum decocto plantaginis, cynogloſſę, gei, vel ex eorum aquis ſtillaticiis infuſum. huc refer balſaminam ſardi, & ſuffitus noſtros, qui vlcera munda, & deterſa ducunt ad cicatricem. his remediis ex ani fiſtula diuturna cum Dei auxilio quẽdam principẽ curauimus, qui perſanatus mihi offerre iuſſit, velutum pro veſte tallari, & tria librarum turonenſium millia, decem tamen promiſerat, etiam ſi nihil dediſſet, contendere aliquid ab eo noluiſſem, iuxta præceptũ Hippocratis, & Sorani. Merces medico ſi quidem detur accipiatur, ſed non exigatur: quia quantum quiſque dederit, nulla mercede poterit exæquare medicinæ beneficia.

Ad condylomata. CAP. XXII.

SVnt rugoſæ eminentiæ ſiue excreſcentiæ in calum induratæ, ſunt etiã qui cæcas varices condylomata vocant. A purgatione vitioſorum humorum topica adhibẽda ſunt. vt ℞.meliloti, anethi, foliorum malvarum,

uarum, violariæ, foliorum plātaginis, & cynoglossæ, añ. m. ss. vini albi subdulcis ℥. iij. aquæ cœlestis q. s. fiat fomentum ad sedē. ℞. chalcitidis vstæ ℥. j. cum terebinthina liquida excipe, & impone. ℞. cineris putaminum ouorum ℥. j. insperge. ℞. lithargyri, argenti loti ℥. ij. thuris ℥. ss. terantur in mortario plumbi, cum rosaceo, & oleo myrtino. Aliud. sief albi sine opio ℥. j. asteris ʒ. j. succi hyosciami ℥. j. sapæ, & rosacei añ. ℥. ij. cum luteo oui fiat vng. Ad rimas in ano, & pudendis. ℞. resinæ pinus siccæ ℥. ij. cum oleo ros. fiat vng. Aliud. cadmiæ, cerusæ, thuris añ. ℥. j. fiat puluis. inspergito. Aliud. olei de semine lini, & de vitellis ouorum añ. ℥. ij. elaborentur in mortario plumbi, & iniiciantur.

Ad thymum qui est aspera quædam eminentia thymi cacumini similis. purganda est materia salsa, aut adusta, dein suffumigia ad mariscas præscriptas erunt salubria. Carnosas istas excrescētias seu thymos compescit, nec sinit rursus augescere, cinis palmitum cum aceto illitus. Item salicis combusti cinis.

Myrmecia, & verruca pensilis per valenter exulcerantia eliduntur, his autem quæ exedunt emoriuntur, proficit elaterium cum sale impositum, ocymi folia cum atramento sutorio.

Ad internos ani tumores, aqua maceratū amarantum mane vesperiq; propina, vt iubet Galen.

Ad

Ad internas, & externas eminentias dare de serpentis senecta instar numismatis in caricis comedendum præscribit Myrepsius. ficos consumit illitio cum puluere gallarum, & oleo communi facta. Verrucas tollit aqua emanãs à castratiõe vitis illita. Rhagadia, & exochadia stirpitus tollit oleũ bombicinum verũ, si assiduè inde tangantur, herba polypodij trita ptisanæ mista, & pota ieiuno soluit ventrem, & anum mollit tumentem, vt ait Marcel.

De virilitate læsa, seu de partium quæ generationi dicatæ sunt, langore. CAP. XXIII.

Libido ex seminis ardore cõcitatur, dum semen corpus vniuersum perturbans, ac veluti turgens excerni desiderat. Semen autem generant vasa spermatica, idq́; testes perficiunt. Cuius vis licet de toto corpore decidatur, eius tamen materia non de toto corpore emittitur, sed duntaxat de tribus principibus, videlicet cerebro, hepate, corde. In quibus illæ tres animæ partes λογιςικὸν, ἐπιθυμητικὸν, ἐπιθυμητικὸν sedẽ habere affirmat Plato. in Timęo. Igitur virilitatis impotentia tum incidit quum coles partesq́; obscœnæ priuantur materia idonea, & facultate quæ à principiis emanant, vnde vel resoluuntur, vel seminis inopia laborant. Ex frigida quoque testiculorum dyscrasia, venus offenditur. Contra crasis

cor

eorum calida, & ſicca, calidaq́; , & humida petulca eſt, & ad libidinem prona.

Digno. vbi nulla adeſt corporis offenſa, aut partium generationi dicatarum vitiũ, conſentaneum eſt virilitatẽ eſſe ademptam carminibus, aut veneficiorum iniuria.

Metho. m. roborandum cor eſt, hepar & cerebrum, obſcœnæq́; partes. Illitio volæ manuũ, plantarum pedum, atq; ſuminis ex oleo ſubterius præſcripto, venerem in ſenibus languentem reparat. ℞. olei ſeſamini, ℥. iij. pyrethri, euphorbij, an̄. ʒ. j. moſchi ʒ. ß. coquantur ſimul lento igne, & alline.

Inſuper venerem excitant, vſus croci in cibariis, porrorum elixatorum eſus. Semen erucæ ad ʒ. ß. cum vino dulci potum ante cibũ. ℞. pulueris virgæ tauri ſiccatæ ℈. j. bibat cum vino dulci polyſoro. Comeſtio granorum azelini ante cibum, & poſt. Diaſatyrium, cinamomum ante cibum ſumptum, ſemen paſtinacæ ex vino potum. Radices eryngij eſitatæ, zinziber conditum, puluis caudarum ſyncorum ex vino dulci potus. Eſus paſſerum de herba qua qui vſi fuerint, ſeptuageſies coire valerent meminit Theophraſtus 9. de hiſtoria plant. puluis ſeminis lini cum ſaccharo in cibis ſumptus auget ſperma, & penis erectionem facit. fel apri virgæ illitum erectionem magnam facit. ſperma hirci illitum idem præſtat. Moſchus peni illitus. Aliud. ℞.

olei

olei ſiſamini de lilio añ.℥.ij.formicarum quæ alas habent ʒ.iij.bulliant ſimul, mox coletur, adde euphorbij ℈.j.ſeminis rutæ,piperis añ.ʒ.j.ſem.ſinapis ʒ.ß.iterum bulliant,ex colatura illinantur virga,teſtes, & inguina. ℞.olei pinearum, & de ben, olei macianorum dulcium añ.℥.j.fellis paſſerum ℥.ß. moſchi rubei ʒ.ß.miſce, coli, & teſtibus illitũ calfacit,& temperat ſpiritus. fimum vulpis peni illitũ venerem auget. Notandum quod ſi in viro ſola barba caneſcit, partium genitalium imbecillitatem arguit.

Amuleta. teſticulus vulpis cum ſcorto adalligatus,coitum, & erectionem excitat. Raſ. Venerem excitant ſpongiæ ſuppoſitæ. Athenæus. fel vrſi ſuper femur dextrum ligatum, fel etiam de albozao vel taxone ligatum ſuper femur ſiniſtrum, continuam virgæ erectionem efficit. Raſius.

De ſatyriaſmo, & priapiſmo. CAP. XXIIII.

SAtyrias dicitur de elephanto, ſeu elephantiaſi, apud Ariſtotelem,& Galenũ. Satyriaſis etiam de pudendi præter naturam erectione. Aetius hunc affectum confundere videtur cum priapiſmo. Sanè vterque affectus ſunt pudendi præter naturam erectiones, ſed differre videtur, cauſarum ratione. Eſt autem ſatyriaſis continua virgæ erectio,cum appetitu, & deſiderio

desiderio ad coitum. Priapismus verò est continua colis erectio, sine appetitu ad coitum.

Causa satyrias est pulsus testium, & veluti singultus quidam inguinis seu colis, cum intentione, & tentigine, sequens inflammationem seminalis receptaculi, vt definit Aegineta, sed priapismus ex inflãmationum est genere, morbus, scilicet, in magnitudine, quum masculinum pudendum intumescit, & inflatur inuito, citra rei venereæ appetentiã, ab halituoso spiritu inflante cauernosum neruum, qui propriam colis substantiam constituit, vel ob dilatata venarum in pudendo ora. est igitur causa penis inflammatio, vel inflatio, hæc autem efficitur ab halituoso spiritu, qui ab imbecillo calore ingenito, ex succis semicoctis, crassis, glutinosis nascitur, aut à calore auctiore, & ex humore, qui in membro continetur subfrigido, crasso, glutinoso.

Præsag. incidit iuuenibus magis quàm senibus. Quidam sanantur tribus diebus. Quidam ex præcipiti pereunt, ob conuulsionem pudendi.

Meth. m. Crassi spiritus extenuatio, & densi corporis in quo includitur arefactio, curatio existit. Totum corpus vacuare oportet, modò id capax vacuationis sit, præcipuè per sanguinis missionem, & purgationem vomitoriam, aut deiectoriam, frictionem, & dimotionem superiorum partium, & non infernarum, balneum aquarum digerentium.

Inedia quoque ex accidenti euacuat, potiſsimum vbi ambiens calet. Ab his lumbis, & pudēdo ſi calidiora ſint effecta, imponendum quod ad proportionē caloris refrigeret, ſin aliter inter initia quidē omnino quod modicè refrigeret, poſtea verò id neceſſarium non eſt. Commune eſt enim præceptum omnium ferme quos vitioſus ſuccus creat morborum, quòd in fine calfacientibus, & ſiccantibus ſit vtēdum: nam quod reliquum humoris eſt, prorſus abſumunt, ſed victus exhibēdus qui & flatui aduerſetur, & ſiccet.

De gonorrhœa. CAP. XXV.

Γονοῤῥοία eſt ſeminis profluuium. Inuita ſeminis effluxio. Vel aſſidua ſeminis excretio, cole non extenſo. Intento tamen pene accidit. Inſtrumentorum ſeminis affectio eſt, non pudendorum, quæ ſeminis genitalis via ſunt, qua excernantur. Vnde fallitur Gariopuntus qui gonorrhœam veſicæ, & vteri paſſionē retur: hic loci ſemen pro genitura inauditur: aliàs tamē differunt, eſt enim genitura maris ſemen. Semen autē mixtio genituræ ac ſanguinis menſtrui, ſecundum Ariſtotelem. Legitur interdum fructus pro ſemine frequenter, apud Dio. & in ſacris, οἱ υἱοὶ ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός, id eſt, filij merces ſeminis vētris. Et alibi, Inimicitias ponā inter te, & mulie

lierem,& ſemen tuum, & ſemen illius, hoc eſt fructum illius,quod Stechus non animaduertit,in docta ſua coſmopœia.

Inſuper gonorrhœa proportione reſpondet menſtruorum profluuio:nanq; menſtruorum purgatio fœminis perinde eſt,vt coitus maribus,vt innuit Ariſtoteles.Item menſtrua,inquit,ſemen ſunt, quanquam non purum. Itaq; ſimul pueris,& puellis ſeminis,& menſium via paratur, & fit, vt ſentit cum Hippocrate Ariſtoteles.Accedit his, quòd ſicut in puellis menſtruorum, ita in pueris veneris initium, tollit comitialem, vt affirmat Celſus, & Plinius. Ariſtoteles quoque per virorum menſtrua intelligere videtur genituræ profluuium,quum ait, Menſes patiuntur viri ſuo modo vt mulieres.

Cauſa gonorrhœæ, eſt imbecillitas retentricis potentiæ in ſeminariis vaſis, vel eorum tenſio ex conuulſione:nam in illis qui præter naturam ſe habent recrementorum retentio, propter excretiuæ imbecillitatem, excretio verò ob retentricis infirmitatem euenit, vel propter diſpoſitionem cõuulſoriam. Imbecillitatis autem occaſio eſt nimietas, qua cõtentrix grauatur,ac deprimitur, vel ſeminis acrimonia, aut tenuitas, vt vult Trall.Rurſus conuulſionis cauſa eſt plenitudo, aut inanitio. Conuulſio enim à ſuccis mordacibus facta,ex inanitione fieri dicitur. Apud Gal.profluuium quoque ge-

nitaleĩflammatione ſanguinea ſolet contingere, vaſorum ſcilicet ſpermaticorum, vt autumat Ariſto.

Digno. In ſeminis profluuio ſi ſpeculum inuiſimus, illud inficimus, vt idem ait. Si pudendo non intẽto euenerit, retentricis in ſeminariis vaſis imbecillitatẽ profluuium ſequitur, ſi verò rigido pudendo acciderit, conuulſioni quodammodo ſimilis erit affectus.

Præſag. gonorrhœa contingit maximè pubertatem tranſgreſſis, non ſolùm in viris, ſed etiam in mulieribus, in quibus ſanè ęgrè tollitur. Hinc liquet menſes mulieris gonorrhœam haud eſſe, vt innuere videtur Ariſto. Nimia ſeminis profuſio, tabe hominem conſumit, vt ait Celſus. Quidam pollutione mortuus. 6. epi. Qui patitur fluxum ſeminis immundus eſt.

Remedia. menthæ ſiccæ ʒ.iij. ſem. viticis, rad. iridis añ. ʒ.j. ſem. rutæ ʒ.j. ſem. lactucæ. ʒ. ij. ß. ſacchari ℥.j. fiat puluis, ſumat cochlear parum duabus horis ante cibum. Conſule Monta. & Al. B.

Amuleta. annulus cum topazio geſtatus. Annulus item ferreus, ex gladio vel enſe, quo aliquis fuerit occiſus.

De onirogmo. CAP. XXVI.



Νειρόγονος & ὀνειρωγμὸς eſt ſemini exitus per ſomnia, qui ſemel contingens, non habet

betur loco morbi, vt ait Aurel.

Cauſa partium ſeminalium robur, aut materiæ copia, aut vitium, vt pote irritans acrimonia, vt ait Philargius apud Aet.

Præſag. pollutio nocturna per quietem accidit maribus, & fœminis. Nicippus in febre ſomnia veneris patiebatur, nec in peius declinabat, crebroq; hæc paſſus eſt, nihilq; læſit. 4. epi.

Ad reprimendam venerem. Coire cum vetulis infirmat colem, vt aſſerit Monta. Coriandrum, aut pulegium ſi frequenter edatur, penem flaccidum reddit. Coitus lactucæ eſu langueſcit. Libidinē retinent tro. ex agno caſto Clemētini deuorati, & ſuffiti. Semen viticis comeſtū arcet veneris ſtimulos, apud Gal. & Dio. Matronæ Athenienſium caſtitatem cuſtodiētes, viticis foliis cubitus ſibi ſternunt. Mulieris libidinem reprimit puluis virgæ tauri rubei ex vino potus, doſis ℨ.j. Raſ. Veneris tędiū facit illitio lumborū ex ſanguine ricini bouis ſylueſtris. Vt venus ſopita fiat genitalia illine ex ſucco ſolatri, & ſemperuiui cum aceto. Succus verbenæ potus. Oleum nenupharis cum camphora illitum. Conſeruæ nympheæ vſus, frangit venerem, præcipuè cum ſyrupo papaueris.

Amuleta. topazius lapis geſtatus, ſaphirus, & ſmaragdus. Bardana quoq; in pudendis geſtata venerem reprimit.

Ad testiculorum affectus. CAP. XXVII.



TEstes inter principes partes ſtatuit Gal. 2.ar.p.hosq; præſtantiores eſſe contendit, primò de ſemine, licet 6.de vſu.p. eos inter viles, & ignobiles partes reponat. Naſi magnitudine mutonis concipitur quantitas. Vnde naſuti dicuntur viriliores ac bene mutonati, vt ait Cælius.

Ad teſtes pendulos, ſpuma cochlearum illita medetur. ℞.ſucci cyclaminis ℥.j.mellis ℥.ß.lycij ℥.j.miſce,& illine. Teſtibus nimiè creſcentibus cicutę radix trita & cum oui albo impoſita medetur. Veretri tumorem cataplaſma ex lente elixa ſanat. Vt eunuchum ſine ferro facias, radicē cicutæ ſine ferro teres,inde teſtes ſæpiſſimè inlines, & linteolum ſuper ligabis, ne excidat medicamētum. Item radix nympheæ contuſa ex aceto edenda datur puero.

Ad teſtium inflammationem clyſmi molles iniiciendi ſunt, mox fluxio reuellenda per ſanguinis miſſionem, & ſi cacochymia adeſt,deturbanda eſt per cathartica accommoda, clemētia & non moleſta. De topicis. Alterci ſemen album cum vino auſtero tritum, & impoſitum tumorem deponit. Ad idem muccaginis pſyllij ℥.iiij.mucca.ſe.lini ℥.ij.commiſta adapplicātur,etiam vmbilicos promi-

nen

nentes reprimunt, farina fabarum cum oxymelite cocta tumorē & feruorem ſedat. Malua cū axungia piſta, lauri folia trita. Aliud. ℞. foliorū maluarū, foliorum hyoſcyami, meliloti añ. m. j. elixa piſta, & cribrata cum farina fabarum, & chamæmeli cum roſaceo fiat cataplaſma, addendo croci ℈. ß. lutea ouorū ij. Ad teſtium duriciē optimū eſt empl. diachylū Meſ. Aliud. ℞. aceti acris ℥. vj. mellis ℥. iij. fiat oxymel. in quo miſce furfuris tritici piſti ℥. j. ammoniaci in eo diſſoluti ℥. ij. fiat empla. quod calidum, & ſubinde applicetur.

Ad vlcus pudendi. CAP. XXVIII.

AD vlcus pudendi. ℞. aloës ʒ. j. croci ℈. j. cum aqua agrimoniæ fiat iniectio, vng. de lithargyrio elaborato. Amylum tragacanthi, gummi arab. conueniunt in vnguentis: quia exſiccant, dolorem mulcent, & refrænant acrium medicamentorum qualitatem. ℞. tutiæ præpa. ℥. ß. maſt. thuris añ. ʒ. j. cum cera alba, & roſaceo f. vng. Aliud ſucci virgæ paſt. plant. ſymphyti añ. ℥. iij. camphorę ℈. iiij. amyli ℥. ij. ceruſę ℥. j. litharg. ℥. ß. tutiæ præparatæ cum aq. roſ. ʒ. vj. fiat vng. molle in mortario plumbeo, curat interna vlcera. Sicut aloë eſt optima medicinarum in recēti vlcere, ita tutia in antiquo eſt melior 21. fen tertij.

De hernioſis, & bihierniis, omnibusq; ramicum

generibus, pluria & ſpectata remedia conſcripſimus, in libro noſtro, cuius titulus eſt, Chirurgica auxilia.

De naturali menſium purgatione. CAP. XXIX.

MEnſtruum à menſe dictum, quòd omnibus tricenis diebus in muliere exiſtat. Eſt è locellis ſanguinis ſuperuacui quantitas, & qualitatis ratione deiectio. In prægnante, inquit Gale. dum natura fœtum efformans augensq́; optimum ſanguinem trahit, vitioſiſſimus in venis relinquitur, qui poſt partum ſegregatur.

Cauſa externa, menſtrua Lunam ſequuntur, ac idem eſt menſis Lunaris, & purgationis muliebris, apud Ariſto. & Auic. Attamen multis, inquit Ariſtoteles, deſiderio coitus quo tenentur, menſtrua ſæpe ter in menſe citãtur, donec concipiant. Menſtruum contingit mulieri, vt eius ſanitatem tueatur, vt Hippocrati placet. Menſtruo primò plures morbi ſanantur, teſte Celſo, Scribonio, Plinio. Paſſiones quæ nec in pubertate ſoluuntur pueris, aut puellis quum menſtrua erumpunt, conſaneſcere conſueuerunt. 6. epi. Sciendũ tamen quòd in purgationibus menſtruis, & partu, mulieres maximè refrigerantur: quia tunc rectus fit, & apertus meatus matricum, vt ait Gal. Menſtruorũ purgatio perinde

inde eſt fœminis, vt coitus maribus: nam menſes ſemen ſunt, vt autumat Ariſtoteles, quãquam non purum, ſanè ſanguis, & ſperma generationis noſtrę primordia ſunt, ille ceu materies, hoc opificis rationem obtinens.

An menſtruũ ſolis mulieribus contingat? menſtruo mulieribus cur opus ſit, & non viro Hippocrates inquit lib. De fœminarum morbis, & Plinius inquit, ſolum animal menſtruale mulier eſt, ſed menſtrua eſſe excrementa, omniaq́; quæ ſanguine prædita ſunt, fœmella ſcilicet, & quæ viuum fœtum edunt ea emittere, aſtruit Ariſtoteles, vt videlicet fœtum quem ſtato tempore vtero gerunt, planè alant, & ſuſtentent. Rurſus omnium, inquit, animaliũ mulieribus inter fœminas plurima menſtrua purgatio. Nã aliis hoc materiæ ſuperuacuum vertitur in corporis alimentum.

Tempus in quo fluere incipiunt, aut deſinunt non omnibus idẽ eſt: nam plurimis 14. anno fluere incipiunt, paucis ante 13. aut 12. plerisq; poſt 14. erumpunt. Verùm cita, & feſtina mẽſium eruptio, vitę breuitatem indicat ob alteratricis potentiæ infirmitatem, niſi præcox à veneria fiat. Coitus enim viam faciliorem menſibus reddit. Menſtrui profluuium non ſolùm eſt euacuatio, ſed purgatio. Deſinunt menſtrua aliis anno 50. paucis autem vſque ad 60. durant. Obeſis à 35. anno ceſſare in-

cipiunt,humidis non multo tempore durant. Nec tempus cuiq; purgationi statum ordinatumq́; est, minimum tempus quo purgatur mulier est dies vnus, maximũ autẽ 7. Multis ad duos tres've dies, haud paucis vsque ad quintum profluit,aliis adusq; 7.raro ad 12. purgatæ sunt. Profluuium mensium decrescente Luna contingere putat Aristo. Iunioribus tamen in coniunctione,& plenitudine menses profluere, omnibus in confesso est.

Noscere item conuenit quòd menses incipientes, & desinẽtes pauciores, & tenuiores prodeunt, in diebus intermediis,crassiores,& plurimi:moderati autem sunt,prodeuntes in omni muliere si sana est,vt duarum heminarum mensura, aut paulo plures, vel pauciores, atque hoc ad duos, aut tres dies,longius verò tempus,aut breuius morbosum, & sterile est.Menses retinentur in conceptione, vt fœtui fomentum ministrent,& ad lactis generationem:vnde si grauidę purgationes eant,impossibile est fœtum esse sanum,licet quibusdam prægnantibus vsque in postremum gerendi tempus menses eueniãt,sed eis accidit, vt proles infirma procreetur. Quandiu lac emanat, purgationes magna ex parte non exeunt: natura enim ita fert, ne humor locis pluribus simul erumpere soleat:nam & mariscas habenti deteriores accidunt purgationes.

Cur mulier menstrui tempore speculũ aspiciens

pro

tinus ipſum inficit? An quod lumina afficiũtur quæ maximè porulenta venulentaq́; ſunt? Menſium cognitio in linteo complicato, tenui cinere conſperſo in ſole ſiccato, vel in arena.

De immoderata menſium purgatione. CAP. XXX.

MEnſtrua immodicè excreta ſequuntur morbum totius vel vteri, nempe plethoram, vel qualitatis repletionẽ, vt pote, ſanguinis calidioris, vel tenuioris, apertionemq́; venarum vteri. In ſumma huiuſmodi profluuium incidit ob ſanguinis vitium in qualitate, aut quantitate, ob vaſorum apertionem, aut eorum dyſcraſiam: vnde fiunt mollia ex humore, dura ex ſiccitate, tenuia ex inedia.

Digno. ſanguis multus ex magnis vaſis profluit, nõ multus ex paruis ruptis vel apertis. Ab eroſione verò exiguus, & paulatim, ſed cum dolore effluit.

Præſag. ſi menſtrua plura fiant, morbi accidunt. Profluuia ſanguinis è vulua quanquàm nõ profuſione ipſa periculoſa, at certè ob diuturnitatẽ non ſine periculo. Quum menſtrua immodicè vacuantur, ſequitur color fœdus, pedes molli tumore attolluntur, corporis robur proſternitur, vitiatur ciborum tum concoctio, tum cupiditas, atq; in totũ omnia, quotquot hęmorrhagiã ſequi cõſueuerunt, accidentia, huiuſmodi fœminas infeſtant.

Met

Meth.m. Quæ de profundo ſanguinis profluuia erumpunt, per antiſpaſim ac deriuationem ad vicinia ſanare oportet, præterea per cibum potionemq́;, qui & emplaſticam vim habeant, & refrigerent, & medicamenta quæ aſtringant, ſed hæc extrinſecus poſita ante euerſionem nocent. Si menſtrua ſiſtere placet σίκυαν grandem apponens ad mammas, ſed ſatius erit non ad mammas, ſed ſub ipſas firmare ſicyã grãdem, vt validius auocet materiam ab vtero ſurſum verſus. Ad ſummam, hæmorrhagia ſiſtetur, ſi ſanguis cõfluere prohibetur, aut ſi vaſis diuiſio claudatur. ſanguis autem fluere prohibetur propter animi deliquium, & quum ad cõtraria reuellitur, & quum ad vicinia deriuatur, & per refrigerationem totius corporis: & partis affectæ. Clauditur diuiſio ſi contrahitur quod diuiſum eſt, vel obſtruitur. Contrahitur aſtrictione refrigerante, obſtruitur intrinſecus trumbo, extrinſecus linamentis, & emplaſtris.

Remedia. ℞.ſucci plant.depurati lib.ß.muccaginis gummi, & tragachantæ extractæ ex aqua roſ. añ.℥.j.valet ſumptum, & iniectum. Aliud.ſang.dra. ʒ.ij.cum ſucco ſanguinariæ vel ſolatri, iniicitur. Infuſum ex ſpodio cum ſucco plãt.opitulatur. Aliud fit ex tro.de carabe ſolutis cum aqua chalybata.℞. mumiæ ʒ.j.athanaſiæ ℈.j. cum ſucco millefolij fiat collyrium.huc refer vng.Comitiſſæ. ℞.gypſi crudi lib.

lib.ß.gummi arabici aſsi ℥.j.cum aquato oui fiat empl.in vtroque vteri ſitu. ℞.gallarum,libani,acaciæ,aluminis,terræ ſigil.añ. ℥.j. cum fimo aſini fiat peſſulus, vel fimum diſſoluatur cum aqua plant.& bolo armenia, & fiat empl.pubi. De aſſumendis ſpectata ſunt ſy.myrtinus,ſyr.è roſis ſiccis,de agreſta,de portulaca,myrobal.rha vſtum,micleta,pilulæ de bdellio. Triphera minor, diaolibanum, philonium, perſicum, ſcobs dentis equi fluuiatilis pota,ilico, vt aiunt, ſupprimit fluorem, ſiſtunt etiam vinacei nuclei triti, & cum ouo ſorbili poti mane. Aliud.℞.florum cucurbitæ, & nucamentorum,iuglandis añ.℥.j.fiat puluis. Cõcoregius dat ʒ.j.cum ouo ſorbili.

Amuleta. Iaſpis, Alb.lapis corneolus, Ser.& lapid. Raſis ſuſpẽdere iubet mammis ſacculos cineris ranæ maioris plenos.

De menſium ſuppreßione. CAP. XXXI.

SI animal menſtruale animal mulier ſit, nulla ſtrãgulata,abolitáve menſium purgatio,præter eam quæ ætatis ratione accidit,naturalis dici poteſt.

Cauſa ſupprimuntur mẽſes vel vitio totius corporis,vel propter principem aliquam partem propria paſſione affectam,aut propter vterum priuata ægritudine vexatum,aut vitio ſanguinis,quo venæ

Cor: Diaphragma: Caput: Cerebrum: Spina: cum / omnia Sen
Organa: Ventriculus: Coxendix: Inguina: Lumbi:
Rectum Intestinum: Splen: Dorsum: Brachia: Crura:
Abdomen: Vesica: Jecur: Renes: Meseraeum:
Omnibus his Uterus consentit Partibus aequè /
H Delerin BM. fecit

eum ferentes ad vterum obstruuntur. Aut propter robur vasorum vteri, quæ non admittunt quod influit, vel quia sanguis ad alia loca delatus est.

Digno. quum mẽses fuerint occultati, dolor habebit imum vẽtrem, & onus quoddam incumbere videtur. Et lumbos laterumq; mollitudinem dolor afficit.

Præsag. si menstrua non fiant, morbi matricarij accidunt. Menstruis deficiẽtibus sanguis è naribus fluens bonum. Ex menstruo diu retento vteri calescunt, & reliquo corpori calorem transmittunt, venæ totius replentur, quãdoque claudicatio ex hoc inducitur, stranguria, coxendix, lumborum dolor, bubo in inguine, vteri procidentia, & puris per pudendum excretio, ex sanguine, scilicet in vtero putrefacto. Menses bimestres in vtero existẽtes, multi ad pulmonem procedunt. Alij ad stomachum, aut alias partes, quibusdã suppurati fiunt, vbi diu morã traxerint. Mensibus à partu suppressis vteri inflammantur. Menstrua sex mensibus retenta, medullam *medelam non habent. Tamen retentis quadriẽnio quædam peperit 5. epi. Mulieres quorũ suppressa est à partu purgatio in febribus in extremũ mortis discrimen veniunt, primo epi. com. 3. Mulier extenuata ob suppressionem mensium quæ sana euasit, ter repetita sanguinis missione.

Metho. m. suppressionis causam abigere oportet,

tet, dein mẽſes prouocare, & ora aperire vaſorum, quæ pertingunt ad vterum. Si obſtructio naſcitur à ſanguinis copia, tenui victu, & multo labore mulier vtatur. Illi vena poplitis, vel malleoli ſecetur, prope tempus conſueti circuitus, ſed primum in altero crure ſanguis detrahẽdus, poſtero die eodem modo ab altero vacuandus. Mulieribus quæ probè nõ purgãtur, ſcarificatio tibiarum mirè auxiliatur, ſiue ſcalpello fiat, ſiue per hyrudinum applicationem.

Ad obſtructionem à craſſo, lento, vel à pituita extenuantia, & incidentia conueniunt, vt ſunt ſerapia ex duabus, & v. radicibus, ex adianto albo, oxymel, ſyrupus è ſcilla, ſyr. ex marubio, cum aqua artemiſiæ, betonicæ, hyſſopi, fœniculi, vel cũ aqua radicum hali, diacalamentum Gale. pollen nepitæ, & pulegij ex melicrato potum tardantes menſium purgationes ciunt. Humores apparati deturbandi ſunt hiera ſimplici cum agarico tro. Vel cum pilulis de ſerapino, aut antidoto hæmagogo, pilulæ è myrrha. Aliud. ℞. aquę pimpinelę ℥. iiij. croci grana ij. zucchari ʒ. ij. fiat potio, quã ſumat bis in die. prouocant menſes. Ad idem, aloës ʒ. iij. cum ſucco ſauinæ f. pil. xx. ſumat iij. alternis diebus immediatè ante prãdium. Caſtoreũ prouocat mẽſes, etiam in ſenibus, vt ait Aggreg. ℞. caſtorei ℈. j. f. pil. iij. ſumat mane inſtantibus menſibus. Ad idem, borracis, caſsiæ ligneæ añ. ʒ. j. cum aqua adianti fiat potio, quam

quam bibat in neomeniis, vel circa ſtatum fluxus terminum. Vuluas purgat nucamentum nucis iuglandis cum vino potum ad 3.ß. ſunt etiam qui propinant cum decocto faſeleorum potandum.

De peſſulis, & ſuffumigationibus, menſes tardantes ciunt. Ceruina medulla inuoluta ſindone munda, & impoſita. Alius ex pul.ariſtolochiæ rot. ſubactæ cum melle, imponitur, preſſus ex triphera magna ſine opio, cum oleo muſcatelino. Menſes etiam elicit ſuccus radicum cyclamini imo ventris illitus. Item ſuffitus ex tro.de myrrha. Ratio victus ſalubris eſt incidens, & attenuans, folia erigerontis * concisa cum oleribus comedere vtiliſsimum.

* ſenecionis.

De deprauata menſium excretione, fluxuq́; muliebri. CAP. XXXII.

VVluæ fluor totius corporis recrementi eſt deſtillatio, quę talem ſpeciem repræſentat, qualis eſt humor in corpore ſuperans. Indeq́; ducuntur differentiæ.

Digno. eruptio rubra ſanguinis ſaniem declarat, alba pituitam, pallida amaram bilem. Loci continuè madent humoribus, qui ſi cũ dolore emanant, vterum eſſe exulceratum indicant. Si mammarum papillæ croceæ fuerint, & rubrum circa eaſdẽ croceum ſit, morboſum vas, id eſt, vterus.

Præſag. Mulier purgatione indiget, quæ menſes deco

decolores habet. Menſtrua alba puellis etiam eueniunt, & magis ſi cibo vtuntur humidiori: hæc incrementum impediunt corporis, & puellam extenuant: profluuium album natu grandiores potius fœmellas quàm nouellas moleſtat. Alba fluxio fit, ſi mulier laxis ſit carnibus, & pituitoſa. Alba fluxio declinantes, rubra verò ætate vigentes ferè comitatur, vtraque ſi ſuis ætatibus contigerit, facile curatur, ſin alienis, difficulter. In omni defluxu os vteri aperitur, ac veluti relaxatur. In fluxu muliebri conuulſio, & animi defectus malum. Vxor Boëti à candido fluxu vno menſe à Galeno ſanata.

Metho.m. In omni menſium fluxu deprauato propius vteri morbus primò curandus, mox cacochymia purgãda. Sæpius ſufficit ad curationem ex toto corpore facta purgatio, vt ait Oribaſius. Interdum intacto vtero, ſed vniuerſo corpori remediis adhibitis ſanatur: ſed de vtero oportet tãtiſper eſſe ſolicitum, ne quę confluant prompte recipiat. Gal. in vxore Boëti vnctiones aſtrictorias pudendis adferre iuſsit, & ſiccare non modò vteri regiones, ſed & totum corpus. Itaque humorem qui in vterum vergit per aluum declinat hydragogo, & per vrinã diureticis. Deinde ſuperfluam totius humiditatem per cutem diſsipat, corpus melle cocto illinire, & linteis pefricare faciens. Victus quoque rationem inſtituit ex potione paucisſima, & eſu auium mon-

tanarum, pisciumq; saxatilium. Alba profluuia sanat esus cardunceli cum nepita loco acetarij, ante pastum. Cōfert nardum, & rus, elec. hypocystidis, Monta. elect. de scoria ferri, Alm. vel Clem. ℞. muccaginis gūmi arabici, & tragacanthæ extractæ ex aqua ros. ℥.iiij. succi plant. ℥. iiij. sacchari rosati solidi q.s. misce, sumat per os, & iniice per mentacrytem. ℞. ossium crurum capi, faucium lucij adustorū añ. ʒ.ij. ambræ, cytini, antheræ, coralli vtriusq; añ. ʒ.j. rasuræ eboris, margaritarum añ. ℈.j. se. myrti ʒ.ß. zucchari rosati solidi ℥.iiij. fiat pul. sumat ʒ.j. cum succo vel decocto portulacæ. Ad idem ℞. cicineris putaminum oui, cornus cerui, succini, se. anethi añ. ʒ.ij. f. puluis, sumat ex aqua chalybata. Ebur datum lacte ex semine lactucæ extracto ex aqua chalybata. Dio. portulaca cōmāducata, pręsidio est, itē balaustium rubri fructus, & flos, equisetū maximè sistit rubrum fluorem ex aqua, aut vino potum, hypocistis, samius aster, lemnia sphragis, coagulum hœdi, leporis.

Vrinam mouent, & ciunt aqua cui asarū, & apiū sit incoctum pota, succus granorum vesicariæ in vmbra siccatus, & potus ex vino albo. De hydragogis sunt sy. rosatus laxatiuus, syr. è floribus persicorum. Apozema nostrum quod recipit corticum myrobal. omnium añ. ʒ.j. soldanæ ℥.ß. liqui. rasę ℥.ß. passularum ℥.j. se. anisi ʒ.j.ß. in aqua suff. fiat de-

coct

coctio colata, dosis ℥.v. plus minus, secundũ ægrotãtis vires. Aliud siseleos, ameos, hysopi añ. ℥ j. corticum mãdragorę ℥.ß. agni casti ℥.ij. cassię ligneę, peonię añ. ℥.ß. macropiperis, piperis albi añ. ʒ.j.ß. in lib. x. vel xj. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, adde zuccharum, aut mel, vt colata dulcescat, sumat omni mane ℥.v. vel sex, hydragoga etiam sunt elaterium, pilulæ de elaterio N. vel nostræ quæ recipiũt aloës ʒ.j. mastichæ ʒ.ß. corticis rad. cucu. syluestris ʒ.j.ß. cum syr. de cortice citri formentur pil. huc refer pessulos Aeginetæ, Myrep. & N. Alexandrini.

De sterilitate. CAP. XXXIII.

MVliebris infœcunditas est actio vteri offensa cõceptionis, scilicet abolitio. Vterus enim semen genitale ad se trahit, vt Oribasio placet, attractum continet, & contentũ cõcipit. Vnde cõceptio est propria vteri actio, motus videlicet vteri, quo paulatim in se ipsum cõtrahitur, & obuoluitur semini, vt vndiquaque ipsum amplectatur ad fœtũ perficiendũ. Itaq; si rectũ sui, & obliqui index sit, & regula, vt vult Arist. liquet quòd infœcũditas omnis accidit propterea quod vterus semen non cõcipit, vel quòd iã apprehensum corrũpit. Atq; huc vniuersæ cũ externæ tũ internę sterilitatis causæ sunt referẽdæ. De externis

ſunt ſaltus à coitu, vt in Muſoërgo, & illa medicamẽta, quę quia ſterilitatẽ afferunt, & conceptũ adimunt, atoria, ecbolia, & phthoria dicuntur. Itẽ ſterilitatẽ faciunt radix xiphij, & filix vtraque, viris autem hederæ nigræ candidiores corymbi poti. Climenos, caprifolium, fœminis hederæ, corymbi, & aſplenion. Arcet conceptus picis cedria genitalibus ante coitum illita, ſuccus ſalicis vel populi vel git potus. Os de corde cerui brachio ſuſpẽſum nõ ſinit concipere, Pandect. Idem efficit oſsiculũ quod in vulua aſinæ eſt, geſtatum à muliere, ſi vera dicit Conſtantinus, vana puto quæ de mula, & burdone ſcribunt Sextus, & Raſis. Iam verò vterus geniturã non ſuſcipit, vel propter membranam quæ ſupercreuit in eius oſculo, vel ob lęſionem in eius ſtomacho. Non retinet ſi os eius ſit à pudendo omnino auerſum, vel parum diſtortum, vel concluſum, vel hians, vel durum, præterea geniturã immiſſam, & contentam corrumpit ob menſes ſtrangulatos, & ſi quid ex ipſis in eo remanet, ſemen etiam perdit pus, quod ab vteri vlcere, vel tuberculis naſcitur. Multæ genituram etiam cõtinentes, prægnantes nõ fiunt, vteri ſtomacho præter naturã hiante. Mulier præter naturam pinguis vel craſſefacta non concipit. Quæ frigidum, & ſpiſſum vterum habet, non concipit, ob anguſta vaſorum ora, quæ ad vterum pertingũt. In vuluis etiam præhumidis extinguit

guitur genitura. At in ſiccis,& calidis corrumpitur defectu alimenti.

Digno. petũtur à totius corporis temperamento: nam ſteriles ſunt mulieres viragines, & viri fœminares. alteris menſtrua deſunt, alteris ſemen exile frigidumq; eſt, ſemina infœcunda ſunt quæ tenuia, fœcunda verò quæ grandinis ſpeciem referunt. Semen infœcundum eſt vſq; ad 21. annum. Et prodeunt nonnulli à primo ortu impuberes infœcundiq;. Mulieres ſimiliter. A pube, & pudendi ſinu glabris vel hirſutis, à veneris appetentia, cita, tarda, intẽſa, remiſſa. A ſeminis in coitu emiſsione feſtinata vel lenta. A ſeminis cõſiſtentia quãtitate, & qualitate, à menſtruis ac aliis excrementis. A dolore, duricie ac tumoribus vteri, quorũ aliqua etiã viſu, & tactu deprehendi poſſunt. Quæ menſtruis carent ſteriles magna ex parte: verùm fieri poteſt, vt aliquæ ſine eorum profluuio concipiant, videlicet quibus tãtum humoris colligitur, quantum his quæ purgantur, reſtare ſolet.

Præſag. gignendi facultas tollitur his, qui à varicibus tenentur. Secundum aures venæ ſunt, quæ ſectæ ſterilem reddunt. Abundans equitatio tollit luxuriam, quoniam inde vaſa ſpermatis conteruntur, & tepeſiunt. Tamen qui equitant aſsiduè euadunt libidinoſiores. 4. probl. Mulier plorans in coitu, non concipit. 9. cont. Mula ideo ſterilis, quia

matricem habet obliquã, vt putat Orus. De mula, quę gemellos peperit, meminit Arist. 6. de nat. ani. de muliere sexagenaria, & de alia octogenaria quæ concepit virtute pessuli, mentionem facit Myr. solent seri partus vel ob id esse gratiores, quod præterea nihil speratur.

Meth. m. necessariò oportet vterum curare, siue is afficiatur idiopatheia, siue sympatheia.

Remedia, succus saluiæ potus facit concipere. ℞. seseli ℥. ß. rasurę eboris ℥. j. sacchari ʒ. x. f. puluis, puluis vteri leporis exsiccatus potus à purgatione mensium facit concipere. Vel assiduæ mulier vterum leporis frixum comedat, vnguanturq; genitalia eius, & viri ex sanguine leporis ante congressum. Vel ex fimo leporis cum seuo bubulo. Cinis vuluæ leporis bibẽdus cum vino datur. Myrep. lac equinum à muliere potum, cuius sit lac ignorante, si à potu statim coeat, concipiet, vt scribit Rasius, qui etiam laudat emplastrum de vulpe, & pessulum ex felle vulpis: eius etiam testes triti, & poti benefaciunt. De his quæ adapplicantur est balneũ aquæ dulcis in quo sint elixata, artemisia, matricaria, anethum, folia canapis, syl. añ. m. j. & à balneo illinatur vterus oleo momordicæ: mirabile est vt ait Sardus. Iuuat etiam conceptum epithema ex libano, & vino pectini calidum admotũ. Bistorta quoq; cum pulueribus aromaticis confert conceptioni, quia

quia vim vteri retentiuam confirmat. pessulus è ladano puro conferre videtur in omni causa: quia vterum roborat. Clysma vteri quod cōfert ad conceptionem. ℞. galbani puri ℥. vj. lactis caprini lib. ij. bulliāt simul, & iniiciatur per metranchytū. Aliud. ℞. hyperici, meliloti, rad. peoniæ, vel seminis eius añ. ℥. j. myrrhæ, carpobalsami, gallarum, balaustiæ añ. ℥. ß. tusa bulliant in lib. ij. aquæ cœlestis ad consumpt. medietatis, infusum vterum exsiccat, roborat, semenq; retinere facit. huc refer clysma vteri, ex Aetio.

Amuleta. lapis in cerui vulua, ventriculo, vel corde inuentus, facit cōcipere, Constan. Ossa cordis cerui sinistro brachio adalligata cōceptionem iuuant, arcana vi, Aet.

Vt mas concipiatur, si dextrum testem exertum hircus habeat, marem generat, si verò sinistrum fœminam. 6. epi. quod non probat Aristoteles. 4. de g. animalium, sed Hippocrati astipulatur Galenus 2. de sem. Mulier dormiens super latus dextrū vix pariet fœminam. Adipe anseris, & terebinthina loci perungantur per biduum, tertio die viro iungatur, qui sinistro teste ligato venere vtatur. Latæ cotyledones fœmellas gignere videntur, paruæ, & conclusæ masculos, quas coquito vna cum sale, & cumino, in aqua, & tepidam sorbendam exhibeto. Mercurialis mas à purgatione pota, eiusq; folia pi-

ſta, genitalibus admota, mares gigni facit, Dio. teſte, cui ſubſcribit Plin. inquiens, vt mas gignatur facit ſuccus mercurialis potus. Radix ſcolimi in cibo, confert aliquid, vt mares gignantur. Satyrion mares gignit, & arſenago non. Gallinaceorum teſtes ſubinde à cōceptu edat mulier, mares in vtero fieri dicūtur. Mares gigni facit teſticulus leporis à purgatione menſtrua potus. Idem præſtat puluis vuluę leporis à viro, & muliere ex vino potus, quē ſi ſola mulier biberet, conciperet hermaphroditum, ſi aphricano Conſtantino credimus libro de animalibus. farina penis cerui crudi, & pota confert. Al. B. Cratæogonon genitalem vim ita roborat, vt diu præſumptum mares figurare prodatur. Mares etiam facit ariſtolochia longa vuluæ appoſita. Si edas teſtes duos hœdi aſſos, & coëas eo die, maſculum generabis, ſi verò vnum tātum comedas puer naſcetur cum teſte vno, vt prodit Raſes.

Ad liberos generandos pulchros, docet Galen. lib. de theriaca ad Piſonem. Ad pulchros, & bonos, docet Plin. De herbis quæ ad animum, & mores faciunt mētionem facit Theophraſtus 9. de hiſto. plant. Ingenioſi procreantur, ſi prægnans frequens frequenter edat cotonea. Ad mares generādos vir dextro pede faſcia candida vincto cum muliere coeat, ſi verò ſiniſtrum pedem colorata faſcia ligauerit, fœmellam generabit: eſt enim magnus conſen

ſenſus pedum cum teſticulis, vt refert Ariſtoteles, qui etiam inquit, quod omne animal carens pedibus, caret teſticulis, ſatyrij ac ſerapidis radix ſolida, ſalaces facit, & maſculis generandis prodeſt, flaccidior verò contrarium efficit, vt tradit Aet.

Proles quod ad ætatē attinet, optima eſt, quum vigent parentes. Quoad tempora præſtantior eſt, quæ hyemis initio gignitur. Deterrima quæ æſtate: prima ſeminis emiſſio, aut infœcūda, aut ſi fœcunda imbecilliora generat, & pauciora. Aptus ad maſculinam conceptionem dies menſis decimus. 16. 20. Ad fœmineam decimus quartus, ad vtranque nonus. Nuptiis verò aptus eſt quartus, vt credidit Heſiodus, lib. cui titulus opera, & dies.

De fœcunditate, & conceptione. CAP. XXXIIII.

QVanquam in excrementis quæ à naturæ modo receſſerunt, calor vitale principiū habens contineatur, vt conſpectè viſitur de ſcarabæis in fimo equino vel aſinino natis, Gal. tamen de vi formatiua fatetur ſe dubitare, forſan propter ſummum eius artificium, quod videtur vires naturæ tranſcendere, ideo eam vocat artem, & ſapientiam ſummam. verum ob eam quā nati continent parentum ſimilitudinem, cogitur ad animam vegetabilem quæ ſemini ineſt hanc referre. Eſt autem ſemen mixtio genituræ maris, quæ

architectatur, & fabricat, & sanguinis menstrui, sicq; genitura vtranque partem continet materialem, & efficientē, ex Aristotelis sentētia. Rediturq; fœcundum ab ipsissima causa quæ format fœtum, quæ est calor non cœlestis, nec extrinsecus adueniens, sed insitus semini, huius caloris natura nō est cœlestis, sed cœlesti proportionalis: quia generatrix, & minime peremptrix, siue proportione respondens elemento stellarum, vt loquitur Aristot. estq; virtus naturalis, & non animalis, quoniam natura secundum Galenum, & Simplicium ab anima differt.

Conceptio autem fit, vel incipientibus, vel cessantibus menstruis, alio tempore nunquam, si credimus Hippo. Gal. Sorano, post muliebria promptiùs concipiunt. 6. epi. At totum conceptus artificium in quatuor tempora distributum est. In primo quidem tempore forma seminis præualet, vt apparuit de effluxione sex dierum in Musoërgo. In altero tempore carnosa substantia conceptus facta est. In tertio tria principia manifestè videntur, reliquæ verò partes vmbratilem quādam designationē ostendunt. Postremo tempore manus, & pedes sunt articulati, & nō amplius fœtus, sed infans conceptus nominatur. Istis reclamat quod scriptū est lib. de carnibus qui vitā hominis septē dierum esse affirmat: nā genitura, inquit, postquā in vterum per

peruenit in ſeptē diebus, habet quæcunq; corpus habere debet, idq́; probare cōtēdit ex vi ſeptenarij quæ his repugnāt, quæ de Muſoërgo ſcripſit lib. de nat. fœt. ob id librū de carnibus ſpuriū eſſe autumo.

Dignoſt. fœcunditas ſeminis in aqua probatur, fœcundum enim in imum deſcendit. Mulierum fœcūditas probatur ſuffitu, illūtuq;, vt colores oculis impoſiti ſaliuam perficiant oris: nam niſi hoc ita fiant, meatus corporis per quos excremētum deſcēdit, confuſos, obſeptos, & obcæcatos eſſe ſignificatur. Itaq; Hipp. peſſulū pręſcribit ex trita allij ſpicula, cuius odor ſi in os venerit, cōcipiet: ſin minus nō concipiet. Lac fœminæ puerū lactātis, & butyrum ieiuna ſorbeat, ſi nauſeabit concipiet, ſin minus nō, vel tritū aneſum dormitura cum aqua potet, ſi circa vmbilicum pruriat, cōcipiet: ſin minus, nō cōcipiet. Paruę melius concipiunt quā magnæ. Macilentę quàm craſſæ. Candidæ quàm rubræ. Nigræ quàm liuidæ quæ venas patētes habent, quàm quæ non, & quæ mammas turgidas habent, quàm quæ paruas. Inſuper noſſe oportet, quòd quæ miſcentur in generatione, debent quandam habere naturæ conuenientiam, nam quorum natura à ſe mutuo, magno diſtat interuallo, licet coëant aliquando, non tamen generare quicquam poſſunt. Itaque non mediocris ars eſt, vt Gal. inquit qua viros, & fœminas temperamento inter ſe cōuenientes,

illitu q;. haec.

tes, cõiungere ſcias, nempe vtero ſicciori familiare humidius ſemen eſt, humidiori ſiccius, calidiori frigidius, frigidiori calidius. Quamobrẽ biliosi cũ pituitoſis, & atrabilares cũ ſanguineis decenter cõſociantur. Nec amor inter picrocholũ, & ſanguineũ firmus eſt, multominus inter vtrũq; picrocholum. Neq; inter picrocholũ & melancholicũ ſtabilis eſt, ſed de his Ficinus, in conuiuio de amore Platonis.

Conceptionis ſigna, ſemen vtrunque marinum, & fœmineum commiſcetur, & à coitu non exit. Quum conceperint, confeſtim horrent, calefiunt, dentibus infrendent, omneſq; articuli conuelluntur, corpuſq; totum ac vuluam tremor, ac torpor inuadit, quod illis accidit quæ puræ bilioſæ ſunt, & nõ humidæ craſſæ, aut muccoſæ. A cõceptu muccoſæ moroſæ fiunt, malos cibos appetunt. Stomachus corq; vexatur. ſpuunt. Si ceſſant purgationes, neq; febris neq; vigor ſuperueniat, & faſtidia incidant, iudica ipſam in vtero habere. Si velis noſcere an cõceperit, dormiturę aquã mulſam potu da, & ſi alui tormina patietur, cõcepit. Prægnãtiũ oculi retracti, & caui, liuidiuſq; eorũ album eſt, lentiginoſa maculoſaq; facies, forſan quia fœtus optimum ſanguinẽ trahit, & vitioſiſſimus in venis relinquitur. A cõceptu decimo die dolores capitis, oculorũ vertigines, tenebræq; faſtidiũ in cibis, redũdatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Indiciũ conceptus,

rigor.

ptus, quum ſtatim à coitu locus ſicceſit, paucis contingit, vt melius habeant, quum vterum gerunt, ſed præcipuè tunc faſtidiunt, tædioq́; fatiſcunt, cũ fœtui capillus oriri incipit.

De numero natorum qui naſcituri ſunt. CAP. XXXV.

NVmeri ſuſcipiendorum deinceps liberorum præſagium, ſumitur ab vmbilico infantis primogeniti: nã quot nodos vmbilicus habuerit, totidem deinceps liberos puerperam parituram pręnuntiat, quod prodidit Albumaſar, & Salycetus, hoc verax fuit indiciũ in prole Reginæ matris Chriſtianiſſimæ.

Mas ne, an fœmella in vtero. CAP. XXXVI.

SIgna ducuntur à fœtus ſitu, & motu. Mares quia in dextris, ideo nigri. Mas fœmina citius cõcreſcit, formatur, moueturq́; in vtero. Mares fœtus circa 40. diem dextro potius latere mouentur, fœminæ verò ſiniſtro, circiter diem 90. Mas trimeſtri, fœmina quadrimeſtri ſpatio mouetur. Mobiliores ſunt mares in vtero, quàm fœminæ. Contingit tamen aliquando, licet rarum ſit, vt concepta fœmina ſit mare robuſtior, & multis, & validis motibus moueatur. Mas quàm fœmina citius concreſcit, & mouetur:

quia

quia calidior, fœmina citius adoleſcit, ob corporis mollitudinem, ſed prius incrementum in ipſa finitur, propter imbecillitatem facultatis naturalis. Calidior maſculus ex venarum magnitudine, & colore iudicatur. Dextræ omnes partes ſiniſtris, ob hepatis ſitum calidiores, & valentiores. Mares plurimi in dextra vteri parte cõcipiuntur: quia ad hanc per renes ſanguinem repurgatum, ad ſiniſtram verò immundũ, & ſeroſum, deſcendere intuemur. Et decẽs eſt in calidiore calidiorem fœtũ coaleſcere.

A tempore conceptionis, flatibus enim aquiloniis magis quàm auſtrinis, mares generãtur, ſi coitus matutinus fuerit, mas erit.

A parentum ætate, & craſi, & victus ratione, ſi quidem nouella, & ſeneſcens ætas magis quàm florens, fœminas generat. humidiora etiam corpora, ſeminaq; humida fœminam potius gignunt, Aquæ crudæ, & frigidæ aut ſterilitatem, aut partum fœmineum faciunt. Vbi aſperiorem vocem reddere quis incœpit, ſi teſtis dexter ſiniſtro magis in tumorem eleuetur, ſeu magis extra promineat, maſculum generabit, ſi verò ſiniſter fœminam.

A matris colore, oculis & mammis, papillis, ventre, pulſu, motu, atque decubitu. Si marem concepit, bene colorata eſt, ſi fœminã male colorata. Illic eſt partus qua maior fuerit mamma, & maior oculus, & clarior. Si papillæ ſuperiora ſpectent, marem

geſtat:

geſtat: ſi inferiora, fœminam. Lac craſſum maſculi, aquoſum verò fœminæ nota eſt. Venter rotundus tenſus, durus maſculi nota eſt, contra fœminæ indicium venter longus, minus & tenſus & durus.

De natorum ad parentes ſimilitudinem.

CAP. XXXVII.

SImilitudo ſpeciei ex ſubiecta materia naſcitur, hinc eſt quod ex animalium diuerſi generis cõcurſu gignitur, ad fœminæ quam ad maris ſpeciem propius accedit: nam ex oue & hirco ouis gignitur pilis longis, & duris conſita. Contra ex capra, & ariete, capra fit pilis mollioribus. Eadem proportio retinebitur ſi canis, & vulpes, aut aſinus, & equa coëant, quod argumento eſt copioſiorem fœtui materiam plus à fœmina, quã à mare conferri. Sexus ſimilitudo ex ſeminis temperatura dependet, iuxta illud: mares quia in dextris ideo nigri. Similitudo ex effigie cauſa eius robur eſt facultatis conformatricis quæ in ſemine eſt opifex, vel vehemens compræhenſio, & firma grauidarum cogitatio. Id eſſe verũ multi euẽtus docuerunt. Interdum ex albis parentibus Aethiops naſcitur. Inde ars orta ad pulchros liberos generandum. Itaque in malacia fœtui nota imprimitur deſiderati vel faſtiditi cibi. Sed Columella inquit, quòd in omni genere quadrupedum

ſpe

ſpecies maris diligenter exquiritur: quoniam frequenter patri ſimilior eſt progenies, quàm matri. Alibi tamen nihil ait dubium eſt quin ipſa natura ſobolẽ matri ſimilem eſſe voluerit, vnde poëta, Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos. paternæ notæ plerunque natis inhærent, ſed vt canit Phocylides, Diſſimiles gignunt ſtuprata cubicula natos. Illi quos τριόρχεις vocant, eſſe ſolent libidinis indomitæ, quod verum eſſe ſcimus, in quodam monacho.

Notæ embryonis ſani vel ægrotantis quod Marcellus pecus vocat. CAP. XXXVIII.

IMbecillum fœtum arguit repletio quæ prægnantis vires prægrauat, eiusq; timor & diffidentia, ſi mammæ extenuantur. Si graciles repente fiant, abortit. Si altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit. Mammæ ſolidæ fœtum ſignificant ſaniorẽ. Si lac multum è mammis effluat, fœtũ imbecillem indicat. Si purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum. Si aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.

De partu immaturo, ſiue de abortu, & effluxione. CAP. XXXIX.

IN locellis infantẽ Ariſtoteles embryon vocat. Abortio autem ſeu abortus eſt conceptus cor

ptus corruptio, quæ intra 40. diem incidit. Quæ verò intra 7. diem fit, effluxio vocatur. Causam Censorinus explicat libro De natali die. Aliis abortium dicitur, qui natus est eo tempore, quo nullo modo viuere potest. Sic de abortu legitur ante 30. diem facto, apud Hippo. Itē abortus decimo mēse factus 5. epi. forsan quia partus emortuus non sit tempestiuè ortus.

Causæ, abortiuæ externæ. saltus vt in Musoërgo, sternutasse in coitu abortiuum, etiam abortus causa lucernarum odor, hyems australis & pluuia, ver autem aquilonium, & siccum, sanguinis missio. De internis sunt ventris fluor tenesmus, febris, cotylidones pituita pleni. Morbus ventris, vteri, lumborum. Alimenti defectus est causa exitus fœtus, in partu etiam naturali, partus fit ex naturæ commodo, contra abortus fit, non naturæ sponte, sed violenter incidit, ex vteri morsu, nimia mole, vel pondere.

Digno. essentiæ, & causarum haud obscura.

Præsag. præter naturam tenues abortiunt, priusquam crassescant. Abortiunt etiam quibus acetabula vteri plena mucoris sunt. In grauidæ vtero erysipelas letale. Morbus acutus in vtero gerente letalis, quoniam si vires minus valent, necesse est ipsam alimento, vel fœtum inedia confici, nisi fœta succulenta sit, quæ breui morbo quàm minimum

tenui victu lędatur. Quare in victu fœtarum quum
vtrique diſcrimen immineat, indicationi potius
quæ à morbo eſt, inſeruire expedit, vt vult Gal. Vt
plurimum labores partus tertio, quinto, ſeptimo,
nono, quarto, ſexto, octauo menſibus fiunt, fœtus
trimeſtris, & quadrimeſtris omnium maximè iniu-
riis reſiſtit, citiusq; ac alij ſeruantur. Itaque prægnā-
tes magis ſanantur à morbis acutis, & minus ſunt
obnoxiæ abortus in tertio, & quarto menſe, quàm
in aliquo aliorum, huic quoque ſentētiæ cum Ga-
leno aſtipulatur Manardus: proinde vtero gerentes
ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe
vſque ad ſeptimū, iuniora verò tempora, & ſenio-
ra vereri oportet. Contemplādum in grauidis qui-
bus menſibus menſtrua erumpant: nam primo, &
ſecundo conceptionis menſe, nihil mali verendū,
ſi verò deinceps tertium circuitū ſeruauerint per
menſes, malum, quia fœtum non eſſe ſanum ſigni-
ficat, fœtus qui maturius quàm ſeptimo mēſe pro-
deat, nullo modo vitalis, ſed magna ex parte infir-
mior. Mēſe octauo natus nullus vnquam vixit, ſci-
licet in Græcia, alioqui viuere, & adoleſcere in Ae-
gypto poſſunt, vt aſſerit Ariſtoteles 7. de natu. ani.
Iam quidem, & in Italia octimeſtres vitales ſunt, te-
ſte Plinio. In vndecimo menſe partus etiam legiti-
mè fit, maximè ad eius initia, ſed minime ſub finē,
vt ſentit Hippo: Magis lædit abortus quàm partus.

Oſcitatio in enixu lætalis.

Ad abortia declinandum vtendum eſt prophylactice, quæ circa cauſas morbificas abolẽdas verſatur. Inſuper de remediis numerantur cæratum Graduenſis, cæratum Quiricij, & vnguẽtum Comitiſſæ. Item aliud quod accipit thuris maſtichæ añ. ℥.j. cum cera pura, & oleo omphacino vel roſaceo fiat vng. roborat illitum vterum & cotylidones, vſus diamargariti vtriuſque cõfert, ſuccus cancri fluuialis piſti potus opitulatur, ſi credimus Gord. Ne nati in infantia pereant, eruntq́; vitales ſi prægnans aſſiduè oua teſtudinũ edat, quod prodit Card.

Phylateria vtero gerens lapidem lazuli ſuſpenſum ferat, vel vngulam vrſi ad callum ligatam. Nicolus. Aetites ſiniſtro brachio alligatus vel appenſus, fœtus in lubricis vuluis coërcet. Iaſpis ſubuiridis collo ſuſpẽſus efficaciſſime fœtus detinet. Aet. & Marcellus, & Sextus. Idem præſtat lapis in pyraſtro natus penſilis, ſi geſtetur vel maluæ agreſtis radix appenſa, ſideritidis appenſu etiam fœtus cuſtodiuntur. Gale. Sardonius lapis ventri deligatus fœtum detinet.

De conceptu non vero, ſeu de mola. CAP. XL.

Μύλη, id eſt, mola eſt caro informis, & otioſa in vtero. Inanima, ferri ictum, & aciem re-

ſpuens,mouetur ſiſtitq́; menſes,vt ait Plin.
Cauſa. Quum plurima menſtrua intus co-
acta non multam genituram morboſamq́; conuol-
uunt,conceptus non verus fit. Mola craſſa genitu-
ra retenta creatur , ex Hippocratis ſententia , cui
ſubſcribere videtur Ariſt. 4. de g. ani. Cùm,inquit,
humore concoctu difficili conceptus cōſiſtit, tunc
gignitur mola:vnde nō per calorem fit , ſed potius
propter caloris debilitatem : cauſa itaque duriciæ
cruditas eſt. Carnoſa fit propter defectum poten-
tiæ formatricis in ſpermate,& hoc accidit ob cor-
ruptionem membri vel materiæ, vt loquitur Auer.
3 .collec. Et ſi verò fieri non poſſit , vt mas per ſe,
vel ſola fœmina,ex ſe ipſa animal perfectè generet,
tamen plerunque rudē quandam,& inchoatā mo-
lem producit,quod de mola vteri, & gallinarū ouis
ſubuentaneis cōpertum habemus. Mulierem ne-
mo vnquam vidit ſine viro molam concepiſſe. 14.
de vſu p. At diuerſum ſentit Auicen. quod ſcilicet
mola carnoſa citra ſperma viri ex ſpermate mulie-
ris,& ſanguine menſtruo generatur:nam calor im-
modicus cogit,ac in carnis ſpeciē tranſmutat. Cui
aſtipulatur Plin., inquiens , molas gigni putant,vbi
mulier non ex mare,ſed ex ſeipſa cōcepit. prǽterea
mola duplex eſt,vna ex ſanguine, & humoribus in
vtero corruptis , altera ex flatu, in concauo vuluæ
ſpatio concepto : etenim cōtingit interdum quòd
natu

natura carnoſam digerat, & conuertat in humiditatem, aut ventum, vt ſcribit Auer.

Digno. Venter ſicut prægnantis completur, nihil in vtero mouetur, nec lac in mammis gignitur, licet illæ vel earũ papillæ turgeſcant. Ipſe noui medicum ætate probatum, qui ad abolitionem molæ intentus fœtum in locellis contentum excutit.

Præſag. mola omnis, & pauci, & multi temporis vix curatur, humeroſa difficiliùs quã flatuoſa: carnoſa difficillimè. In quibuſdam mola in hyderum tranſit, ob hepatis refrigerationem. Duos ac ſępius tres annos durat. quòd ſi vna caro ſit, ea fœmina peribit, ſi verò plures carnes pudẽdis prorumpant, ſanguis've multus, & carnoſus modicè defluat, ſeruabitur, ſi minus, profluuio eo correpta peribit. Tota vita durat, aliàs lætalis, aliàs vnà ſeneſcẽs, aliquãdo ſanatur dyſenteria. Accidit ſolis mulieribus. Simile quiddam & viris in ventre gignitur, quod vocat ſcyron Plin. apud quem Alcippe elephantum peperit, Achile ſerpentem, Alia mulier hippocentaurum.

Meth m. Quicunque tumores toto genere pręter naturam ſunt, hi ſui ablationem indicant, molam non curato, aut certè cum prædítione, vt conſulit Hippo. primùm totum corpus fouere iubet, dein acrem clyſterem per ſedẽ adhibere, quò ſanguis multus erumpat, & quod compactum eſt in

vtero, commoueatur, poſtea vterum acribus colluere, & ſubditiciis ſolicitare oportet, ac ſicyã affigere, potuiq́; dare quæ menſes moueant. Item victus ratione tractanda eſt, quo citius excutiatur. Remedia require apud Gani. T. P. Arnaldum, & Manſorem, & cap. ſequenti.

De partu difficili. CAP. XLI.

PArtus naturalis fit ex naturę commodo. Cuius differentiæ petuntur à naſcentis figura, & à tempore in quo infans naſcitur, eſt autẽ naturalis fœtui figura, quum manus fœmoribus porrectæ ſunt, & caput ad os vuluæ recta dirigitur. Vel vbi in pedes conuerſus eſt, nuſquam inclinans. Aliæ omnes præter has, à natura abhorrẽt. Itaque labores partus per circuitus fiunt, vt in prælibatis dictum eſt: nam à conceptione fœtus formatio fit 45. diebus iuxta carmen Aegidij.

Sex in lacte dies, tres ſunt in ſanguine terni.
Biſſeni carnem, ter ſeni membra figurant.

Dies igitur ab hora conceptionis ad diẽ vſq; formationis duplicati, diẽ motus indicant, qui fit ſcilicet in tertio mẽſe. Dies autem motus triplicati naſcendi tempus oſtendunt. Vt ſi fœtus formatus ſit 45. die mouetur 90. editur nono menſe. Eſtq́; hoc tempus vſitatiſſimum, præſertim in maribus: nam iſtos

iſt os ocyus, fœmellas verò tardius edi par eſt. Hipp. tamen legitimum pariendi tempus, & maximè generale decimum menſem aliquando ſtatuit. Sanè à tempore variæ ſunt partus differentiæ, vt ſemeſtris apud Auic. 9. de animalibus, ſeptimeſtris, octimeſtris, nonimeſtris, decimeſtris, duodecimeſtris, apud Hippo. Mulier quædam mēſibus 14. partum tulit, teſte Plinio. Equidem noui pincernam Chriſtianiſſimi Henrici Regis, qui menſe quinto natus erat, qui etiamnum viuit in ætate conſiſtentiæ. fœtus vt fortior fuerit, & mater debilior, celeriùs perficitur.

Nam cauſæ exitus fœtus ſunt robur eius, & magnitudo in comparatione ad vterum, paucitas alimēti, & humiditas cum calore. hinc pateſcit quòd ſeptimeſtris ſpontaneus nouimeſtri ac decimeſtri fortior eſſe debet. Decimeſtres omnino excluſit ab hęreditate Varro in ſatyra. Lex ciuilis poſt x. menſem à morte patris, natum non admittit ad legitimam hæreditatem, ſed Ariſtoteles nō ſolùm decimeſtres, verū & vndecimeſtres recipit.

Cauſa, vitium parturiētis, ſi iraſcitur, ſi zelotypia laboret, vel aliis affectibus, ſi meatum plus iuſto anguſtiorem habet, aut pinguiorem, aut minime amplam habeat vuluam comparatione partus. At fœtus vitium eſt, ſi inuſitatæ magnitudinis, ſi imbecillus, vel mortuus, vel monſtruoſus, vel ſi plures. Ob

ſecundas ſi non auellantur ob craſſitiem, aut propter ſubtilitatem abrumpatur, priuſquàm opus ſit, humore enim euacuato infans præ ſiccitate ægrè mouetur. Ab externis difficultas oritur, aut à frigore, quòd vuluam denſauerit, aut calore, qui vires diſſoluerit, aut ex quodam fortuito accidente.

Præſag. quę paulò ante partum concumbunt facilius pariunt, vt ait Ariſto. Quæ parientes in lumbis dolorẽ habent, vix pariunt, quæ aluo, quã ocyſſimè, quæ imo ventre, difficulter pariunt. Gallus auſpicium parientibus, eſt enim lucis nũcius, & latonæ carus, quòd ei parienti adſtiterit, vt commemorat Aelianus.

Remedia. puluis borracis ex vino potus ſuper omnia valet, in partu difficili, vt loquitur Io. de S. Amando. Ad idem, & ſecundam eiiciẽdam laudatur puluis tro. galliæ moſchatæ potus, à Durio. ℞. corticum vtriuſque caſſiæ añ. ʒ. ß. cinamomi, croci añ. ʒ. j. aquæ artemiſię ℥. iiij. fiat potio. datur tepida. ſi verò addatur borracis ℈. ß. educet, & fœtum, & ſecundas, vt ait Grad. vel ℞. cinamomi doronici, corticis vtriuſque caſſiæ añ. ʒ. ß. croci ℈. j. cũ aqua rutæ, & betonicæ fiat potio. Aliud. myrrhæ, caſtorei, ſtyracis añ. ʒ. j. ß. cinamomi, ſauinæ añ. ʒ. ß. cõfice cum melle, ex vino ſumitur, partum viuum, & emortuum eiicit, teſte Al. B. ℞. muccaginis, fœnugræci, & ſem. lini añ. ℥. j. ſem. altheæ ℥. ß. olei de lilio

lio,adipis gallinæ an̄.ʒ.vj. croci momentum, ceræ q.s.fiat linimentũ ad pudenda. Secundæ contentæ in vtero ex sternutatione disrumpuntur, vteri os aperiunt enchatismata vel suffitus ex decocto maluæ, althææ,acanthæ,artemisiæ,vsneæ, fœniculi, & pessus ex adipe gallinæ, anseris,anatis cum oleo liliaceo,bdellio,& myrrha.

Amuleta. Aëtites si pariendi tempore à brachio ad femur transferatur,prægnans facilius pariet. Varig. Si prægnans parere non potest, hyoscyami radix sinistro fœmori alligato, à partu aufer, Myrep. pennæ vulturis,pedum plantis ligatæ partum facilem reddunt T.P.

De torminibus à partu. CAP. XLII.

EXhibeantur duo vel tria cochlearia olei amygdalarum dulcium recèns facti cum saccharo vel serapio,adianti albi. Vel ℞. corticis vtriusque casiæ, cinamomi,capil.ven.sem.anisi,passularum an̄.ʒ.ij.fiat puluis,datur ex vino albo,à Manlio. Ad idem pul.diacimini ʒ.j.candi ℥.j.datur ex vino albo. Aliud. sem.dauci pisti ʒ.j. ex vino albo tepido bibatur. Vel ℞. pul. diamargariti Auic. aromatici rosati, & diacimini an̄.℈.j.cum saccharo fiant 2.hombi.sumat.Si verò dolor perseueret, dare oportet ℈. j. phylonij cum iusculo gallinæ vel capi. Vngatur venter oleo ane-

thino calido, & contegatur lana ſuccida. Vel ℞. adipis anatis, ſampſuchi an̄. ℥.iij.ß.myrrhę ℥.j.butyri rec.ceræ an̄.℥.iij.adipis anſeris, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, corticis caſſiæ, mellis an̄.℥.iij. aloës ℥.ß.fiat vng.huc refer opiatam Guai.& epithema Salyceti.vel ℞.farinæ florum chamæ.fœnugræci, ſem.lini, cumini, fabarum an̄.℥.j.butyri rec. adipis gallinæ an̄.℥.j.cum oleo ſambucino fiat cataplaſma. Aliud.lutea ouorū cocta, & dura numero ſex, cumini puluerati ℥.iij.cum oleo lilino, & anethino miſta ventri admoueantur.

Ad ventris rugas. CAP. XLIII.

RVgas declinat vng.ex ſucco radicum lilij albi, cum melle albo, & cera ad ignē compoſitum. Confert etiam pinguedo recens, & actu calida, illita nouem diebus, vel meſenterio veruecis vel capræ, aut hœdi calido ventrem contegere, benefacit oleum nucis indicæ illitum. Idem pollet adeps Cygni illitus. ℞. adipis detracti è vulua balenę ℥.vj.in fictili liquato, & cum puluere cornus ceruini fiat vng.quo vēter illinatur. Aqua ex albumine ouorum extillata, & illata. Ad rhagadas ventris, vberum, & fœmorum cinis teſtudinis cum albo oui, vel lacte aſinino adline.

Vt à partu fiat virginalis aſtrictio.
CAP. XLIIII.

AD mentiendam virginitatẽ balnea aluminoſa,& aſtringentia opitulantur. Item peſſi ex ſucco ſem. rumicis acidi, & virentis. Vel ex gallis in aqua maceratis, dein ſiccatis & lana exceptis. Semen oxylapati tritum in vteri ſinu imponitur, vel gallã in aceto maceratam,& poſtea ſiccatã, pulueratam ſuper ſinum ablutum conſpergitur ſubinde. A forma pedis dignoſcitur vulua muliebris, vt ait M. Scot.& eius lõgitudinem medij pedis mẽſuram eſſe autumat.

Virginitatis indicia. CAP. XLV.

DVcuntur ex narium epiſtomiis, ſi credimus Scoto, & Indagine. Itẽ ex ceruice, apud Edoſ. ſuffitu lapidis gagatis, Plin.& lapid. potu carabæ, Alb. ſuffitu lapati, & mictione ſuper maluam viridẽ, Vitalis, apud quem eſt aqua, quæ virginitatẽ arguit. Si quis gagatis fruſtula cum aqua biberit, ſi carnis ſenſerit maculas, extemplo emingit, neque cohibere vrinã poteſt. At ſi virgo biberit, non cogitur meiere, Monſt. Vxorum caſtitatem prodit magnes capiti mulieris dormiẽtis ſuppoſitus. Cor nycticoracis. Ellychnum ammoniaco illitum. Alb. Raz. Myrep.

De

De nympha. CAP. XLVI.

EST caruncula quæ bifariam excreuit inter alas sinus muliebris in pudendo, sed aliquando ad tantam magnitudinē ineptam concrescit, vt sub morbo comprehendatur, curationemq́; exigat.

Præsagia, ob hanc partē quasdam mulieres arrigere in virorum modo, & in coitum prorumpere refert Alsaharauius, & Auic.

Metho m. nympham quòd multò promineat Aegyptij in virginibus excidere cōsueuerunt. haud disparıliter caudatio ab Aegineta curatur.

De vteri strangulatu. CAP. XLVII.

VTeri suffocationis tres sunt differentiæ, prima cum sensu, & motu, rationeq́; integra, sed cum animi defectione est, ac difficili spiratione. Altera sine sensu, & motu, cum obscuro paruoq́; pulsu, & nōnunquam cum insensili spiratione. Tertia in qua cū his crura, & brachia contrahuntur.

Causa. ob retenta menstrua, cohibitumq́; semen euenit. Retenta enim deprauantur. Inde vterus refrigeratur, contrahiturq́; ad superiora, vel in latus, sicq́; cor, cerebrum, & hepar, per arterias neruos, & venas in consensum trahit, à quibus præfata oriuntur

tur ſymptomata. Sed vitiato ſemini maior quàm menſtruis eſt vis ad noxam vniuerſo corpori inferendam. An vterus neruoſus? ſciendum quòd tria ſunt partium ſimilarium genera, exſanguia, & ſinu carẽtia, ex oſsibus copula, ex cerebro, & dorſi medulla neruus, & tonus, ex muſculis tẽdo prodeunt. At ex nullo iſtorum neruos multos ſuſcipit vterus. Qui tamen neruoſus dicitur, quoniã latiſsimè diſtendi, & in breuiſſimum ſpatium contrahi cernitur, ſic veſica, & colis, & vteri cornua dicuntur neruoſa. Alioquin cauernoſum genitalis colem appellant, verùm inter omnes corporis partes, vteri plurimas, & grandiſſimas venas habent.

Præſag. vteri ſuffocatio iuxta circuitũ interdum mouetur, & ſingulis acceſſionibus pręceps periculum affert.

Metho.m. Reuellere oportet euaporationem à principibus membris, eaq́; roborare, ſimul ac euacuare mẽſes, & ſperma elicere, proinde in paroxyſmo, partium infernarum frictiones conueniunt, & ligaturæ artuum, quæ dolorem inferunt. Sicyæ fœmoribus affixæ vtiles ſunt, phlebotomia quoq; ex ſaphea, vel ex malleolis. Interim fœtida naſo admouentur, & circa vterum odorata illinuntur, & ſuffiuntur: nanq; vterus naturaliter odores fœtidos refugit, & iocundis lætatur, vt ait Serap. opitulãtur etiam peſsi emollientes, & aperientes cum rebus

odo

odoratis, Metrenchytæ, & ſternutatio.

Remedia. ℞. olei nardini, & de lilio an̄. ℥. j. in quibus diſſolue moſchi vel ambari gra. iij. fiat naſcale, vt vocant, obſtetrix vtero imponat cum frictione, ſicq; ſperma corruptum eiicietur cum menſtruis. Curat ſtrangulatum, & inſaniam ex vtero. aqua ceraſorum pota ſaluberrima eſt. Puluis cryſtalli ex vino potus ſubitò tollit vteri ſuffocationē. Idem præſtat ſem. dauci ʒ. j. piſta, & ex vino pota. Item nucamenti iuglandis pulnerati ℈. j. ex vino potus. ℞. galbani, aſſæ fœtidę an̄. ʒ. j. cū oxymellite fiant pilulæ, dantur ſalubriter duæ, inſtante paroxyſmo. Valet ad precautionē emplaſtrum ex galbano, ex aceto ſolutum ſuper aluta extenſum, & ſuper vmbilico geſtatum. De amuletis, radix peoniæ appenſa confert, etiam omnibus mulieribus vterariis, id eſt, quę ob frequentes vteri affectus ægrotant.

De vterino furore. CAP. XLVIII.

CONtingit ab ardenti vteri dyſcraſia, cerebro ac toto corpori cōmunicata, quæ ſequitur magna ex parte deprauati ſeminis redundantiam. Vterus frigidis alterandus, vt diacodio: nam aceto, & ſolani ſucco admiſtum, & impoſitum ardorem extinguit. Item ſuppoſita quæ genituram eliciunt, & contrahunt, benefaciunt, vt nitrum, & cardamomum cærato

aſſum

aſſumptum, & impoſitum, vel ruta, & caſtoreum cum myrtino cerato. Item ad vteri maniam confert peſſus ex ſucco plantaginis, & portulacæ, prætere caput irrigationibus, & oxyrhodino roborandum, ne facilè recipiat vapores.

De Vteri procidentia. CAP. XLIX.

SI à cauſa interna contingit, humor eſt plurimus quo laxantur appendices. Vterus prolapſus fœtido odore retrahitur, & grato allicitur, & ſicya magna affixa vmbilico attrahitur. Mulier hydragogis purganda eſt, dein vtatur ieiuna electario de nucibus: curat enim ſuperfluam humiditatem, & fluxum antiquum, refertur ad Christoforum de honeſtis. Aliud. ℞. ſucci cytoniorum, & myrti añ. ℥. ij. coralli rub. boliarmeniæ añ. ʒ. j. miſce, ſumat ieiuno ſtomacho cochlear vnum, conſilio Fauen. qui etiam vterum impellere iubet digitis ex mixtura olei roſati omphacini, & olei maſt. illitis, & mox aſpergere puluere ſequenti, calicis glandium, balauſtiæ, malicorei, myrti añ. ʒ. j. thuris, maſtichæ, acaciæ, hypociſtidis añ. ʒ. ij. fiat puluis. ℞. galliç moſchatç M. ʒ. j. imponatur cerato, vt fundo ventriculi hçreat. ℞. criſpulæ ſeu abrotani fœminæ m. j. contuſa cum oleo à ſemine lini, peſſulo imponatur. Ouum putridum contuſum emplaſtri modo vuluæ impoſitum illico vterum in locum

cum suum impellit, teste Nicolo.

De vteri vlcere. CAP. L.

EST solutio continui cum pure, pus autem est genus ad sordem, & saniem.

Causa. fiunt vlcera in vteris puerperiis purgamentis putrefactis, vlcus ex mordenti fluxione. Item ex tuberculis suppuratis. Ex partu etiam, & abortu nonnunquam vterus exulceratur.

Præsag. diligenter citoq; curanda sunt: quia in loco sunt tenero, multaq; cum eo communicant, si magna non sint, curata celeriter sanescunt.

Metho. m. huiusmodi vlcera, item vesicæ intestini sedis penisq; eadem genere medicamenta requirunt, nempe cicatricem inducētia, instrumenta quoque quibus infunduntur, desiderant, mentrenchytas symphonem rectum, & clysterem.

Auxilia. ℞. aquæ fontis lib. ij. hordei non decorticati ℥. iij. mellis rosati ℥. iiij. bulliant ad consumptionem tertiæ partis, colatum per syringam iniicitur tepidum quater in die. Aliud. lactis ℥. iiij. rosacei ℥. ij. tutiæ præparatæ ℥. ß. aloës ʒ. ij. fiat vng. in mortario plumbi, cuius portio dissoluatur in aqua hordei. Aliud vng. de tutia cōmunis ℥. ij. lactis ouini ℥. viij. misce. fiat collyrium. Aliud. lactis ouini ℥. vj. mellis rosati ℥. j. sumat mane. ℞. succi apij ℥. ij.

myrrhæ ʒ.ß.hydromellis lib.ß.fiat clyſma, detergendo mire ſubuenit. Aliud. fit ex ſucco vel decocto cynogloſſæ. Infuſum ex lacte chalybato optimum eſt. Ad maligna vlcera, fiat collyrium ex aqua hordei, plantaginis vel ſolatri cum mercurio præcipitato. Vel cũ ſucco cynogloſſę, & plant. cum vino granatorum, & modico licio ad ignem inſpiſſata. Aliud. ſapæ ℥.iiij.lixiuij debilis ℥.iij.fiat collyrium. Aliud. ℞.vng.apoſtolorũ, & ægyptiaci añ.℥.j.miſce, infuſum ſalubre eſt. Oleum quoq; momordicæ infuſum ſanat, ſi vera dicit Sardus. Poſtremò vbi probè deterſum emundatumq́; fuerit, benefaciet aqua aluminoſa, ex qua fiat lotio, vel balneum de centaurea, fel terræ nuncupata, poſt vſum iſtorum ſuffitus noſter ex minio ad cicatricem ducit. Item ad vlcus vteri, decocti paſſarũ lib.j. mellis roſati ℥.iij.f.clyſter.℞.ſang.drag.℥.j.cum ſucco plãt. iniiciatur. ℞.tutiæ præpa. ℥.j. cum vitello oui fiat peſſulus. ℞.croci, camphoræ, lithargy. baccarum, lauri cum albo oui, & roſati.f.peſſulus, valet ad vuluæ pruritum, & priapiſmum, purgat putredinem, & ſaniem eroſionemq́;.

De arthetia, arthriticáve. CAP. LI.

Aρθρῖτις eſt dolor non vnius tantùm articuli, ſed multorum ſimul. Et ſi omnia nõ poſſunt ſimul dolere, vt ait Hipp. 2. epi.

in omnibus articulis non eſt arthritis, vt putat Gal. 10. περὶ τόπ. Eſt inflammatio articulis accidēs, quæ magnū dolorem locis patiētibus adfert. In qua tamen nerui, & chordæ non inflāmantur: ſed dolent tantū: quia ſimul cū articulationibus, quæ fluxione implentur, & ligamentis, quæ flexuris circuniacēt, extenduntur. Oportet, inquit Ariſto. ſi aliqua animalis particula moueatur, quieſcere aliquam. Et propter hoc iuncturæ in animalibus ſunt. Differētiæ, arthritis, chiragra, ſchiaſis, genugra, podagra.

Cauſa omnium eadem eſt, ſed gemina, vna eſt fluxio ad articulationes, citra quam haud euenit hæc paſſio. Nam qui nihil colligunt ſuperuacui, his manēt imbecillæ partes ſemper in tuto, vt Gal. ait. Arthritis ex vehementi coryza. 25. contin. Cauſa externa, equitatio aſſidua, motus vehemēs à cibo, balneum, otium immodicum, aſsiduus gallinatū, cotoneorum, & pomorum eſus, legumina, crepala, venus. In ſumma arthritis eſt dea μισόπτωχος, id eſt, odio habens pauperes, quòd ſit Bacchi, & Veneris θυγάτηρ, ſeu filia. Altera cauſa eſt partium imbecillitas: nam quæcunque articuloſis contingunt circa articulos, imbecillitas eorum cauſa eſt. Arthritici vniuerſos articulos imbecilles habent: nā citra imbecillitatem non fiet paſsio iſthæc. Quoniā membra fortia, quod in ipſis redundat, ad infirma delegāt, & hæc rurſus ad infirmiora trāſmittunt, donec in

in partem decumbat, quæ vim excretricem vicinis omnibus imbecilliorem obtinet, & perinde ex se propellere recrementum nequeat. Ex quo patescit quòd in corporis particulis fit idẽ, quod in ea mala republica quam Aristo. vocat ὀλιγαρχίαν, in qua scilicet, qui plus possunt, minus potentes opprimunt. Liquet etiã quòd partes infirmiores omniũ primæ excrementiciis morbis corripiuntur, iuxta dictum Celsi, quoties offensum corpus est, vitiosa pars maximè sentit, hoc est, imbecillis. Est autẽ imbecillitas naturæ robori contraria, prouenitq; ob dyscrasiam vel propter meatuum ametriam. Vocantq; partem imbecillam quæ natura est intemperantior, vel quæ ex præcedẽti aliquo morbo intemperiẽ contraxerit, vel quæ in præsenti tempore in hanc sit producta. Membrum facilè recipit fluxionem ob raritatem sui, aut viarum amplitudinẽ, aut situm inferiorem, vt sentit Serap.

Digno. Quando nulla ex causis euidẽtibus præcedente, membrum confestim patitur inflammationem, ea quæ hanc passionem generat causa, fluxio vocatur, ipsa verò passio dispositio fluxionis. Facilè reperibiles sunt tristãtium humorum differentiæ: nam coloribus symptomatis, experientia pharmacorum quæ offeruntur, præcedenti diæta, anni tempore, aëris constitutione, regionis situ, laborantis ætate, & temperatura, habitudine, indi-

cantur, fluxio ex pluribus constans humoribus cognitu, curatuq; difficilior existit. Propter fluxionis diuersitatem ne cognosci quidē planè, nedum ad vnguem curari potest, vt censet Trall. Notandum quòd artuum dolor qui ex siccitate efficitur, vel ex simplici qualitate, arthritica non est.

Præsag. Articularius morbus est hæreditarius, quoniam sperma est secundum complexionē generantis, vt loquitur Auic. In infantibus, & pueris vitæ breuitatē significat: quia in hac ætate omnes naturales actiones maximè firmæ esse debent. Senes autem, & conualescentes huic malo sunt obnoxij: quia malè cōcoquūt. Arthris orta post colici doloris curationem: nam roborata intestina cōsuetas interdum superfluitates non suscipiunt, quare expelluntur ad iuncturas. Ipse vidi articulorum vitia ex diarrhœa ante sufficientem corporis purgationem adstricta. Arthriticis, & podagricis febricitantibus maxima ex balneo vtilitas. 11. ther. Articularius morbus insanabilis est, vt putat Aretæus, sed fallitur: quia in principio (vt inquit) nullus causam legitimam explicat.

Metho. m. In inflammationibus, quarum causa est fluxio, oportet principiò curationis optima fieri: nam si errata contingunt, difficulter sanabiles faciunt dispositiones. vt si nulla de toto corpore prouidentia habeatur, etsi calefiat, aut humectetur

etiam

etiam membrum. Igitur totum corpus euacuare congruis euacuationibus conuenit, & partem inflammatam perfundere,& illinire his,quæ influentis humoris repellendi vim habẽt, & quod in affecto loco continetur inanire, roburq; ac virtutem affectis partibus inſerere.

Remedia,ſi Aegrotans multo ſanguine abundet, fortiter euacuabis,nõ ſolùm ſemel, ſed iterum atq; iterum & pluries detractione paulatim repetita. Etiam in omnibus diei horis venam ſecare conſulit Aet.modò ex ventriculo cibus ad inteſtina fuerit dilapſus:verùm ſi fluxionem ocyſſimè reuellere expedit,epaphæreſis non videtur ex vſu,ſanguinis miſſio inter initia ſtatim facta, ſæpe annuam, nonnunquam perpetuam valetudinem præſtat, vt ait Celſus.conſtat ſatis quod venæ ſecandæ electio,ex laborantis parte indicatur.Apparantia in cauſa calida ſunt ſy.roſatus ſimplex vel è roſis ſiccis,ſy.myrtinus,de iuiubis, de granatis,de pyris,ſyr.de ſucco citri,de ſucco rhamni vel oxyacãthæ:diluuntur cũ duplo aquarum oxalidis,portulacę,plantaginis,ſolani.infrigidant,& incraſſant eoq; fluxum cohibẽt.

Ab horum vſu fœliciter purgat electarium de ſucco roſ.elec.roſatum M.apozema quod recipit corticum myrobala.citrarum ℥.j. polypodij, ſenæ añ.ʒ.j.hermodacty.albi ʒ.ij.ſe.intybi ʒ.ij.rad. dulcis ʒ.ij.paſſul.℥.ß.f.decoctio colata ad lib.ß. ℞.huius

decocti ℥.iij.ſy.roſati laxatiui ℥.ij.f.potio.huc refer pilulas de hermodactylis minores,& pilulas Mãſoris quæ accipiunt aloës ʒ.j.dacridij grana v. roſarũ rub. piſtarum ℈.ß. hermodactyli albi ʒ.ß. formentur pil. Die ſequenti purgationem Aeger ſumat ſequentem bolum per v. horas ante prãdium. ℞.theriacæ rec.ʒ.j.conſeruæ roſ.ʒ.ß.

De topicis remediis, quæ ſubinde mutare conuenit, prius quàm excalfiant,vt docet Scribonius, opiferæ ſunt irrigationes ex roſaceo , cũ aceto veteri vel ex ſucco plumbi cum ſucco plantaginis. Vel ex roſaceo cum betæ ſucco. Valet ſplenium imbutum muccagine tragachantæ , extracta cum ſucco mercurialis. Ad vehementem dolorem opitulatur illitio ex aqua endiuiæ,aceto , & ceruſa. ℞. roſacei,olei violati añ. ℥. j. croci ℈. ß. camphoræ gra.ij.lutea ouorum tria.fiat linimẽtum. Benefacit & cataplaſma ex molle panis macerato in lacte bubulo additis vitellis , & roſaceo. Medetur item muccago ſe.pſylli cum hordei farina , & roſaceo impoſita , pauco etiam aceto ad penetrationẽ addito. Imponitur, & ſapa cum roſaceo. Aliud quod cruciatus maximos mitigat,braſsicæ coctæ, & cõtritæ fæcis aceti lutea ouorum bina , roſacei q. ſ. miſce. Ad bilis pallidæ fluxum repellẽs , & anodynum fiat malagma ex muccagine ſe.lini,fœnugræci ſem.pſyllij cum puluere roſarum ſiccarum.Inter

mem

membrum mandans,& partem affectam, agglutinatoria opifera ſunt, ex bolo armenia, terra ſigil. cum roſaceo,& aceto, vel cum liquore oui conleuato, deinde affuſo ſucco omphacis vel plant. huiuſmodi præſidia influxum arcent: quia infrænant, incraſſant, opilant, roburq; partium confirmant. Ad idem illitio fiat ex acacia, hypociſtide, lycio, & mentha. Intercipitur etiam fluxio per ſicyas.

Contrarius in morbo victus: ſit ergo refrigerans, ſed non humectans, quoniam humiditas auget fluxiones. Eos ergo enutrire oportet cibis acidis, & auſteris, vti ſunt mala, pyra, ſorba, meſpila, vinum rhoite, caſtaneę, caro bubula, pedes hœdi, veruecis elixi. In bilioſa enim inedia lædit: quia bilem reddit acriorem. At vbi extremi dolores excruciant, tenuis victus eſt ex vſu. Certè vitanda ſunt, quæ plurimum nutriunt, & quæ flauam, aut pallidã bilem generant, ira quoque, & iracundia. In ſanguinea ab omni cibo, & motu, & à vino abſtinendum.

In pituitoſa arthritide, fluxio per ea auertitur, quæ materiã diminuunt, ſiue per vomitũ, ſiue per deiectionem, ſed deiectio tutior eſt: ſi enim in ventriculum pituita violenter attracta non euacuetur, periculum inducit. Et ſola purgatio ſæpe ſufficit ad affectionum fluidarum curationẽ. Apparatur materia ex melle roſato colato, diluto aquis betonicæ, ſaluiæ, abſinthij, hydromellite, ſyr. de cortice citri,

ſyr. de agrimonia. purgatur verò ſyrupo de turbit Raſis, vel noſtro de agarico, vel puluere turbit quod recipit turbit ℥.j. non debet multum conteri ne adhæreat vẽtriculo, hermodacty. ℥.ß. zinzib. aniſi añ. ℈.j. zucchari ℥.j.ß. ſumat per ſe, vel ex vino albo. vel ℞. hermo. ℥.v. maioranæ ſiccę, ſacchari añ. ℥.x. f. puluis, ſumat ℥.iij. Iſtis licet addere dacridium, ſi vna cum pituita cõfluat aliquid bilis, vt ferè fit. Terebinthinæ ℥.ij. ex ouo ſorbili deuoratæ dolores iuncturarũ ſanant, inueteratos iuuant. huc pertinent pilulæ de hermod. maiores M. de myrobal. & arthritice Nicolai diacartamũ. A purgatione ſumat ℥.j. theriaces rec. per ſex horas ante prandiũ.

De localibus conferunt repulſoria, quæ ſimul leuiter calfaciant, vt ait Aetius: ergo quædam ſine frigore repellunt, vt teſtatur Celſus, & Aurelianus. ſotus frequens ex aceto acerrimo, in quo ſint elixata origanum, ſaturegia, calamintha dolorem mitigat, & aliud renaſci rheuma inhibet. Barbaſcus anguſtiora folia habens, tritus & impoſitus, dolorẽ intra paucas horas ita tollit, vt facultatem ambulandi reſtituat. Radix artemiſiæ præmanſa, & cõmeſta intolerabiles podagræ dolores cũ omni celeritate coërcet. Eadem herba cum oleo ſubacta, & impoſita neruorum dolorem, & tumorem mirificè ſanare, dicit N. Alex. Cinis braſsicæ ex axungia leuamentum præſtat, ſed mirè lenit ſi recẽs eſt, vetus,

tus, ſalſa ocyus diſcutit, & diſsipat dolorem, & tumorem. Muccago ſe. fœnugræci ex poſca extracta per elixationem, & adiecto poſtea melle, recocta, efficax eſt, ſi triduo hæreat. Anodyna ſunt malagma cum ſapa, & furfure, vel farina hordei ad ignẽ commiſta. Ad idem valet cataplaſma ex lomento fabarum cum roſaceo, & oleo chamæmilæ, butyro rec. adipe ſuilo, ad ignem commiſtum, in fine addantur lutea duorum ouorum, croci ℈.j. Aurea anglici dolores lenit ſuperpoſita.

Victus ratio tenuis, ſalubris: nam inedia, & fames ex accidenti corpora purgat, famem verò natura pituitoſi facilè tolerant. Itaque humidis corporibus fames conuenit, corpora enim ſiccat.

De chiragra, & podagra. CAP. LII.

ILla eſt vitium articulorum, inflammatio ſcilicet, in manibus, quẽadmodum podagra in pedibus, ſunt ex genere arthritidis, & præcedunt, vt plurimum morbum articularium. Podagra vehemẽtior eſt omnibus qui in articulis gignuntur doloribus, longiſsimusq́;, & liberatu difficillimus. Vere, & autumno magna ex parte mouetur. In verè quidẽ ex copia, in autumno verò ex qualitate humoris. Vt plurimũ accidit paruos pedes habentibus, vt ait Zoar. podagra ſenes ad mortem comitatur. Puer podagra

non laborat ante vſum venereorum. Si quis puer podagra corripitur, vna & genuũ articuli manuũq́; intumeſcunt. Eunuchi podagra non laborant. Neque mulier niſi menſtrua defecerint ante, fluxio tenuis ſubſtantię tempore breuiori diſſoluitur. Craſſa verò vel tenax lõgiori. Podagricis aliquãdo oſcheũ longiſcit, laxata ſcilicet ſcorti cute. hinc fit rhacoſis, cui ſpuma cochlearum illita teſtibus, medetur.

Metho. m. vtraque curatur auerſione per ſanguinis miſſionem, in chiragra quidem ſi vtraque manus afficitur, ex vtraque ſaphæa, vel reſaratis hæmorrhoidibus. In podagra verò confoſſa vtriuſque cubiti inter interna vena, ſi vterque pes atrocitate doloris afficitur. Mox repellentibus vtendum quæ fluxionem cohibent, deinde ſcrapiis, quæ materiã infrænãt, & cõcoquunt. Ab his catharticis vtendũ quæ cacochymiã deturbare queant, de quibus in præcedẽtibus plenè mentionẽ fecimus. Anodyna negligenda non ſunt, nec quæ diſcutiunt in declinatione omittẽda. Iuxta illud Gal. in principio inflãmationis vim repulſoriam eſſe validiorẽ oportet, in augmento hæc imminuẽda, quæ digerit virtus augenda eſt, in vigore pares inuicem eſſe conuenit facultates, niſi vehemens dolor pharmacum leniens requirat. At in declinatione vim digerendi augebis. Diſcutiunt autem ceratum ex muccagine fœnugræci, & lini cum oleo lilino, & cera facto,

em

empl. diachylum ireatum. Sanguis leporis adhuc calens illitus, podagricos perfectè ſanat. Kirano teſte, Pompeius podager merſit in triticum ſeſe, ſupra genua, leuatusq; eſt, ſiccatis pedibus mirabili modo, vis tanta eſt ſiccandi vt cados plenos ſiccet, vt refert Plin. Podagricorum doloribus confert ſi quid aliud ſarcophagus humores extenuando, ſed & acetum acerrimum dolore, & ſenſu priuat, euocat enim quod intus eſt, attenuat, & diſſoluit, ideoq; ſtrenuè ſiccat, vt inquit Card.

De narcoticis. CAP. LIII.

PODagricos dolores, & tumores frigida aqua largè effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorē ſoluit. Agrippa à podagra vehemētiſſima euaſit demerſis in acetum calidum cruribus. Ad omnem podagram, torpedo viua vel nigra ſubdita pedibus tollit dolorē, & in futurum remediat, ſi credimus Largo. Oleum de turpena eſt mirabile epiplaſma, ſeu mitigatorium, ſi illinatur. Idem præſtat, & præſeruat oleum de torpedine viua. Podagricis, & doloribus omnibus optimum remedium fit ex aceto cum melle, & lolij farina ad ignem decocta vſque ad craſſitudinem, & imponitur cataplaſma ex mica panis cum lacte, & ſucco papaueris ſolani, & croco. Illitus ex butyro cum

man

mandragora mitigat dolorē podagræ. Succus hyoſcyami plātæ pedis adhibitus, tumores podagricos calidos, & frigidos diſpergit, doloresq; mitigat N. Alex. Malagma ex radicibus cicutæ elixatis, & per ſetacium traiectis. Aliud ex radice alterci aſſata ſub cineribus, & cribrata cum oleo chamæmeli. Sed prolixo tempore adhærere narcotica non ſinas, & ſtatim ſtupefactiuo ablato pars affecta oleo lilino, vel chamæmilino calido foueatur.

Amuleta. podagram ſanant pedes ranæ ligati in corio cerui, & ſuper podagrici pedes poſiti. Ad idē crus, & corium cauillæ vulturis pedibus ægris ad alligantur, pes item teſtudinis dexter ſupra ęgri pedem dextrum, & ſiniſter ſuper ſiniſtrū, applicatur. Ad chiragram ſimiliter, dextra teſtudinis manus ad dextram affectam imponitur, & ſiniſtra ad ſiniſtrā. Calcaneus aquilæ ligatus ſuper ægri pedem à tali affectione liberat. Magnes item, ligatus ſanat. Ex Raſio. Nerui vulturis talliq; leporis adalligātur. Cutis phocæ ſi pedibus ſubſternatur. Magnes, aut Aetites geſtatus, ex Trall.

De iſchiade coxendicum morbo. CAP. LIIII.

ISchias ex genere arthritidis eſt, quæ oritur ex humoris redundantia, quæ affectam occupat coarticulationem, qua expleta in omnem partem circum ſitæ ner

neruoſæ particulæ tenduntur, & ex his dolor oritur. Inruens humor aliquando ſanguineus eſt, vt plurimum verò pituitoſus, aut ex pituitoſo, & bilioſo miſtus, aut etiã ſanguine cum ipſis permiſto. Interdum etiam ex humore crudo efficitur. Cauſa externa equitatio, libro de aëre & aqua.

Digno. differentiæ affligentium humorum facilè depræhendi poſſunt, vt in præcedentibus explicuimus.

Præſag. coxendicis dolore enectus. 5. epi. Dyſenteria coxẽdicum morbum corrigit, Aet. Iſchias ob equitationẽ accidit, libro de aëre, aquis, &c. Quandoque in ſuppurationem tranſit, quem tranſitum in Calceario Viẽnæ vidimus, & curauimus. Iſchias rarò fit è ſanguinis multitudine, & curatur citiſſimè ſecta vena iuxta talos. hocce remedio Lugduni confeſtim ſanauimus Do. Canapeum regali ordinis equitem, centumq́; nobilium anteſignanum. Mucores ſuperueniunt à coxendice moleſtatis 6. apho. à diuturna vexatis ſi excidit coxa, his crus tabeſcit, & claudicant ſi nõ vrantur, inibi 60. Coxam excidere, id eſt, caput fœmoris. Si coxæ articulus in exteriorem partem prolabitur, minus impedit greſſum, quàm ſi in partem anteriorem. Qui habitiores ſunt, his articuli ægriùs excidunt, ac reponuntur, quoniam carnis copia vndiq; conſtringuntur. Cõtra his qui emarceſcunt, relaxatur cutis

eius

eius carnis, quæ commiſſuram complectitur, parumq; prohibet quominus articulus excidat, & reuertatur, ferè enim circa articulos mucci redundãt magis in gracili, quàm in pleno. Nam caro graciliũ qui arte non fuerint rectè extenuati, muccoſa magis eſt, quàm eorum qui pleni ſunt: quia caro non ſtatim ſicceſcit, ſicut in illis qui arte rectè ſunt extenuati, ſed liquatur, & madẽtior efficitur, vt in his apparet qui fame, ſeu anorexia, ſeu obſidione, ſeu luctu, ſeu mœrore alimenti non ſatis ſumentes extenuati ſunt, & mœrorem Græci poëtæ μελεδῶνα, ideo dicunt, quaſi membra edat, deuoretq;. At graciles natura, vel qui arte rectè extenuati ſunt, quum ſint temperamenti ſiccioris, non habent carnem muccoſam, ſed muſculos optinent robuſtiores, qui commiſſuram coerceant.

Metho.m. eadem medendi ratione qua articularis morbus, curatur. Niſi quod ſchiaſis repellentia non admittit. Circa coxæ iuncturam, inquit Galen. repellentibus vti non debemus: quum enim in alto ſita ſit, humor ex ambientibus locis ad ipſam impellitur repulſoriis, atque ibi retinetur, ſed materia ex alto ad ſuperficiem coxendicis trahenda eſt. Mitigatoriis igitur in principio vtendum eſt ad coxendicem (in quibus Aetius addit papaueris calyces) non item acribus. Acria enim localia ante corporis totius euacuationem nocent, non ſolùm quia

quia attrahunt, ſed etiam quòd materiam coniunctam digerunt, ac fermè aſſant, vnde condenſatur, inſpiſſatur, viſcoſaq; fit, haud diſpariliter in dolore humeri non eſſe repellendum monet Nicolus, ne materia in thoracem confluat in corde, & pulmones. Rurſus ait iſchiadis curatio difficilior eſt reliquis arthritidum generum curationibus, propter iuncturæ altitudinem, difficilis etiam eſt gonagræ ſanatio, poſtea humeri. Iſchiæ dolor muſica curatur, teſte Theophraſto, & Gellio: quia vis animalis per conceptũ à loco paſſo auertitur: qua de re plene ſcripſimus cap. de dolore. In coxendice à ſanguine orta primũ cubiti vena ſecanda, ob plethoram vel reuulſionis cauſa, deinde interna iuxta talos ſita, aut quæ iuxta poplitẽ eſt deriuationis gratia, Gal. inquit, memini me iſchiadas vno die facta ex crure euacuatione, curaſſe. Licet ratio dictitet ſectionẽ venæ coxendicis, & ſaphenæ iuuamentum non abſimile præſtare, experiẽtia tamen comprobatum eſt, longè efficaciorem eſſe vtilitatem inciſionis venæ coxendicis in dolore coxendicum. Et id fortè propter eius rectitudinem prouenit, vt retur Auic. In defluxibus ad coxam venas quæ poſt aures ſunt ſecare conuenit. 6. epi Quum morbus incipit, vtranq; venam quæ ſecundum aures ſeca, Hippo. libro de aëre, aqua, &c. Si fluxio ſit à cacochymia purgãda, purgatione ſucco accommoda-

ta. Vomitus iſchiadicis commodi, amplius quàm per ventrem euacuatio: quia retrahit humores infra repetentes.

Remedia. ℞.decoctum ex raphano ad lib.ß. ſyr.acetati ſimplicis vel oxymellitis ℥.ij.miſce pro vomitorio. Purgatio per clyſterem ſimplicem primùm admouenda, & die ſequenti per acriorem, qualis fit ex decocto radicum cucumeris ſyl.in tenues partes conciſæ,& addito melle infunditur, & citra omnem mordacitatem euacuat,fortiores fiũt ex decocto centaurei minoris,qui bilioſa, & craſſa extrahunt. Et quum adeò vehemẽter operatur, vt cruenta euacuet, tunc plus proderit, vt ait Gal.ſed podici fomentum apponere oportet, quo diutius infuſum contineatur.

Cur clyſmi acres,& qui cruenta educunt iſchiadicis conferunt? An quia venæ inteſtinorum continuitatẽ habent cum venis meſenterij, & hæ cum venis coxendicis propter affinitatem?

Materia frigida, & crudus humor apparantur pro pomatibus, vti ſunt aqua mulſa, mel roſatum, oxymel,ſy.de betonica,ſy.de iua N.ſy.de ſtœcade, diluantur aquis ſaluiæ,& agrimoniæ. Poſtea cõcocta materia expurganda,per ſyr.de agrimonia, qui recipit agrimoniæ,matricariæ, primulæ veris, anthos añ.m.j.ſaluiæ,nepitæ,mentaſtri añ.m.ß.ſem. peoniæ, & radicis eius añ.ʒ.ij.maioranæ,fœniculi

añ.m.

añ.m.ß.cinamomi,nucis moſchatæ,cucubæ añ.ʒ.j.ß.agarici tro.℥.ij.hermod.alborum ℥.j.aquæ ſaluiæ,& fœniculi añ.lib.ij.ß.bulliant ad tertias,& cũ ſaccharo, & melle fiat ſyrupus longus, doſis ℥.v. plus minus ſecundum ægri vires. Purgant etiam fœliciter pilulæ ex hermodacty.maiores, ex colocynthide,aggregatiuæ M. pilulæ de benedicta N. facilius affectio deſtruitur, ſi aſſiduæ præſidiorum permutationes fiant,vt ait Aetius.

De topicis mitigatoriis in principio vtendũ eſt, quæ nec refrigerẽt multum,nec fortiter calfaciant: exacerbãtur enim per ipſa fluxiones, caliditate nimium plus attrahente ipſas,quàm impediente.Papaueris calices in aqua mulſa coquito, quibus reiectis cum farina hordei mulſæ eidem incocta fiat cataplaſma.Optimum eſt malagma ex fœnugręco in poſca cum melle cocto. Aliud. excellens fit ex cribratura radicum ſymphyti cum manna thuris, & ouorũ albo,& luteo,& adipe ſuillo veteris. Irrigatio iſchiadica fit ex decocto corticis, radicis vlmi.Itẽ ex oleis anodynis, & calidis,vt nepitæ: nam materia valenter foras ex profunda cotyle trahenda eſt,ob id admouetur.Inſpergimen lenitiuum doloris.℞.picis aridæ ℥.j.ſulfuris ʒ.j.terito & miſceto, ac lota coxa ex vino calido dum locus adhuc calet inſpergito, & charta contegito, & donec ſua ſponte decidat ſinito.huic morbo etiã dicata ſunt

empl.cæroneum N.empl.de ebulo fornarij,vng.&
empl.Tornamiræ. Dialthea cum adipe anſeris illi-
ta.℞.empl.diachyli,empl.de meliloto añ.℥.ij.em-
pla.relati ad Andromachum ℥.j.miſce. Aliud.tere-
binthinę,ceræ nouæ,picis albæ añ.℥.ij.liquatis ad-
de maſtichæ, thuris, myrrhæ añ.℥.j.gummi,traga-
canthæ añ.ʒ.j.f.empl. Aliud.illine mel ſupra coxã,
mox ſemen naſturcij pulueratũ inſperge, locumq́;
tege aluta.℞.roſacei lib.ß.lutea ouorũ x.conqua-
tentur in ſartagine ſuper cineres calidos vſque ad
ſpiſſitudinem.adde croci ʒ.ij. ſtatim dolorẽ ſedat.
Aliud.roſacei ℥.iiij.olei de coſto, & è mandragora
añ.℥.j.ß.ſerapini,opopanacis,reſinę añ.ʒ.j.ß.cerę
q.ſ.fiat vng.molle. Aliud,ſulfuris puluerati ℥.j.cum
pice,& oleo nardino fiat empl.huc pertinent ſina-
piſmi,& phœnigmus,id eſt,cutem rubefaciens. Ad
atrophiam confert oleum ex pice extillatum, & il-
litum. Cauterium calidum vel frigidum in ſylueſtri
parte ſub genu per palmũ antiquas ſchiaſes ſanat.
fieri poteſt ex calce viua cum ſapone molli, vel ex
radice iberidis recenti tuſa cum axungia veteri, &
per quatuor horas ſi patiens perferre queat.

Amuleta, Ad coxendicẽ radix cyclamini collo
appenſa confert, Myrep.

In ſumma ſchiaſis curari debet hoc ordine:pri-
mùm materię communes à viis ductuum vacuãdæ
ſunt, proprias verò diminuere catharticis, & auer-
tere

tere oportet, ne in causam transeant coniunctam. Residuum conuenit, & concoquere, & abeuacuare, vrinas ciere, & sudores prouocare, postremò membri mittentis dyscrasiam corrigere, & partem affectam confirmare vtile est, ne illa facilè recipiat superuacanea.

Victus ratio, tempore exacerbationis sorbilis sit, & modica, per interualla solidior, & impinguans, & reparandis viribus magis accommodata. Nam carnis incremento præ omnibus ischiadici opus habent. Aluo constricta premuntur, & aggrauantur articuli, sed nō assiduè profluat, id enim imbecilles reddit. Et quod cum purgationis impetu à toto corpore attractum est, id ipsum vicinas partes replet. Tibiæ sono ad incolumitatē restituisse plures Bœoticorū ischiade laborantes Ismeneas Thebanus dicitur. vide Philelphi conuiuia, & Gillij accessionem, apud Aelianum.

De gonagra seu gonyalgia. CAP. LV.

GEnuum grauitas purgari inferius oportere significat: nam pro motu noxiorum humorum oportet euacuationes facere. Genuū dolores qui inueterauerint, vix citra vstionē finiūtur, vt ait Celsus. Genuum morbi sunt gonyalgiæ, rheumatismi, tofi. Genuū dolores fiunt ab orobo, si eo vescamur. Ad genuū dolores,

illos emendat emplaſtrũ de fimo capræ cum poſca compoſitum. x. S. vel quod recipit farinæ hordei ℥.iij.fimi capræ ℥.j.ß.cum oxymellite fiat. Vel ℞. farinæ fabarum furfuris, piſti,florũ chamæmeli añ. ℥.j.fimi caprini añ.℥.ij.bulliant in q.ſ.poſcæ, & ſæpe vſque ad ſpiſſitudinem:in fine adde olei anethi & chamæl. fiat empl.dolorem genu antiquum, & tumores ſanat,à purgatione cacochymiæ.

Ad iuncturarum tophos empl. de caſeo veteri & acri ſoluto in cruris ſuilli ſalſi decocto x.S.Empl. Zachariæ apud M.ceratũ Cermiſonis.Aliud Aetij, granũ cnidium deſquamatũ internum cum myrrha,& aceto terito ac illinito,vſq; ad exceſſum mirabile eſt.

De præcautione morbi articularis. CAP. LVI.

PRophylactice pars artis eſt, quæ inſtantem morbum declinat, vnde arthriticis, calculoſis,cæteriſq; corporibus conſulit qui medium ſtatum optinent, inter ea, quæ exactam ſanitatem habent, & quæ iam ægrotant.huius eſt morbificam cauſam in corpore exiſtentem, nondum tamen morbum facientem abolere,proinde Tral.Quibus,inquit,articulorum dolor certis temporibus reuertitur, hi ante id tempus rheumatiſmum prohibere debent, prohibentur autem phlebotomia,aut purgatione in vere facta.

cta. Nullum omnino morbum ſentiet, qui prohibebit ne in cruditatem incidat, ſiue ea boni ſiue mali ſucci cibis ſuccedat. Prouidebit autem ſi cibis qui carent ſucci vitio, viasq́; non impediunt, frugaliter ordinateq́; vtatur, & exercēdi corporis, animiq́; curam habeat.

Arthritici carnoſi, craſſi, & pingues extenuantia requirunt, quæ gracilibus ſunt inimiciſſima. Nam ea non modò totum corpus, ſed etiam pedes, interim verò manus in grauiſſimum ſtatum ſiccando perducunt, vnde diuretica non niſi in obeſis, & in pituitoſa arthritide conueniunt.

An ad præcautionem vti liceat catharticis, quæ à iuncturis attrahant? Moſes 9. apho. cōcedit tanquam ſalubria, Graduenſis vetat. In præcautionem non conueniunt hermodactyli, ſecundum Raſim. Celſo placet purgatio ex lacte aſinæ. Al. B. dicit quoſdam liberatos fuiſſe potu lactis aſinini, vel ſeri caprini. Alij fœliciter purgātur decocto polypodij cum aniſo x. diebus. Ipſe ſoleo ad præcautionem præſcribere clyſmum mollem, & bolum caſſiæ nigræ, vel ſyrupum roſaceum ex nouem infuſionibus cum decocto corticum myrobalanorū, citrarum, indarum, chebularum, deinde apparare materiam oportet, & coctam expurgare pilulis maſtichinis, fortiores ſunt pilulæ Manſoris, vel Chariocoſtinon quod accipit hermo. dacridij añ. ʒ. j. cinamomi, ga-

ry.costi añ.ʒ.ß.zinzib.ʒ.ß. trita & cribrata excipiuntur serapio ex melle, & vino albo confecto, dosis à ʒ.duabus ad ℥.ß.refertur ad passion. ℞.iuæ pulueratæ ℥.ij.cum terebinthina f.pilulæ ad vsum frequentem.Non vidi,inquit Rasis,medicamen ad podagram vtilius oleo granorum vesicariæ sumpto in potu cum modico oleo amyg.dulc.& sacchàro. Theriacæ vniuersis articularibus morbis auxilio est.Viperarum esus omnibus arthriticis plurimum cõmoditatis affert, exigit enim per cutem omnia redundantia excremẽta siue calida siue frigida fuerint,quę morbi sunt causa.Nisi eorũ corpus per insensibilem, & obscuram trãspirationem, aut sudores naturales euacuetur, valde cõfert vsus antidoti ex cinere cancrorum Aetij. Ossa combusta admodum digerentem, & exsiccantem vim obtinent,& maximè humana,epilepsiam, & arthritim pota sanant. 11.S.Aetius commendat ceruina,& bubula. Aliud. ℞.tali suilli combusti ℥.ij.pul.herbæ aiugę, id est,iuæ ℥.j.liquir. ʒ.iij.fiat puluis, sumat ʒ.ij.per horam ante prandium. Conseruæ satyrionis vsus præseruat à gutta,vt ait Valescus.

Sal in oleo contritum,& articulis cum frictione impactum ad declinandum podagram magnificè adiuuat: nam frictione pori aperiuntur, sale superfluitates consumuntur,oleo dolores mitigantur,sal bulitum cum oleo, & supra positum neruos cõfortat.

tat. Idem præſtat aqua marina: nam piſcatorū corpora videntur cornea, vrina etiam podagricis medetur, argumento fullonum qui ea nunquam tentãtur, ex Plinio, & Raſio. Lotio ex vrina muli opitulatur, mulus enim reſiſtit podagræ ex natura ſua, ſpongia ex aceto cum ſale madefacta locis affectis circunpoſita à fluxione immunes reddit. Cauteres laudantur in curatione: ergo & in præcautione bene faciunt, ſi præſentium, & futurorum vna cōmuniſq; medēdi ratio ſit, vt innuit Hipp. 2. apho. 29. & Gal. lib. de phlebo.

Victus ratio exercendi corporis, & animi ac bene ſemper cōcoquendi cibi, curam habere docet, peſſima omnis valida à cibis motio. Equitatio podagricis, iſchiadicis, & cui genua dolent, inimiciſſimum. Illis officit ſuſpenſio pedum, & ira. Venus omnes articulari morbo obnoxios lędit. Auſtri diſſoluunt, & corpora humectant. Aquilones ſi dolor aliquis obſederit, dolorem augent. Vere articulorum dolores, autumno coxendicum.

Si ex phocæ, leonis, lupi, aut vulpis corio elaborato calceos quis geſtet, pedes non dolebit, Gal. Valerianus, prodeſt in duplici calceo pellem caninam habere. Scribonius. fibrinos calçeos ſeu ex pelle fibri caſtoris've vtiles eſſe aiunt Plin. & Al.B.

Qui pane hordeaceo vtuntur morbo pedum tentari negant. legumina comeſta infirmant crura.

qui orobum comedunt genuum dolores patiuntur. 2. & 6. epi. poma neruos lædunt, Dio. & mala punica secundum Trall. pyra bona sunt podagræ, sed alij fructus nocent. 12. cont. brassicæ esus salubris, apud Plin. sed Trall. non admittit, licet vsum bubulæ carnis cōcedat. Vetustæ gallinę insalubres, Arnal. Vinum ieiunis potum neruosam substantiā promptissimè offendit. Quidam vino neglecto, & annuo aquæ potu vsi, eo cruciatu toto vitæ spatio curati sunt, vt asserit Celsus, sola vini abstinētia per vniuersum vitæ tempus à podagra sanguinea vindicat, testib. Trall. Aeg. Aetio.

De dorsi lumborumq; dolore. CAP. LVII.

LVmbago vitium est, debilitas've lumborum, vnde elumbi dicuntur ac delumbati, qui præ lumborū debilitate vel dolore sese non possunt erigere. perdix, inquit Plin. astu delumbem sese simulat. In lumbis spōdylorum moles est memorabilis, hac parte, interna vena caua, ac magna arteria eis incumbunt.

Causa externa, aër admodum refrigerans: nam dorsi partes sunt paratiores ad suscipiēdam & sentiendam frigiditatem. Venus immodica, labor in leuando, vel onera baiulādo, vel percussio quæ delumbare vel lumbos perfringere potest, lumbi imbecillitantur lumbare strictè, aut zona. Ex multis

etiam

etiam cauſis internis fieri poteſt, nempe à ſanguinis copia in vena chyli,& hunc venæ ſectio ſoluit, ab humore acri neruos,& muſculos pungēti, à pura bile,à pura pituita, à defluente humore ſolo, ſed magna ex parte craſſo, ac flatuoſo ſpiritu aſſociato,à vitio renum per conſenſum.

Digno.petenda ſunt ex ægrotantis narratione, ex habitu, & corporis craſsi, atque ex præcedenti victus ratione.Multæ in lumbis ſunt partes. Dolor fit in cōcatenationibus ſpondilium dorſi, & quandoque in collo. Affecta dorſali medulla ſenſus torporis erit.Ex vertebris accipiunt officiū ſuum manus,vnde ſi dolor fuerit in cubito, ſignificatur ſpinalem eſſe affectionem ex conſtipatione,punctione,aut ex alio quouis morbo,inciſa autem vena in brachio ſoluit dolorem:quia cauſas abſcindit.

Præſag.lumbis dolentibus,ſtomachi dolores accedentes, ſigna ſunt eruptionis ſanguinis hæmorrhoidarum.

Ex copia in venis aceruata dolor lumborum,& ſtomachi fit,vnde varicibus ſuperuenientibus ſoluuntur nonnulli affectus pertinētes ad lumborum regionē. Ex lumborum recurſione oculi peruerſio mala. Qui cum febre circa lumbos,& inferas ſedes fiunt dolores, ſi ſeptum tranſuerſum relictis inferis ſedibus attigerint,letales admodum ſunt. Lumborum dolor perſeuerans tympaniam inducit. Lum-

borum dolor ſignificat purgationem debere fieri per inferius. Lumborum dolore ſuperueniẽte, quibus ilia ſuſpenſa ſunt obmurmurantia, his alui humectantur.

Metho.m. curatur per cauſarum ſublationem. Quicunque dolores ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit. Et ſecundum quod humores repunt, oportet facere euacuationes per loca opportuna. Si verò ex cacochymia naſcitur dolor, illa purgatione accommodata curanda, per cholagoga, phlegmagoga, melanogoga, vel per ea quæ flatus digerunt. Dolor à cauſa frigida de ambulatione, & exercitatione ſæpe finitur. Itẽ humor frigidus concoqui debet melle roſato, oxymellite, vel ſyrupo agrimonię, cum duplo aquarum betonicæ, ſaluiæ, primulæ veris. Mox purgãdus eſt pilulis fœtidis hiera, colocynthidis, pilulis de dẽde, de opopanaco, de euphorbio, catapotiis de agarico, vel agarico tro. Olea illinuntur de lilio, anethinum, chamæmelinum, vulpinum, hyperici, oleum de croco, & pyrethro, dialthea, & vng. Agrip. prodeſt ſpinam confricare, mox inungere. fricatio ſicca prohibet periodos ſi ante duas horas paroxyſmi fiat. Veterẽ ſpinæ dolorem ſanat rhododendrum impoſitum, aut opoponacis ſuccus, bdelliũ, ſacopenium, inula, ammoniacũ, caſtoreum, & euphorbium. Anodynum, lutea ouorum quinque, opij ℥.ij. micæ panis

n lacte ouino maceratæ, lib. ß. cum oleo chamæ.
& lilino, fiat cataplasma, lana succida dolores sedat.
In occasione calida succus cucurbitæ cum rosaceo
infricatur, succus radicis arundinis cũ aceto mixtus
illinitur. ℞. vitrum purum, & leuigato diligenter, &
in corium veteris vtriculi coniice, & calefacito ad
carbones, deinde insperge circa lumbos puluerem.
& vtere diebus septem. Lumborum dolori, & imbecillitati
prodest veneris raritas, leporini testes vtiliter deuorantur, dolor ex renum vitio, aut dorsi
venerem abdicat.

Hic obiter notandum quòd in lumbis carnalis delectatio cõtinetur, vnde Psal. 37. lumbi mei impleti sunt illusionibus. Sicq; per lumbos in sacris luxuria designatur. Accinge sicut vir lumbos, id est, sicut fortis restringe luxuriã, & lũbos carnis succingere, Lucæ. 12. est luxuriam refrenare. Et lumbos mentis succingere, 1. Petri, est luxuriã à cogitatione arcere. Certè lumbi imbecilles fiunt stricto cinctorio quod renibus iungitur. Auri lamina supra renes, & lumbos detenta sanat nephriticos, & lumborum dolorem.

Luxum vt excantes, arundinẽ viridem præhende mediam, diffinde, & duo homines teneant ad coxendices. Reliqua vana, & supersticiosa sunt, quæ ad luxum scribit Cato libro de re rustica. c. 57.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ HOC VOLVMINE CONTINENTVR.



A

Angina & synanche. 219
Ani vitia. 475
Aphonia. 208
Apoplexia quæ & stupor, attonitus, & apoplexis, & syderatio dicitur. 59
Apositia siue inappetentia. 327
Appendix de appetẽtia ex Galeno. 337
Appendix de narium malis. 195
Appetentia vehemens inexplebilísve fames. 330
Arquatus, regius've morbus. 364
Articulus morbi præcautio. 548
Aures humectæ. 171
Auris dolor & vlcera 170
Auris inflãmatio. 169
Auris meatus obstructi 173
Auris surditas, & tinnitus. 172
Auris vlcus. 170
Aurium affectus, & omnis auditus offensa. 165
Aurium vermes. 174
Axillæ tragosæ seu hircosæ. 179

B

Batrachium. 202
Bulima, quæ & cœnangia dicitur. 332

C

Cachexia, seu cachecta.

inde

inde cachecti, & cochectici. 379
alculi renum prophylactice. 413
ancer in mãmilla. 305
apitis dolor à suturis. 52
apitis dolor cum rheumate. 53
ardiaca paßio. 320
arus seu carosis. 103
atalepsis, quæ & aphonia, anaudiaq; dicitur. 105
atochus seu cathoce. 105
ephalea. 38
ephalalgia sanguinea. 45
ephalalgia biliosa. 46
ephalalgia pituitosa. 47
ephalalgia ab atro humore. 49
holera morbus. 309
iborum dißipatio. 335
œliaca, et dyscœlia, inde cœliaci. 445
Colicus dolor. 433
Conceptus non verus, seu de mola. 515
Condylomata. 476
Cophosis, & surditas. 171
Cordis affectus præter naturam. 279
Cordis palpitatio. 289

D

Delirium. 74
Dentium affectus. 211
Dentium dolor. 213
Diabetes. 419
Diarrhœa. 449
Dolor. 35
Dorsi & lumborum dolor. 552
Dysenteria siue torminosus fluxus. 454

E

Embryonis notæ sani vel ægrotãtis, quod Marcellus pecus vocat. 512
Empyema. 264
Ephialta, seu incubo. 57

Epi

Epilepsia. 62
Epiphora & lacrymæ. 153
Eructatio. 348
Exolutio, lypothymia, & syncope, inde syncopati. 280

F

Fœcunditas & conceptio. 505

G

Gargaris affectus. 205
Gingiuarũ affectus. 218
Gonagra. 547
Gonorrhœa. 482
Grassoniæ. 180
Gulæ seu meri affectus. 315

H

Hæmoptysis inde hæmoptysici. 269
Hæmorrhagia. 181
Hæmorrhoides 469
Hemicrania. 52
Hepatis obstructio. 370
Hepatis imbecillitas. 360
Hydropisis, seu hydropismus. 383

I

Illapsa in aurem 173
Immoderata mensium purgatio. 491
Insomnia molesta. 110
Iocinoris affectus. 359
Iocinoris inflammatio. 373
Iocinoris scirrhus. 376
Ischuria. 427

L

Labiorum vitia. 203
Lactis abundantia. 300
Læsa cibi appetẽtia. 326
Lætitiam quæ dant, & gaudiũ cumulant. 298
Letargus. 97
Lienis affectus. 386
Lienis dolor à causa frigida. 399
Lienis inflãmatio. 387
Lienis obstructio. 399
Lienosi & splenici. 402
Lienteria. 447
Linguæ mala pustula. 202

Linguæ reliqua mala. 202
Lingua resoluta. 201
Linguæ & oris affectus. 197
Lumbrici, & verminatio. 463

M

Malacia, siue corrupta appetentia. 335
Mammæ excrescentes. 302
Mammillarum affectus. 299
Mania. 76
Mas'ne, an fœmella in vtero. 509
Melancholia. 81
Mẽsium deprauata excretio, fluxusq; muliebris. 496
Mensium suppreßio. 493
Morbus pilaris. 304

N

Narium paßiones, & omnis olfactus noxa. 175
Narium tetri odores. 178
Natorum ad parentes similitudo. 511
Naturalis cibi appetentia. 323
Naturalis mensium purgatio. 488
Nausea. 341
Nephritis. 407
Neruorum affectus. 111
Neruorũ resolutio. 126
Numerus natorum qui nascituri sunt. 509
Nympha. 524

O

Obliuio, seu oblita memoria. 93
Oculi vnguis. 163
Oculi vlcus. 163
Oculi fistula. 163
Oculi albugo. 164
Oculorum maculæ. 162
quæ ad Oculos & visum pertinent. 135
Onirogmos. 484

Ophthalmia. 148
Oris distortio. 117
Oris fœdus habitus. 179
Oris partium inflammatio. 204
Oscitatio. 116

P

Palpitatio. 115
Pandiculatio. 116
Partus difficilis. 518
Partus immaturus, siue abortus, & effluxio. 512
Paralysis. 126
Peripneumonia, vnde pneumonici, & pulmonarij. 261
Phrenitis seu phrenesis. 69
Phthisis seu tabes. 274
Pleuritis seu costalis. 243
Pudendi vlcus. 487

R

Remedia quæ oculis conferunt, quæ item claritatem afferunt, & obscuritatē hebetudinēq; pellunt. 146
Renum vlcera. 414
Respiratio naturalis, & transpiratio. 225
Respiratiōis offensa. 228
Rheumatismus. 186

S

Saliua redundans. 204
Sanguinis ex vesica eruptio. 422
Satyriasmus, & priapismus. 480
Singultus. 349
Sitis curiosa, seu de læsa potus appetentia. 338
Soporosi affectus. 101
Spasmus. 121
Sterilitas. 499
Sternutatio. 184
Stranguria. 422
Stultitia. 90
Suffusio. 155

T

Tactus symptomatis. 23
Tenesmus. 462
Testiculorum affectus. 486

Thr

Thrombosis. 301
Tormina à partu. 521
Tremor. 113
Tußis & tußicula. 238

V

Ventris rugæ. 522
Ventriculi dolor. 356
Ventriculi inflammatio. 358
Vētriculi supinitas. 354
Vertigo, scotosis, scotoma, scotodiniáve, & inde scotomatici vertiginosiq;. 53
Vesicæ lithiasis. 431
Vesicæ vlcera. 417
Vigilia & insomnia. 107
Virginalis astrictio, vt à partu fiat. 523
Virginitatis indicia. 523
Virilitatis læsio, seu partium quæ generationi dicatæ sunt, langor. 478
Visum quæ offendant. 141
Vocis & sermonis offensa. 197
Voluulus siue ileo, vnde ileosi. 442
Vomitus. 342
Vrinæ fluxus. 433
Vteri procidentia. 527
Vteri strāgulatus. 524
Vteri vlcus. 528
Vterinus furor. 526

FINIS.

IOANNES BRVYENNVS CAMPEGIVS HIERONYMO Montuo Medico Regio prudentissimo simul ac eruditissimo. S.





CRIPSIT ad me nuper *Benedictus Curtius consobrinus meus, Hieronyme doctißime, te nunc Lugduni agere: atque abhinc aliquot dies quædam ingenij tui monimenta in lucem emisisse. Vix possem explicare literis quanta voluptate me affecerit epistola illa Curtiana: iam video te minime dubitare de causis gaudij nostri: scis etenim, Hieronyme, Philosophorum simul ac medicorum nostræ memoriæ omnium præstantißime, nihil homini gratius iucundiusq; accedere posse quàm amicos mente, corpore, ac fortunis prosperrimè valere. Quod ego te ex illa Benedicti Curtij epistola in te esse plenißimè intellexi: verùm (quod in te summopere admirandum existimo) maximè volupta-*

e me perfundit ingenij tui singularis constantia, uæ præstat, vt tu inter tumultus aulicos vel poius bellicos bonas literas non cesses adiuuare. Naturam mediusfidius nactus es, non à Musis, non ab Apolline, sed ab optimo maximo opifice: cuius ductu immortalitatē apprehendisti. Quis quæso dubitet libris tot à te editis doctissimis æternam memoriam tibi non partam? Cæterum vt tibi nonnihil nostrarum rerum significem, iam tempus appetit. Ego mi Hieronyme cùm in me fortuna (vt tu probè nouisti) debaccharetur, animum à studio literarum haudquaquam abstraxi. Nam in hoc plus consolationis me adeptum esse ingenuè fateor: quàm in principum, & magnatum (qui mehercule non erant pauci) auxilio: præcipuè verò tranquillitatē animo meo adserebat, quòd ab omnibus literulis hominibus (etiam aduersario nostro non inimicis) spes omneis inijciebantur portum attingendi, in quo (Christo auspice) iam multos annos quiete fruimur pacatissima. Sed quod tibi indicare volui, iam accipe: Ex illo tempore Auicennæ Canones aggressus eram, vt videlicet eos in Lati-

nam linguam transferrem. Et profectò opus ad finem perduxiſſem, niſi ea tempeſtas malis auibus (vt aiunt) oborta animum auertiſſet. Quippe non ſine graui labore, & longo id perficiendum erat: in quo poteram ego audacter ſpondere, Auicennam non minus vtilitatis ſua lectione potuiſſe legentibus adferre, quàm aut Oribaſium, aut Paulum, aut Aëtium Græcos medicos clariſsimos video præſtitiſſe, vt breuiter dicam: libellum de Corde, & facultatibus eius (vulgo de viribus Cordis inſcribitur) conuerteram primum, & tuo nomini dicaueram: qui cum blattis, & tineis adhuc rixatur: quoniam cùm per alias occupationes, tum per chalcographorum moroſitatem prodire in lucem non potuit: ſunt & alia permulta, quæ hoc toto decennio apud Sequanos commentatus ſum memoriæ exercendæ gratia, in quibus mentio de te creberrima fit: cui ego ſemper in philoſophia ac medicina primas detuli. Quod tu candidè (quæ tua eſt humanitas) interpretaberis. Ex animo enim proficiſcuntur qui vana ſcribere non didicit. Hæc ad te ſcripſi familiariter, fretus tua benignitate,

quæ

uæ nunquam in studiosos bonarum literarum clausa fuit. Ago hic apud Montanos Lugdunēses in Symphorianopoli, id quod te scire volui: nō quòd me magnum quid expectare debeas: sed vt tibi persuadeas te neminem sub sole habere (quanquam permultos habeas summos amicos) qui te magis colat, & obseruet quàm ego. Si per otium liceat, aliquid literarum ad nos dare, non omittas precor, & de valetudine D. Burgensis & Goëurandi nos certiores reddere. Tu interim bene valebis: & nos, vt soles, ama. Ex Symphorianopoli Augusti, XXVIII. tumultuariè.

*

Priuilegij Sententia.

Literis Regijs cautum est Hieronymo Montuo, Mirebelli Domino, Medicoq́; Regis ordinario, Nequis iniussu hanc Anasceuem morborum ante decem annos primam editionem consequentes, imprimat, ne ve vspiam impressam vendat. Qui contrà fecerit, pœnis ex sanctione multabitur. Datum Fonsbellaquei, Pridie Cal. Septem. M. D. LVI.